



6

3-b-

22

M


2.



*Sic propriis
otius*

*consuluit
Anno 1786*

~~6-3.6.22.~~



~~XXXI. 197.~~ XVIII. 1. 129.

TOMVS SE^{II}

CVNDVS COMMENTARIORVM

de Latina lingua D. Stephani Do-

leti, à quodam eius nominis

studioſo, in Epítomen

reductus, ubiq; or-

dine autoris

ſeruato.



Spes m. Dég; Vivere Christy Doming.

BASILEAE, EX OFFICINA

BARPTHOLOMEI VVESTHE-

MERI, ANNO

M. D. XXXIX.



THE NEW YORK

LIBRARY

OF THE CITY OF NEW YORK

1850



RECEIVED OF THE
LIBRARY OF THE
CITY OF NEW YORK
JAN 10 1850



DE SECUNDI TOMI
ORDINE.



ORVM Commentario-
rum id meum primum
institutum fuit, ut autor
essem noui Dictionario-
rum conscribendorū or-
dinis, quem Græcus quisquam, nec
Latinus sibi uendicare posset. Qui
ordo est (quemadmodum legendis
nostris perspexisti) ut non seriem al-
phabeticam sequamur (quod uulgus
Grammaticorum facit) sed res rebus
attexamus, & dictiones significatio-
ne cognatas, inter se copulemus. In
quo non solum dictionum ipsarum
significationes potes compræhende-
re, sed rerū etiam naturam, & quan-
dam humanarū actionum in re qua-
libet (de qua certè scribamus) ex-
pressam imaginem, effectumq; simu-
lachrum contemplari. Quod si tibi
uis declarari familiarius, fac tibi ob
oculos



DE SECVNDI

oculos ponas nostrum in rei Bellicæ, Naualis, Rusticæ, Cœlestis, Partium corporis humani uocibus explicandis ordinem.

BELLICAE REI ORDO.

IN RE BELLICA reperies primo belli causas, & originem. Postcâ exercitum cõparari. Deinde castra locari: excursiones fieri: oppida oppugnari: prælium committi: cædi: uincere, uel uinci: dedi: capi: recipi: quicquid denicq; ad belli gesti finem, exitumq; conflati exercitus spectat.

BELLICARVM VOCVM SERIES.

SEQVENTIVM uocum significationes & locutiones siue proprias, siue translatas, suo quasq; loco annotamus & explicamus.

FACTIO.

EXPEDITIO.

Seditio.

Exercitus.

Turba.

Copia.

Rebellio.

Manus.

Bellum.

Delectus.

Nomina

T O M I O R D I N E .

| | |
|--------------|-------------|
| Nomina dare. | Legio. |
| Sacramentum. | Agmen. |
| MILES. | Acies. |
| Eques. | EXCVRRERE. |
| Pedes. | Irruere. |
| CASTR A. | Irrumpere. |
| Statio. | Erumpere. |
| Præsidia | Inferre se. |
| Subsidium. | Influere. |
| Signa. | Insultare. |
| Impedimenta. | Inuolare. |
| Commeatus. | Impetus. |
| ARMA. | Impressio. |
| Ferramenta. | OBSIDERE. |
| IMPERATOR. | Oppugnare. |
| Dux. | EXPVGNARE. |
| Centurio. | Capere. |
| Signifer. | Recipere. |
| GLOBVS. | DIRVERE. |
| Turma. | Excindere. |
| Caterua. | Excidere. |
| Manipulus. | CONCVRRERE. |
| Phalanx. | Petere. |
| Cohors. | Adoriri. |

DE SECVNDI

| | |
|-----------------|----------------|
| Aggredi. | Sauciare. |
| Inuadere. | FRANGERE. |
| Pedem inferre. | Consternere. |
| Pedem conferre. | Profligare. |
| Congredi. | Interficere. |
| PROPVGNARE | Interimere. |
| Sustinere. | CLADES. |
| Obuiam ire. | Strages. |
| Egredi. | Internecio. |
| Occurrere. | SVBIGERE. |
| Repugnare. | Domare. |
| Resistere. | Superare. |
| Arcere. | Vincere. |
| Auertere. | RECIPERE SE. |
| Pellere. | Pedem referre. |
| Repellere. | Cedere. |
| PRÆLIVM. | Succumbere. |
| Pugnare. | Desciscere. |
| Certare. | Deficere. |
| Dimicare. | Dedere se. |
| Configere. | PACISCI. |
| Cedere. | Inducis. |
| Ferire. | Fœdus. |
| Vulnerare. | Pax. |

Neualis

TOMI ORDINE.

NAVALIS REI ORDO.

IN RE NAVALI, Præponuntur rei
 uelut ipsius fundamenta : ædificatur
 nauis : suas appellationes & nomina
 habet : suis instrumentis ornatur :
 oneratur : flumini , uel mari comitti
 tur. nauigatur : appellitur : exponitur
 NAUTICARVM VOCVM SERIES

Id tu etiã scito , nullam esse in se-
 quentibus uocem , cuius & significa-
 tio siue propria, siue translata , & u-
 sus & locutiones à nobis non demon-
 strentur , & suis exemplis uel ex Cice-
 rone, uel ex Cæsare, uel ex Liuiio col-
 lectis illustrentur.

AQVA

Palus.

Scaturigo.

Gutta.

Fons

Puteus.

Stagnum.

Lacus.

Vorago.

Riuus.

Vadum.

Amnis.

Fluuus.

Flumen.

Alueus.

Gurges.

Vortex.

DE SECVNDI

| | |
|--------------------|---|
| ORIRI | Nauī locutiones conuenientes. |
| Manare. | NAVTA. |
| Stillare. | Nauclerus. |
| Fluere. | Nauarchus. |
| Fluitare. | TEMPESTAS |
| Effluere. | Ventus. |
| Profluere. | Flatus. |
| Influere. | Aestus. |
| Confluere. | Fluctus. |
| Præterfluere. | Vnda. |
| Illabi. | IMPONERE. |
| Præterlabi. | Inuehere & significatio nis similis uerba. |
| Alluere. | CONSCENDERE. |
| OSTIVM. | Soluere. |
| Pons. | Nauigare. |
| MARE. | VEHERE. |
| Pontus. | Subuehere. |
| Pelagus. | Transuehere. |
| Fretum. | Præteruehere. |
| Salum. | Transferre. |
| NAVIS, VEL | Transportare. |
| CLASSIS. | Transducere, uel |
| Nauium genera. | |
| Nauis partes. | |
| Nauis instrumenta. | |

T O M I O R D I N E .

| | |
|---------------------|-------------|
| <i>traducere.</i> | LITTVS. |
| <i>Transmittere</i> | Ripa. |
| <i>Traijcere.</i> | Ora. |
| <i>Tranare.</i> | Portus. |
| <i>Transnatate.</i> | Sinus. |
| <i>Transire.</i> | ANCHORA. |
| C V R S V S . | Anchoralia. |
| <i>Appellere.</i> | EXPONERE. |
| <i>Applicare.</i> | |

R V S T I C A E R E I O R D O .

IN RE RVTSICA, præmittuntur quoq; quædam uelut rei fundamenta : aratur, & colitur ager, renouatur iteratur, stercoratur : iacitur semen : radices agit : exit : fit runctatio, uel far ritio : metitur : fructus colliguntur, & reponuntur.

R V S T I C A R V M V O C V M S E R I E S .

Rusticarum uocum ea series est, ut in re Hortensi, ad rem Hortensem uoces pertinentes cumulentur : in re Arborea, ad rem Arboreã : in Vine to, ad Vinetũ : in re Pratensi, ad Pra tensem : in re Syluestri, ad rem Syl uestrem ; & sic de alijs.

D E S E C V N D I

| | |
|----------------|------------------------|
| Terra. | Vertere terram. |
| Tellus. | Proscindere. |
| Humus. | Subigere. |
| Solum. | Offringere. |
| R V S. | Nouare. |
| Fundus. | Iterare. |
| Pradium. | Tertiare. |
| Villa. | Occare. |
| C A M P V S. | Mollire. |
| Ager. | L A E T I F I C A R E. |
| Aruum. | Oblinare. |
| Noualis. | Fermentare. |
| Restibilis. | Stercorare. |
| Vernactum. | S V L C A R E. |
| Iugerum. | Lirare. |
| H O R T V S. | Lira. |
| Vinetum. | Porca. |
| Pratum. | Versus. |
| Sylua. | Gleba. |
| Seges. | S E R E R E. |
| C O L E R E. | Conserere. |
| Arare. | Sementis. |
| Aratrium. | Semen. |
| Aratri partes. | |

T O M I O R D I N E.

| | |
|--------------|----------------------|
| SURGERE. | Arista. |
| Exire. | Granum. |
| Prodire. | METERE. |
| Grandescere. | Demetere. |
| SARRIRE. | Messis. |
| Sarcularē. | Terere, uel excutere |
| Runcare. | frumentum. |
| VAGINA. | Tribulare. |
| Culmus. | Vannare. |
| Stipula. | GRANARIVM. |
| Spica. | Horreum. |

COELESTIS REI ORDO.

IN RE COELESTI, cælum designatur & quicquid è cœlo in terram mittitur: explicantur signorū & ortus, et obitus tonitrua illic uideas, fulmina, fulgura, coruscationes: illic quoque percipias: quid æther, quid aër: denicq; quicquid cœlum recipit, concipit ad nos fundit.

COELESTIVM VOCVM SERIES.

COELVM. SYDVS.

Polus. Stella.

Olympus. Astrum.

DE SECVNDI.

| | |
|----------|-----------------------|
| Planeta. | Aër. |
| Cometes. | PLVRIA. |
| Sol. | Et alia nonnulla quæ |
| Luna. | in aëre fieri solent. |
| Aether. | |

PARTIVM CORPORIS HVMA
NI ORDO:

In partium corporis humani descriptione, totius ipsius corporis fabrica siue exterior, siue interior demonstratur: partium quoque ipsarum functiones, & officia exprimuntur: nec solum, quæ ad corporis partes pertinent interpretamur uoces, sed etiam, quæ ipsius corporis habitudinem, constitutionem, ualitudinemque denotent. Præterea illic affectuum omnium appellationes subduntur, quæ in animam cadunt.

PARTIVM CORPORIS HVMANI
VOCVM SERIES.

Partium corporis humani uocum seriem non eò hic producemus, ut diuisiõnum subdivisiones (quibus in

T O M I O R D I N E.

ea re adpositè utimur) hoc loco explicemus. Tantum partium præcipuarum nomina conscriptabimur.

C A P V T. C E R E B R V M.

Collum. Lingua.

Iugulum. Dentes.

T H O R A X. Palatum.

Pectus. Fauces.

Dorsum. G V L A.

Brachia. Stomachus.

Manus. C O R.

V E N T R. Pulmones.

Exteriores partes præcipue Lumbi. Interiores

Culus. partes Hepar.

Nates. Iecur.

C R V S. Lien.

Femen. I N T E

Femur. stina.

Genu. Aluus.

Tibia. Omentum.

Pes. Renes

T O M I O R D I N E .

D E S E I P S O .

Pertulit & multos aestus & frigora multa,
Abstinuit somno saepe, ciboq; libens,
Viueret ut fama celebri post fata Doletus :
Quas natura negat, sic cumulantur opes
Quam natura negat, certam post funera uitam,
Credidit aeterno nomine posse dari.
Et tu hunc miraris tantos subiisse labores ?
Fecit id optatae posteritatis amor :
Posteritatis amor, quem quis nisi bellua, spernat ?
Heu uita ut nulla est, posteritate carens.

DE SECUNDI

CARMEN STEPHANI DO-
LETI DE SVIS LINGVAE
LATINAE COM-
MENTARIIS.

Laboribus immensis sibi aeternam gloriam

Pepererit Alcides Cleoneum manu

Valida leonem extinxerit : face contuderit

Hidram : atq; Erymantheum perculerit clava apruma

Canem trifaucem in astra uinctum abstraxerit

(Laboris omnia plus uirilis) nos ideo

Labore uicerit, aut labores fructu? Id id

Hæc hæc monimenta nostra labore plena probent -

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

1847

CHICAGO

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

EPITOME COMMEN

TARIORVM LINGVAE LA-
tinæ breuis in Tomum secun-
dum Stephano Doletio
Gallo Aurelio au-
tore.

BELLVM



V AE bellū præcedere solent, pri-
mo tomo commodè patuerunt: sci-
licet dissensio, discordia, controuer-
sia, disidium: atq; etiã coniuratio,
conspiratio, coitio. Eas uoces quoniã suo loco osten-
dimus, hic repetere non necesse est, alia conspectabi-
mur. Bellum ferè etiam præcedunt turbæ, tumul-
tus, factio, seditio, rebellio, rebellare, rebellis. Inter
turbam & rixã testimonio Vlpiani, rectissimè La Turba.
beo ait multum interesse. Namq; turbam multitudi-
nis hominum esse perturbationem & cætum. Rix-
am etiam duorum. Videntur Vlpianus & Labeo
sentire turbam suapte natura significare multitudi-
nem: ideoq; turbam in altero sensu esse perturbatio-
nem multitudinis. Ego uerò primum & naturalem
sensum esse pro perturbatione, quod docet uerbum

ex ea significatione ductum: turbo, perturbo, conturbo, deturbo, disturbo: quæ nequaquã ad solam multitudinẽ referuntur. Cæterum quia multitudo non ferè uacat perturbatione, & ipsam appellamus turbam: ut colluicem, homines uiles, & contemptos dicimus: & fecem & sentinam, non quod homines sint sordes, sex, sentina, sed quod sordidam, & abieclã uitam agant. Ego item non nego aliquando turbam inter multos, quemadmodum rixam non semper inter duos, sed etiam inter plures. Liu. Cum conuersus in Patres impetus esset, Consululum intertursu rixa sedata est.

Turba pro multitudine hominum, uel alia qualibet multitudine Cic. Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoriam turba referta. Pro seditione, uel ui. Cic. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus uis belli, ac turba molitur. Turbas commouere. Cic. Ecquando in hominem ineptiorẽ, quàm tu Cn. Pompeiũ uidisti, qui tantas turbas commouit? Turbas efficere. Cic. Huc tertia illa perducta per dolum, atq; insidias à Rhodio tibiaine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur.

A turba fit turbare, quod multa composita gignit, scilicet obturbare, perturbare, disturbare, conturbare

turbare, exturbare, deturbare. Quere ea in primo tomo.

Turbare est turbas facere uel miscere. Cic. Simul, ne quid ille turbet, uide. Idē. Mare, quod sua natura tranquillum est, uentorum ui agitur, atq; turbatur. Inde turbatus. Cic. pro Planc. Nostrū est, qui in hac tempestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modicē populi uoluntates, allicere alienas, retinere partas. placare turbatas.

Obturbare. Cic. Me scripto, & literis non leniunt, sed obturbant.

Interturbare Teren. Darius? P. Interturbat omnia.

Perturbare, cum ad personam pertinet, alibi explicatum est. Hic ad res pertinet, & personam egrēditur, significatq; confundere uel permiscere. Cic. Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. Inde Perturbator uel Perturbatrix. Cic. Perturbatricem harum omnium rerum Academiam hanc.

Turbulentus est turba plenus, pertinetq; tam ad personas, quā ad res. Ad personas perti- nens. Cic. Ut uita, sic oratione etiā turbulentus. Ad res. Magna & turbulenta tempestas. Turbulenter. Cic. Nos nihil turbulēter, nihil temerē faciemus

Turbulentè Cic. Eorū grauitatē, constantiamq; laudamus, qui non turbulentè humana patiuntur.

Turbidus cū turbulēti significatione conuenit, et ad res ferè quadrat, uix ad personas. Propriè Cic. Darius in fuga cum aquam turbidā, & cadaueribus inquinatā bibisset, negauit unquā se bibisse iucundius. Translatè uerò sic. Cic. Homines quamuis in turbidis rebus sint, tamen si modo homines sint, interdū animis relaxantur. Inde turbidè. Cic. Intelligatur igitur perturbationē iactantibus se opinionibus. inconstanter, & turbidè in motu esse semper.

folle

Turbo interdum genus instrumēti Lusori significat. Cic. Id cum accidit, suapte natura quòd superest, & chilindrum uolui, & uersari turbinem

Turbino. Turbino, nas. uerbū. Plin. Turbiuator pyris figura, quā alijs. Alia est turbinis significatio cum ponitur pro uento, obiecta quæq; deturbante, prosternameq; in qua significatio uel sine translatione. Vergilius. Et terras turbine uersat. Vel cū translatione. Cic. Tu procella patriæ, turbo & tem

Tumultus. pestas pacis & ocij,

Militie tria Tumultus: Tria (ut Seruius inquit) genera. ra olim militie fuerunt. Sacramentum, quæ legitima erat militia, cum singuli milites iurabant. Tumultus, id est, bellum, uel Italicum, uel Gallicum, in quibus

quibus ex periculi uicinitate erat timor multus: & quoniam singulos interrogare non uacabat, qui conuenerant, simul iurabant, & dicebatur ista militia coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo uexilla, unum roseum, quod pedites euocabat, & unum ceruleum, quod erat equitum (nam ceruleus color est maris, à cuius deo constat equum inuentum) dicebat. Qui rempub. uult saluam esse, me sequantur. Erat & euocatio, cum ad diuersa loca diuersi euocatio. 3
 guebantur exercitus. Haftenus Seruius. Cic. Philip. 8. Potest bellum esse sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta ut maior timor oriatur: Vnde etiã nomen ductum est tumultus. Itaq; maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus. Tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Gratius esse autem tumultum, quàm bellum, hinc intelligi licet. Insignia autem omnia tumultus Cicero uno in loco expressit. Philip. 5. his uerbis. Rem sine mora administrãdam & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatiis uacationibus in urbe, & in Italia. Indeq; factum, ut tumultuariũ pro præpro

Euocatio. 3

Tumultus unde dictus

Insignia tumultus

uacatio a campis diem 5.

però & subitario, & rapide facto, aut quæsito accipiatur. Liu. Duabus legionibus subitarijs tumultus eius causa scriptis, additisq; ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo. C. Appium præfectum sociorum hac tumultuaria manu per Umbria agrum Boiorum inuadere iussit. Tumultuarium & subitarium pro eodem ponit. In tumultu, ut ex illis uerbis Cic. & Liuij apparet, iustitium indicebatur, id est, iudicialia fora claudi, ac silere iura iuebantur, uacationes non ualebant, ut hodie in Gallia, cū Bannum & retrobannum edicitur, & id uerbum adijcitur, pruilegiati & non pruilegiati. Nos euocationem fortasse, & subeuocationē latinè dicere possumus sublatis euocationibus edictam. Euocare enim uerbum ad uocationem bellicam a com modo tum est ex Seruij Grammatici uerbis. Inde tumultum præbere. Cic. Tumultū tamē maiorem hostes præbuerunt, quàm certamen. Facere. Cic. Ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumuiroi Romani, qui ad agrum uenerāt assignandum, diffisi. Sedare. Liui. Is tumultus momento temporis postea sedatur. Comprimere. Idem Quia multis locis comprimēdi erant tumultus, qui temerè oriebantur. Tumultuari ad superiora pertinet. Cic. Quid tumultuaris soror? quid insanis?

Tumula

Tumultuosus. Cic. Sollicitus equidem eram de rebus urbanis, ita tumultuosae cōtiones, ita molestae, quin quatrijs afferebātur. Inde tumultuosē. Cic. Legati, pertumtuosē neq; tamen non uerē Parthos in Syriam transfisse nuntiauerunt.

Festa 1^o
sum.

Factio hoc loco non in ea significatione est, Factio is in qua ponit Cic. Negare aiebat Seruium, tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionē testamenti non habuerit. Id est, potestatem scribendi uel faciendi testamenti. Factio autē est quedā sectio.

Factio autē est quedā sectio, et diuisio in diuersa studia, cū aliqui se principes, et primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos emulatio est, qui et factiosi dicuntur, pro se quisq; quā maximam potest ciuium multitudinem (qui cliētes uocantur) ad se trahens, sibiq; quouis pacto per fas, nefasq; conciliās. Aliter uocat Cicero factionem, partium contentionem, uel studium uel animos partibus infectos. Cic. Partium quaedam contentio tum in Repub. uersata est. Idem. Si propter partium studium potens erat Alphenus, &c.

potestas
quod sit
factio
Sic.

Idem. Non ignorans, quā sint incerti animi hominum, et infecti partibus. Factio honestū olim uocabulum, unde factiones histrionum et quadrigariorū dicebantur. Nunc factio, seditio et arma dicuntur. Cic. Per aduersae factionis quosdam Aricia

nos seruū. Inde Factiosus. Cic. Existunt in Repub. plerunq; largitores & furiosi, ut opes quā maximas consequantur.

Seditio uel à seorsum sedendo, uel (ut Cicero ni placet) à seorsum eundo dicta, & tunc est cū populo secum discordante, res ad manus uocatur. Qualem ciuitatis statū, Vergilius describit Aen. 2. Ac ueluti magno in populo cum sepe coorta est Seditio, seuītq; animis ignobile uulgus. Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat. Similiter dicitur seditio in exercitu, in classe, in schola, & si quid tale est. Est igitur seditio, discordia, dissetio, uis, turba, impetus populi, uel militum. Cic. Omnia seditio num genera collegi. Inde Seditionem cōcitare. pro Mur. Excitare. Liuius. Merces seditionis propo sita confestim seditionem excitauit. Commouere. ad Att. 11. Cōflare. de Orat. 11. Facere. ad Brut. Oriri. Liuius ab urbe Cond. 11. Seditione ardere. Liuius. Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere. Seditionem gliscere. Liuius ab urbe Cond. 6. Recrudescere. Ibidem. Sustinere. Liu. de bello Maced. Lenire. Liu. ab urb. Cond. 6. Sedare. ad Att. 5. Extinguere uel comprimere. Liu. ab urb. Cond. 6. Inde Seditiosus, qui dicitur turbulentus uel popularis. Phil. 1. Seditiose. pro Cluent.

Rebel.

Rebellare dicuntur, qui mouent bellum in eum cuius ditioni subiecti sunt, uel qui in fide nō permanent, & iussis magistratuū repugnant, ijq; proprio nomine rebelles appellatur. Vnde rebellio, onis pro pugnancia & defectione à fide, quæ præstanda erat. Cæs. de bell. Gall. 3 Sic igitur explicatis, quæ bellum præcedere solent, ad ipsam belli tum significationem, tum exempla ueniamus. Deinde uoces omnes, quæ belli sunt, prosequuntur. Sed tamen antè quàm ad belli significationem ueniam, nonnihil etiã referre uidetur, ut ne de Marte sileam, quæ uox ad rem præsentem pertinet.

Mars autem apud antiquos deus belli creditus est, sed eum modò pro deo. Cic pro Mil. modò Mars. pro stella. de Som. Scip. Pro bello. pro Marcel. Meo marte, tuo Marte, suo marte. Translatum est hoc loquendi genus ab imperatoribus, qui suis copijs bellum gerunt & sustinēt. Atq; hac locutione utimur, cum nullis aliunde auxilijs adiuti nostro ipso ingenio, proprijsq; uiribus rem peragimus. Aut etiam cum periculo nostro negotiū conficitur. Philip. ii. A Marte fit martius, ut campus Martius Romæ dictus est, quòd Marti cōsecratus esset. Eam quoq; ob rem dictus est mensis Martius primus mensis anni

4 5 apud

apud Priscos Ro. quoniam Romulus primum anni
 mensem genitori suo dicauit. Ouid in Fastis. Et di-
 cta est etiã Martia legio, uel quod Marti dicata es-
 set, uel quod Marti præ cæteris floureret. Philip. 4.
 Fit item à Marte Martialis. Et dicitur frè Mar-
 tialis, qui natus est sub marte stella, uel qui Marti
 seruit. Pro Cluent.

Bellum.

Bellum est dissentio hostilis, per quam ar-
 ma mouentur. Et significat tempus, quo sunt in mi-
 litia, uel prælium, uel certamen ipsum. Verg. In fan-
 tem fugiens media inter prælia belli. Et Liuius re-
 fert po. Rom. nullo bello, multis uero prælijs uictū
 esse. Sæpe tamen bellum pro ipso prælio & certami-
 ne ponitur. Sall. In eo bello trecenti milites desidera-
ti sunt. Dictum bellum (ut Priscianus sentit) ab eo,
 quod est bonum, per antiphrasim, diminutiuum
 quod minimè bonum sit. Alij non per contrarium
 à bono deducunt, sed quod boni gratia bella olim su-
 sciperentur, nec ad instrendam, sed ad propulsan-
 dam iniuriã pacemq; parandã. Festus à beluis deri-
 uat. Sed tu nihil has Grammaticorum interpreta-
 tiones curato, quandoquidem significatio nota est.

Bellum teterrimum. Fam. 12. Mag-
num ad Q. Frat. Pestiferū. ad Att. 8. Crudele,
exitiosum, ad Att. 9. Acerbum. pro Sest. Durissi-
 mum.

num. ad Philip. 10. Seruile, tetrum, periculosum.
 Idem. Maximum, formidolosum, Idem, difficile,
pestiferum, Fadum, Calamitosum. Idem. Bellū mo-
ucre. Off. 1. Cōmouere. Fam. 9. Suscitare. Cic.
 Nos si alia hortarētur, ut bellū ciuile suscitare uel-
 lemus, literæ tuæ nihil proficerent. Excitare. Fam.
 6. Concitare. Fam. 15. De bello cogitare. Cæs. Ma-
turius sibi de bello cogitandum putauit. Ad belli
cogitationem sese recipere. Cæs. de bel. Ciu. 3. Ad
bellum animum intendere. Sal. in Iugur. In bellum
mente, & animo insistere. Cæs. de bell. Gall. 6.
Belli consilium querere. Cæs. de bel. Gal. 8. Con-
silium de bello inire. de bel. Gal. 7. Belli initium ca-
pere. Idem. Facere. Sall. in Catil. Bellum consti-
re. Fam. 5. Moliri. Liu. ab urb. Cond. 11. Parare.
 Liuius. Vtrunq; bellum summa ope parabatur.
Comparare. Cic. Bellum mari & terra comparat.
Instruere. Cic. Capua oportunissimū se nobis pra-
buit, & ad bellum instruendum &c. Inchoare. de
 Pro. Consul. Inire. Liuius ab urb. Cond. 4. Incipe-
re. Sall. in Catil. In bellum incumbere. Cæs. de bel.
 Gal. 7. Bello lacefcere uel tentare. Cic. Neq; bel-
lo lacefcendas, neq; tentandas putauit. Bellū infer-
re. Philip. 2. Intendere. Liu. de bell. Pun. De-
nuntiare, Fam. 12. Indicere. Liu. ab urb. Cond. 1.

Bello

Bello premere. Cæs. de bell. Gal. 4. Bellum suscipere. pro Syll. Sumere. Sall. in Iugur. Impendere. Cic. Maximum bellum impendet. Imminere. Liuius de bel. Pun. Nasci. Cic. Cum tot bella aut à nobis necessariò suscipiantur, aut subito atq; im-
 prouisa nascantur. Oriri. Liu. Itaq; acrius de integro obortum est bellum. Belli initium nasci. Cæs. de bel. Gal. 8. Exardescere. pro Lig. Esse. Fam. 6. Ardere. ad Att. 6. Flagrare. de Orat. 3. Dare. Philip. 11. Mandare. Liuius. Camillo id bellum mandatum erat. Bello proficere. Cæs. de bel. Gal. 5. Administrare bellum. pro Leg. Manil. Gubernare, idem patrare. Sall. in Iug. Facere. pro Syll. Gerere. pro Cor. Balb. Ducere. Fam. 7. Componere. Fam. 11. Attenuare uel imminere. pro Leg. Man. Depellere, uel propulsare. Fam. 6. Dirimere. Liuius de bel. Pun. Restinguere uel extinguere. Fam. 11. Delere. de Amic. Profligare. Liuius de bel. Pun. Conficere. Fam. 10. Senescere. Liuius de bel. Pun. 8. Ponere. Liuius ab urb. Cod. 2. Bellum pace mutare. Sall. in Catil. Belli reliquie uel scintilla. Fam. 10. Belli consiliu reuocare. Cæs. de bel. Gall. 8. Bellum instaurare. Liuius ab urb. Cond. 6. Renouare, uel redintegrare. Fam. 12.

Bellum

Bellum ex bello serere. Liuius ab urb. Cond. 11.
Propagare. Philip. 12. Trahere. ad Att. 10.
Alere. Fam. 11. Inflammaré. Vide bellum restin-
guere. Renasci. Fam. 11. Redire. Liuius ab urb.
 Cond. 3. Nec cernentes ex odio illo breui multi-
plex bellum rediturum.

Bellare uel bellari, est bellum facere, uel ge-
rere. Philip. 11. Inde bellator. ad Att. 8.

Belligerare, est bellū gerere. ad Heren. 4.

Bellicus est militaris, uel ad rem bellicam
pertinens. Vnde bellicum in neutro genere, à quo
bellicum cahere, id est, belli signum dare. pro Mu-
 re. Bellicus, a, um. In Brut. A bello fit etiam bel-
lipotens. de Diui. 12. Item bellicosus. Fam. 5.

Duellum ut interpretatur Festus Pomp.
bellum est, quod duabus partibus de uictoria con-
tendentibus dimicatur. In Orat. Cic. A duello fit
perduellis, qui ponitur pro hoste patriæ. Off. 1. In-
 de perduellio, quod est crimē imminuta maiestatis.

Expeditio est ad rem bellicam appara-
tus, uel est ueluti militaris peregrinatio, ut si quis di-
cat regem nostrum hoc tempore expeditionem in
Italiam apparare. Cæs. de bell. Gall. 5. Nonnun-
 quam autem expeditionibus nocturnis castella nos-
trorum adoriuntur.

Exer-

Exercitus militum copiam significat ab
exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit me-
lior. Vide Veg. de re militari lib. 2. Exemplum
 + Fam 11. Inde exercitū cōscribere uel scribere aliud
nihil est, quàm acceptis militum nominibus, cum ip-
 + si nomina dant, exercitum cogere. Philip. 5. Coge-
 + re Sall. in Iugurth. Colligere. de prouinc. Conf. Pa-
 + rare. Sall in Iug. Cōparare. Fam 12. Conflare. pro
 + Syll. Facere. Philip. 5. Conficere. Ibidem. Habe-
 + re. Fam. 6. Lustrare, quod idem est, quod circum
scribere uel circumire. Vide primū Tomū. Recen-
sere est recognoscere, uel summā rei alicuius facere
ut recensere populum. Inde recensio, onis, pro Mil-
 + Exercitum ducere. Philip. 4. Ductare. Ibidem.
Adducere. Fam. 2. Cōducere. Ibidē. Inducere. Li.
ab urb. Cond. 1. Deducere. Liu. de bell Pun. At du-
cere. Cic. Abduxi exercitum ad infestissimam Cili-
cia partem. Collocare. Fam. 15. Castris contine-
re. Cæs. de bell. Gall. 1. Distribuere. Ibidem. Ex-
ponere. Idem. 5. Instruere. Sall in Catil. Permuta-
re. Liuius de bell. Pun. Dimittere. In Pis. Depo-
nerē. Philip. 8. Dissipari. Fam. 15. Reficere exer-
citum duplici loquendi modo dicunt latini, Vno pro
iterum conflare uel conficere. Liu. ab urb Cond. 3.
Altero pro recreare. Cæs. de bell. Gall. 7. Exerci-
tum supra

tu supplere. Liu. ab urb. Cond. 2. Vel exercitui supplemen. u dare. Sall. in Iug. Augere. Ibidē. Multiplicare. Liu. de bell. Pun. Confirmare. Sall. in Iug.

Copiæ pro manu militari, id est, militū multitudi-
ne. Et usurpatur hoc nomē & in singulari nu-
mero. pro Mur. & in plurali. Fam. 7. Vide pri-
mum Tomum. Inde copias educere. Cæs. de bel.
Gall. 1. Parare. Fam. 12. Comparare. ad Att. 8.
Contrahere. Ibidem. Cogere. Cæs. de bell. Gal. 6.
Habere. Fam. 12. Copijs abundare. ad Brut.
Traducere. Cæs. de bell. Gall. 1. Producere. Cæs.
Cæs. pro castris copias suas produxit. Exponere.
Liu. de bel. Pun. Instruere. Cæs. de bel. Ciu. 4. Ar-
mare. Sall. in Iug. Minuere. Fam. 11. Inminuere.
Fam. 3. Profligare. Cæs. Sinistro Cornu, mediaq;
acie totæ profligantur copię regis.

Manus, ut copię, pro multitudine militum
ponitur. Fam. 15. Inde manū cogere. Cæs. de bel.
Gall. 2. Facere. pro Cecin. Habere. Fam. 11.
Distinere. Cæs. de bel. Gall. 2. Confirmare. pro
Leg. Man.

Delectus nomen generale est, & inter res
ipsas, quas perpendimus, uel examinamus, uer-
satur, ut delectus officiorum, uerborum, dignitatis,
& rerum similium. Hic tantum, quæ ad rem belli-

Sacramentum.

Militiæ tria olim fuisse genera supra ostensum,
quorum primū erat sacramentum, quæ legitima dice-
cebatur militia, cum singuli milites iurabant. *Vege. #*
lib. 11. Alius est sacramenti usus, de quo Tomo pri-
mo. Inde dicere sacramentum. Cæs. de bell. Ciuil. 1.
Vel sacramento. Liu. 1. Metu cæteri sacramento di-
xere. Sacramento tenere uel teneri. Cæs. de bell.
Ciuil. 2. Sacramēto absoluere. Liu. ab urb. Cond. 2.

Miles, Eques, Pedes,
& similia.

Aelianum de instruendis aciebus uide, qui sic in-
quit. Hominum, quos ad bellū colligimus, numerus,
ita constat, ut partim bellatores sint: partim imbel-
les, tantum ad usus necessarios bellatorum, & mi-
nisteria accommodati. Bellatores ij sunt, qui ad de-
certandum instruuntur, armisq; aduersarium inua-
dunt. Imbelles reliqui omnes habentur, ut medici, ut *Imbelles.*
tabernarij, ut serui & cæteri, qui exercitum mini-
sterij causa sequuntur. Bellatorum alij pedites: alij
uectores. Pedites, qui pedibus in terra emittuntur.
Vectores, qui aliquo feruntur uehiculo: quorum du *uectors*
plex est genus. Nam alij equis: alij elephantis uehū-
tur. Quinetiam, qui equo utuntur, seorsum in duas
partes distinguuntur: quippe qui aut in curribus con-
stent;

stent: aut equis ipsis insideant. Membrum pedestre,
atq; equestre multiplex est. Pedestris itaq; ordo in
partes digeritur tres. Armato, Velite, Peltato.


Armati. Armati grauisimis inter pedites armis uti consue-
uerunt more Macedonum: & ob eam rem grauis
armatura dicuntur: ac nomen illud armati speciale
accipiunt. Nam scutum amplius, & rotundum ger-
runt, & hastam longiore. Velites leuissimè omniū
armantur: quocirca uel expeditos nuncupari eosdē
licuit. Non loricam induunt: non ocrea muniuntur,
non clypeum, aut scutum graue gerere soliti sunt:
sed telis tantum utūtur, aut sagittis, iaculis, lapide,
aut ex funda, aut ex manu. Peltatis similis Macedo-
nica armatura in usu est: sed leuior. Nam & pel-
ta scutum paruum. leueq; est: & conti eorum longē
sarissis sunt breuiore. Deniq; genus id armaturæ
locum inter uelites, et armatos tenere apertum est,
uidelicet grauius, quàm uelites: leuius, quàm arma-
ti. Quamobrem sunt complures, qui eos cum ueli-
tibus iungant, & utrosq; uocari uelint leuem arma-
turam. Equestres copie, quæ à quadrigis seiungi,
& per turmas locari debent, modo armandi inter
se distant. Pars enim armis tota obsepta est: & hinc
Catafracti nomen sortita est. Pars non tota armis
integitur, Catafractos igitur intelligi eos uolo, qui

non solum sua corpora, sed etiam equos lorica un-
 diq; muniunt. Partis autem non catafractæ alij ha-
 stati habentur: alij ferentarij. Hastati, qui manus cō Hastati
 serunt, & cominus hasta decertant: quorum alij scu-
 tum gerunt, & inde scutati dicuntur. Alij sine scu-
 to hasta impugnant, qui nomine speciali hastati uo-
 cantur. Ferentarij equites ij dicuntur, qui eminus
 solent dimicare: quorum alij iaculis, alij arcu utun-
 tur. Hæc de Armatis, Peltatis, Velitibus, Equitibus
 Hastatis, Equitibus Iaculatoribus, Equitibus Sagit-
 tarijs, Equitibus Catafractis. Sed tū phalanx quæq;
 Collegia, Præfecturas, Ordines, numerumq; idoneū
 contineat, atq; etiam uerba sortiatur, quæ ad præ-
 cepta quotidiani exercitij, tum ad præliū ipsi ac-
 commodentur, de ijs singulis doceamus necesse est.
 Primum igitur in hac disciplina præcipuum, ut ex
 multitudine hominum, quàm fusam, inordinatamq;
 acceperimus, idoneos eligamus, & locis conuenien-
 tibus instruamus: hoc est, decuriemus, & condecu-
 riemus, atq; ut numerum statuamus copiarum. De Decuriare +
curiare igitur est decurias instituere. Est autē De- Decuria
curia numerus hominum, qui à duce uno positione
 simplici subinde deductus serie cesset uel in octa-
 uum, uel in duodecimum, uel in decimum sextum.

Numerus enim decuriæ uariæ ad hunc modum à di-

uersis autorib. datur. Optimus cuiusq; decuriæ præ-
 poni, & ductor cæterorū omnium esse debet, q. et De-
 curio, et Decanus, & Dux, & Primus, & Præstes
 nuncupatur. Vltimum decuriæ Tergiductorem uo-
 camus. Totam uerò ipsam Decuriam, Ordinem,
 Versum, et Decaniam: nonnulli etiam Ennomotiã,
 quasi aurationem à sacramento militari appellat.
 Sed sunt qui Ennomotiã quartam esse decuriæ par-
 tem asserant. Præfectumq; Ennomotarchã appel-
 lent. Duas item Ennomotias Dimeriam, quasi Bi-
 partiam uocant: & principem Dimeritam. Ita ut
 semidecuriã Dimeriam quoq; liceat uocitari: etiam
Decurionẽ, Dimeritam, qui secundus decuriæ est.
 Nam qui proximè Decurionem postponitur, Sub-
 stes dicitur. Qui uerò hunc sequitur Præstes. Item
Substes, qui proximus ab hoc Præstite est: ac de-
 inceps in hunc modum Præstes, Substesq; locatur,
 ut ordo totus ex præstitibus, & Substitibus positis
 alternatim conficiatur. Vnde meritò Decuriam ita
 quoq; definiunt, ut Versus sit ex primis, secundisq;
 pro uirtute institutis, atq; uni Decurioni obtempe-
 rantibus. Condecuriare est primæ decuriæ secundã
 ita apponere, ut lateri primi Versus Decurionis
Decurio secundi Versus respondeat: & lateri
Substitis primi Decurionis Substes primus secun-

de decurie : ac deinceps ad hunc modum. Astes
uero is dicitur, qui ita appositus suum locum tenet.
 Verbi gratia. Decurionis primæ Decuriæ Astes,
Decurio secundæ decuriæ est. Et Substitis pri-
mæ, Substes secundæ, & ita deinceps. Talis con-
structio Condecuriatio dicitur: totaq; coagmen-
tatio Phalanx, siue Legio. Cuius longitudo pri-
ma decurionum ordinatio est: quæ & frons, &
facies, & acies, & iugum, & os, & duces, &
Præstites, & primi decuriarum uocari solita est.
Phalanx seorsum in primas, summasq; partes
duas à fronte per totam sui altitudinem secatur:
quorum altera cornu dextrum, & caput uoca-
tur, Altera cornu sinistrum, & pes dicitur: qua
autem longitudo ita secatur, oris, & umbilici no-
mine utimur. Hæc ex Aeliano de instruendis acie-
 bus Latino facta. Alia quoque ex Vegetio de
 re militari mutuari libet, quæ nobis multas belli-
 cas uoces indicent, Vegetium igitur ita scriben-
 tem audi. Res militaris in tres partes diuiditur:
Equites, Pedites, Classes. Equitum alæ dicuntur
 ab eo, quòd ad similitudinem alarum ab utraq; par-
 te acies protegant: quæ nunc Vexillationes uo-
cantur à uelo, quia uelis, hoc est flammulis utun-
tur. Est aliud genus Equitum, qui legionarij uo-
 cantur,



cantur, propterea quòd connexi sunt legioni. Pedites item in duas diuisi sunt partes; hoc est in auxilia, & legiones. Auxilia à socijs, uel foederatis gentibus mittebantur. Romana autè uirtus præ-

Legio. cipuè in legionum ordinatione præpollet. Legio autem ab eligendo appellata est: quod uocabulum eorum desiderat fidem, atque diligentiam, quibus militēs probantur. In auxilijs minor: in legionibus longè amplior consueuit numerus militum ascribi:

Deniq; Macedones, Græci, Dardani Phalanges habuerunt, ut in una phalange armatorum octo millia censerentur. Galli, atq; Celtiberi, pluresq; aliæ nationes cateruis utebantur in prælio: in quibus erant senā millia armatorum. Romani legiones habent, in quibus singulis senā millia: interdum amplius militare consueuerunt. Quid autem inter legiones, & auxilia, interesse uideatur, expeditiam. Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus uenientes: nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt. Alia instituta: alius inter eos est usus armorum. Neesse est autem tardius ad uictoriam peruenire, qui discrepant antè, quàm dimissent. Denique cum in expeditionibus plurimum profit, omnes milites unius præcepti significa-

tione

tionē conuerti, non possunt equaliter iussa com-
plere, qui antè pariter non fuerunt. Tamen hæc
 ipsa si solennibus, diuersisq; exercitijs propè quo-
 tidie roborentur, non mediocriter iuuant. Nam
 legionibus semper auxilia, tanquam leuis arma-
 tura in acie iungebantur, ut in his præliandi ma-
 gis adminiculum esset, quàm principale substi-
 dium. Legio autem proprijs cohortibus plena
 cum grauem armaturam, hoc est, Principes, Ha-
 starios, Triarios, Antesignarios. Item leuem
 armaturam, hoc est, Ferentarios, Sagittarios,
 Funditores, Balistarios, cum proprios, & sibi
 impositos equites legionarios ijsdem matriculis te-
 neat: cum uno animo, pariq; consensu castra mu-
 niat, aciem instruat, prælium gerat, ex omni par-
 te perfecta, nulloq; extrinsecus indigens adiu-
 mento, quantamlibet hostium multitudinem supe-
 rare consueuerat. Sciendum est, in una legio-
ne decem cohortes esse debere. Sed prima co-
 hors reliquas & numero militum, & dignitate
 præcedit. Nam genere, & institutione literarum
 uiros electissimos quærit. Hæc enim suscipit aqui-
lam: quod præcipuum signum semper est in Ro- ~~to~~
mano exercitu, & totius legionis insigne. Hæc

imagines imperatorum, hoc est, presentia, & di-
 uina signa ueneratur. Habet pedites mille centum
 quinque. Equites loricanos centū triginta duos; &
 appellatur cohors miliaria. Hæc caput est totius le-
 gionis: ab hac, cum pugnandum est, prima acies in-
 cipit ordinari. Secunda cohors habet pedites 555.
 Equites loricanos 66. & appellatur cohors Quin-
 gētaria. Tertia cohors similiter habet pedites 555.
 Equites 66. Sed in hac cohorte tertia ualidiores p-
 bari moris est, quia in media acie consistit. Cohors
 quarta habet pedites 555. Equites 66. Cohors quin-
 ta habet totidē. Sed & ipsa strenuos desiderat mi-
 lites, quia sicut prima in dextro, ita quinta ponitur
 in sinistro cornu. Hæ quinque cohortes in prima
 acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites 555.
 Equites 66. In ipsa quoq; enucleati ascribēdi sunt
 iuniores, quia in secunda acie post aquilam, & ima-
 gines cohors sexta consistit. Cohors septima habet
 pedites 555. Equites 66. Cohors octaua habet pedi-
 tes 555. Equites 66. Sed & ipsa animosos desiderat
 uiros, quia in secunda acie consistit media. Cohors
 nona habet pedites 555. Equites 66. Cohors decima
 habet pedites 555. Equites 66. Et ipsa bonos acci-
 pere consuevit bellatores, quia in secunda acie sini-
 strum possidet cornu. His decem cohortibus legio
 plena

plena fundatur, quæ habet pedites sex mille centū,
 Equites 726. Minor itaq; numerus armatorum in
 una legione esse non debet. Maior autem interdum
 esse consuevit, si non tantum unam cohortem, sed
 etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere. Nomi-
 na, & gradus principiorum Te-
 gionum. Antiqua ordinatione legionis expo-
 sita, principalium militum, & ut proprio utar uo-
 cabulo, principiorum nomina, & dignitates secun-
 dū præsentem matriculas indicabo. Tribunus maior
per epistolam sacram imperatoris iudicio desti-
natur. Minor Tribunus prouenit ex labore. Tri-
bunus autē uocatur à tribu, tribuendoq; iure, quia
præest militibus, quos ex tribu primus Romulus le-
git. Ordinarij dicuntur, qui in prælio præsent, &
primos ordines ducunt. Augustales appellatur, qui
ab Augusto Ordinarijs iuncti sunt. Flauiales item
tanquā secundi Augustales à diuo Vespasiano sunt
legionibus additi. Aquiliferi, qui aquilam portant.
Imaginarij, uel imagini ferri, qui imperatorum ima-
gines gerunt. Optiones ab optando appellati, quod
antecedentibus ægritudine præpeditis ij tanquam
adoptati eorum, atq; uicarij, solent uniuersa cura
re. Signiferi, qui signa portant: quos nunc Dracona-
rios uocant. Tesserarij, qui tesseram per contuber

Tribunus

Ordinarij
Augustales
Flauiales

Aquiliferi

Optiones

Tesserarij

Tessera nia militum nunciant. Tessera autem dicitur pre-
ceptum ducis, quo uel ad aliquod opus, uel ad bellū
Campigeni movetur exercitus. Campigeni, hoc est Antesigna
ni, ideo sic nominati, quia eorum opera, atq; uirtute
metatorum exercitij genus crescit in cāpo. Metatores, qui pra-
Beneficarij cedentes locum eligunt castris. Beneficarij ab eo ap-
pellati, quod promouētur beneficio Tribunorum.
Librarij Librarij, quōd in libros referant rationes ad mili-
tes pertinentes. Tubicines, Cornicines, & Buccina
Armaturae tores, qui Tuba, uel aereo cornu, uel Buccina com-
Duplarij mittere praelium solent. Armaturae duplarij, quae
Simplarij binis consequuntur annonas. Simplarij, quae singu-
Mensores las. Mensores, qui in castris dimetiuntur loca, in qui-
bus milites tentoria figant: uel qui hospitia in ciui-
Torquati tatibus praestāt. Torquati duplarij: Torquati sim-
Duplarij plarij, quibus torques aureus solidus, uirtutis pra-
Simplarij mium fuit: quem qui meruisset, praeter laudem, in-
terdum duplas consequeretur annonas. Duplarij
duas. Simplarij, unam. Erant & secundum anno-
Candidati nam Candidati duplarij: Candidati simplarij. Hi
Simplarij sunt milites principales, qui priuilegijs muniuntur.
Munifici Reliqui munifices appellantur, quia munia facere
coguntur, ut portare in castra fascicularia: id est, lig-
num, foenum, aquam, stramen: quae etiam legitimi
milites faciebant. Nomina eorū, qui an-
tiq̄uos

tiquos ordines ducebant. Vetus consue-
 tudo tenuit, ut ex primo principe legionis promo-
 ueretur Centurio primipili: qui non solum aquilæ
 præerat, uerum etiã quatuor centurias, hoc est, qua-
 dringentos milites in prima acie gubernabat. Hic
 tanquam caput totius legionis merita consequeba-
 tur, & commoda. Item primus Hastatus duas cen-
 turias, id est: ducẽtos homines ducebat in acie secun-
 da, quem nunc Ducenarium uocant, Princeps autẽ
 primæ cohortis centuriam & semis, hoc est, cen-
 tum quinquaginta homines gubernabat. Ad quem
 propè omnia, quæ in legione ordinanda sunt, perti-
 nent. Item secundus Hastatus centuriam, & semis
 id est, centũ quinquaginta milites gubernabat. Tria-
 rius prior centum homines regebat: sic decem centu-
 riæ cohortis primæ à quinque ordinarijs regeban-
 tur: quibus magnæ utilitates, & magnus honor est
 à ueteribus constitutus: ut cæteri milites ex tota le-
 gione omni labore, ac deuotione cõtenderent ad tan-
 ta præmia peruenire. Erant etiam Centuriones, qui
singulas cõturias curabant: qui nunc Centenarij no-
 minantur. Erant Decani denis militibus præpositi,
 qui nunc caput contubernij uocantur. Secunda co-
 hors habebat centuriones quinque: similiter tertia,
 quarta, quinta usq; ad decimam cohortem. In totã
 autem

Centurio
not

Decani

corp de g

Liberament
 autem legione erant centuriones. 55. De officio præfecti legionis. Legati Imperatoris ex Consularibus ad exercitus mittebantur: quibus legiones, & auxilia uniuersa obtemperabāt in ordinatione pacis, uel necessitate bellorum. In quorum locū nunc illustres uiros constat magistros militiū substitutos: à quibus nō tantū binæ legiones, sed etiam plures numero gubernantur. Proprius autem iudex erat Præfectus legionis habens communem primi ordinis dignitatem: qui absente legato tanquam uicarius ipsius, potestatem maximam retinebat. Tribuni, uel Centuriones, ceteriq; milites eius præcepta seruabant: uigiliarum, siue professionis tessera petebatur ab eodem. Si miles crimen aliquod admisisset, autoritate præfecti legionis deputabatur à Tribuno ad poenam. Arma omnium militum, item equi, uestes, annona ad curā ipsius pertinebant. Disciplina eius, & seueritas. Exercitatio non solum peditum, sed etiam equitum, legionariorum, præcepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens, & sobrius legionem sibi creditam assiduus operibus ad omnem affirmabat industriam: sciens ad Præfecti laudem subiectorum redundare uirtutem. De officio tribuni militum. Decem cohortes legionem habere diximus;

mus: sed prima erat miliaria, in qua censu, genere, *taxe des li...*
literis, forma, uirtute pollentes milites erant. Huic
 Tribunus præerat armorum scientia, uirtute cor=
 poris, morum honestate præcipuus. Reliquæ cohortes (prout Principi placuisset) à Tribunis, uel à
 Præpositis regebantur. Tanta autē seruabatur ex=
 ercendi milites cura, ut non solum Tribuni, uel Præ=
 positi Contubernales sibi creditos sub oculis suis in
berent quotidie meditari, sed etiam ipsi armorum
 arte perfecti ceteros ad imitationem proprio ex=
 hortarētur exemplo. Tribuni autem sollicitudo per
 hanc laudatur industriam, cum miles ueste nitidus,
 armis bene munitus, ac fulgens, exercitij usu, & di=
 sciplina eruditus incedit. De turmis equitū
legionarium. Quemadmodum inter pe=
 dites centuria, uel manipulus appellatur: ita inter
 equites turma dicitur. Et habet una turma equi=
 tes triginta duos: huic qui præest, decurio nomina
tur. Centū enim pedites ab uno centurione sub uno
 uexillo gubernantur. Similiter triginta duo equi=
 tes ab uno decurione sub uno uexillo reguntur.
 Præterea sicut Centurio eligendus est magnis uiri=
 bus: procera statura: qui hastas, uel missilia peritè
 iaculetur, & fortiter: qui dimicare gladio: qui scu=
 tum rotare doctissime nouerit: qui omnem artens
 didicerit

didicerit armaturæ: uigilans, sobrius, agilis, magis ad faciendâ, quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus. Contubernales suos ad disciplinâ retineat, & ad armorum exercitium cogat: ut bene uestiti, & calciati sint: ut arma omnium defricentur, ac splendeant. Similiter eligendus est Decurio, qui turmæ equitum præponatur, in primis habili corpore, ut loricatus, & armis circumdatus omnibus cum summa admiratione equum possit ascendere: equitare fortissimè: conto scienter uti: sagittas doctissimè mittere: turmales suos, id est, sub cura sua equites positos erudire ad omnia, quæ equestris pugna deposcit: eosdem cogere loricas suas, uel catafractas, contos suos, & cassides frequenter tergere, & curare. Plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat. Quis enim credat militem bellicosum, cuius arma situ, ac rubigine foedantur? Non solum autem equites, sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari. Itaque ad decurionem & sanitatis, & exercitationis tam equorum, quàm hominum pertinet cura. De Aciei ordinatæ quibusdam nominibus. Acies dicitur exercitus instructus: frons cuius aduersum hostem spectat. Drumus est globus hostium. Cuneus dicitur multitudo pedum, quæ iuncta cum acie primo augustior: deinde latior

Loricæ

E

Acies

Drumus.

Cuneus

latior procedit, & aduersariorū ordines rumpit,
 quia à pluribus in unum locū tela mittuntur, quam
 rem milites nominant caput porcinū. Contra quem
 ordinatio ponitur: quā forficem uocant. Nam è
 lectissimis militibus confertis in, V, literam compo- *nod*
 nitur: & illum cuneum excipit, atq; ex utraq; par-
 te concludit, quo factō aciem non potest rumpere.
 Item serra dicitur, quæ à strenuis directā ante fron- *Serra*
 tem opponitur hostibus, ut turbata acies reparetur
Globus autem dicitur, qui à sua acie separatus, u- *globus*
 go superuentu incurSAT inimicos. Contra quē alter
 populosior, uel fortior immittitur globus. Quē
admodum legionū acies instruan-
 tur. Nunc, qualiter instruenda sit acies, si pugna im-
 mineat, declaratur unius legionis exemplo: quod si
 usus exegerit, transferri possit ad plures legiones.
 Equites locantur in cornibus. Acies peditum à pri-
 ma cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic
 cohors secunda coniungitur. Tertia cohors in me-
 dia acie collocatur. Huic annectitur quarta. Quin-
 ta uero cohors sinistrum suscipit cornu. Sed ante
 signa, & citra signa. Necnon in prima acie dimi-
 cantes principes uocabantur: hoc est, Ordinarij, & e-
 teriq; principales. Hæc erat grauis armatura, qui
 habebant casides, catas fractos, ocreas, scuta, gladios
 maiores

In undecima acie sinistrum semper obtinebat cornu. Quemadmodū Triarij, uel Centuriones armētur. Post omnes acies triarij cum scutis catafractis, & galeis ocreati cum gladijs, semistathis, plumbatis, & binis missilibus locabantur: qui genu posito subsidebant, ut si prima acies uinceretur, ab ijs quasi de integro reparata pugna posset reparare uictoriam. Illud autem sciendum est, & modis omnibus retinendum, commisso bello primam, ac secundam aciem immotam stare solitam. Triarij quoq; residebant, ferentarij autem, sagittarij, funditores, hoc est leuis armaturæ aduersarios prouocabant ante aciem procedentes. Si hostes fugare poterant, sequebantur: si eorū uirtute, ac multitudine premebantur, reuertebantur ad suos, & post eos stabant. Excipiebat autē prælium grauis armatura, & tanquā murus (ut ita dicam) ferreus stabat: & non solum missilibus, sed etiam gladijs cominus dimicabant: & si hostes fugassent, non sequebatur grauis armatura, ne aciem suam, ordinationemq; perturbarent, & ad dispersos recurrentes hostes incompósitos opprimerent: sed leuis armatura cū funditoribus, sagittarijs, & equitibus fugientes sequebatur inimicos. Hac arte sine periculo legio uincebat: aut superata seruaba-

Triarij

dius, et turpius, aut certè capi, aut fuga Remp. perdere. Sic, dum exercitium, laboremq; declinât, cum maximo dedecore trucidantur, ut pecudes. Vnde apud antiquos murus non dicebatur pedestris exercitus, nisi quòd pilate legiones, præter scuta etiam catafractis. galeisq; fulgebant. Vsq; eò, ut sagittarij sinistra brachia manicis munirentur. Pedites autem scutati præter catafractas, & galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogere accipere. Sic erant armati illi, qui in prima acie pugnantes Principes: in secunda Hastati: in tertia Triarij uocabantur. Sed triarij genibus flexis (ut proximè ostensum est) solebant intra scuta subsidere, ne stantes uulnerarentur uenientibus telis: & cum necessitas postulasset, tanquam reflecti uehementius inuaderent hostes: quibus constat sæpe factâ esse uictoriam, cum hastati illi, & qui priores steterant, interisissent. Erant autem apud ueteres inter pedites, qui dicebatur leuis armaturæ, funditores, & ferretarij: qui præcipuè in cornibus locabatur, & à quibus pugnandi sumebatur exordiū. Sed ij uelocissimi, et exercitatissimi eligebantur. Nec erant admodum multi, qui cedentes, si prælij necessitas compulisset, inter principia legionum recipi solebant, ita ut acies immota cõsisteret. Vsq; ad præsentem propè etatem consue-

tudo permansit, ut omnes milites pileis (quos pan-
 nonicos uocabant) ex pellibus uterentur. Quod prop-
 terea seruabatur, ne grauis galea uideretur homi-
 ni in praelio, qui gestabat aliquid semper in capite.
 Missilia autem, quibus utebatur pedestris exerci-
 tus, pila uocabantur, ferro subtili trigono praefixa.
 De Cēturijs, atq; uexillis peditum.

Aquila.

Primum signum totius legionis est aquila, quā aq-
 uilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes
 à Draconarijs feruntur ad praelium. Sed antiqui,
 quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordi-
 nes, acies q; turbari, atq; confundi, ne hoc posset ac-
 cidere, cohortes in centurias diuiserunt: et singulis
 centurijs singula uexilla constituerunt. Ita ut ex qua
 cohorte, uel quota esset centuria in illo uexillo lite-
 ris esset ascriptum: quod intuentes, uel legentes mili-
 tes in quatuor tumultu à contubernalibus suis aber-
 rare non possent. Cēturiones insuper, qui nunc cen-
 tenarij uocantur, nimium bellicosos loricatedos tran-
 sumptis cassidū cristis, ut facilius noscerentur, sin-
 gulas iusserunt gubernare centurias, quatenus nul-
 lus error existeret, cum centeni milites sequerentur:
 non solum uexillum suum, sed etiam centurionem,
 qui signum habebat in galea. Rursum ipsae centuriae
 in contubernia diuisae sunt, ut decem militibus sub-

uno papilione de gentibus, unus quasi præesset de-
canus, qui caput contubernij nominatur. Contuber-
nium autem manipulus uocabatur ab eo, quòd con-
iunctis manibus pariter dimicabât. Signorum
militariũ quot sunt genera. Multa qui-
 dem sunt discenda, atq; obseruanda pugnantibus:
 siquidẽ nulla sit negligentie uenia, ubi de salute cer-
 tatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriã pro-
 ficat, quàm monitis obtemperare signorum. Nam
 cum uoce sola inter præliorum tumultus regi mul-
 tudo non possit: & cum pro necessitate rerum plu-
 ra ex tempore iubenda, atq; facienda sunt, antiquus
 omnium gentium usus inuenit, quomodo, quod so-
 lus dux utile iudicasset, per signa totus agnosceret,
 & sequeretur exercitus. Itaq; tria genera constat *Signorum*
 esse signorum, uocalia, semiuocalia, muta. Quorũ *tria genera*
 uocalia, & semiuocalia percipiuntur auribus. Mu-
 ta uerò referuntur ad oculos. *Vocalia* dicuntur, quæ
 uoce humana pronuntiantur, sicut in uigilijs, uel in
 prælio pro signo dicitur, ut puta uictoria, palma,
 uirtus, Deus nobiscũ, triũphus imperatoris & alia
 quæcunq; uoluerint dare ij, qui in exercitu habent
 maximam potestatem. Sciendum tamen est ista uo-
 cabula, quotidie debere uariari, ne ex usu signũ ho-
 stes agnoscat: & exploratores inter nostros uersen-
 tur im-

socijs, cum aliter non potest nuntiari. Aliquando ca-
 stellorum, aut urbium turribus appendunt trabes,
 quibus aliquando erectis: aliquando depositis indi-
 cant, quæ geruntur. Ex ijs signis uel mutis, uel uo-
 calibus nonnulla ad ætatē nostram referri possunt:
 alia uerò nullo modo. Ignis signum omnium maxi-
 mē hoc tempore & inter Gallos, & inter Hispa-
 nos usitatum, si quando obsidione cinctis aliquid si-
 gnificatur ex longinquo loco: aut si urbe clausis ali-
 quid signo indicant ij, qui extra urbem sunt, opem
 obsessis laturo, uel simul cum obsessis in hostē eru-
 ptionem facturi. At hæc nostra sunt, nō Aelian. Ad
 Aelianum redeo. Quid inter Tubicines,
 Cornicines, & Classicū intersit. Ha-
 bet legio tubicines, cornicines, & buccinatores. Tu-
 bicines ad bellum uocāt milites: & rursum receptui
 canentes, reuocant. Cornicines quoties canunt, non
 milites, sed signa ad eorum obtemperant nutum. Er-
 go quoties ad aliquod opus exituri sunt soli milites
 tubicines canunt. Quoties mouenda sunt signa, cor-
 nicines canunt. Quoties autem pugnatur, & tubi-
 cines, & cornicines pariter canunt. Classicum item
 insigne imperij est. quia classicū canitur imperatore
 præsentē: uel cum in milite capitaliter animaduerti-
 tur: quia hoc ex Imperatoris legibus fieri necesse est.

Si uerò ad uigilias faciendas, siue ad opus aliquod, uel ad excursionem castris exeunt milites, tubicine uocante operantur: & rursus tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa, aut iam mota figenda sunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitijs custoditur, ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites, siue eos pugnare, siue stare, siue sequi, uel redire præceperunt duces.

Semel hæc ex Aeliano, & Vegetio excerpere habuimus, ut multas rei bellicæ uoces facilius cognosceres. Nunc ad institutum meum redeo id est, uoces ipsas suis exemplis fulcio. Et primū de Tyrone scribam.

Tyro nouus miles dicitur, & opponitur Veterano: sed nō magis rei militari cōuenit. Philip. 7. Quam extra rem persæpe est. de Orat. 1. Inde tyrocinium, quod est actio prima in quacunq; arte. Cic. in Sall.

Veles, qui leuissimæ armaturæ est. Et dici uolunt uelitem, quasi uolitantem, appellatumq; primò uolitem. Inde uersa litera o in e Velitem. Fam. 9. A uelite fit uelitari, id est digladiari. Quod uerbū nonnunquam transfertur, & ponitur pro uerbis contendere, ut, Cum inquinatissimis hominibus non
est

est conuitio decertandū, neq; maledictis aduersum impudentes, & improbos uelitandum: quia tantisper similes eorum fias, dum paria, & consumilia dices atq; audias. Pro Quint. Inde uelitatio, quæ est ultro citroq; uerborum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnae. Plaut. Verbis uelitationem compēdio fieri uolo. Velitaris & hoc uelitare, quod ad uelites pertinet, ut uelitaris pugna. Sall. in Iug.

Miles est qui pedes militat, à militia, id est, duritia, quam pro republica sustinet, dictus. Aut à multitudine, aut à malo, quod arcet. pro Cluent. Inde milites imperare. Cæs. de bell. Ciu. 1. Eligere, uel conscribere. Sall. in Iug. Facere. pro Cecin. Dimittere. Fam. 3. Et Commilitones dicuntur, qui simul in militia sunt. pro Deiot. Militare est stipendia in bello merere, uel militiã exercere. Off. 1. Et Militaris est ad militiã pertinens. Varro lib. 1. cap. 5. Vide primum tomum. Militia rem militarem significat, uel bellum ipsum. Off. 3. Militiæ genitiuus pro in militia. pro Mur.

Paganus dicebatur, qui militiæ cupiēs erat, & illę ascribi uolebat. Eo enim interuallo, quo id querebat, & ad militiam aspirare tentabat, paganus: mox militiam adeptus miles dicebatur. Vnde Persius prudenter indicans se nondū Poëtam esse,

ita scribit: *Nec fonte labra proluui Cabalino. Nec in bicipiti Parnasso Memini: repente ut sic poeta prodirem. Sed arrogantia uitans subdit per translationem. Ipse semipaganus, ad sacra uatum. Carmen afferro nostrum. Marcel. Quaedam delicta pagano aut nullam, aut leuiorem poenam irrogat, multi uero grauiorem.*

Pedes miles est, qui pedibus militia exercet. ad Att. 8. Inde peditatus, hoc est, peditum multitudo, uel pedestres Copiae. Fam. 7. Et pedestris. Philip. 9.

Eques dicitur, qui equo meret, uel qui ordinis equestris est. Sall. in Iug. Inde equitatus. ad Att. 6. Et equitatus studere. Cæs. de bel. Gall. 7. Equitatum facere. Cæs. de bel. Ciuil. 6. Et equestris, quod nomen est ordinis & dignitatis, uel exercitatione militaris, quemadmodum eques ordinis, est, uel militiae. pro Rosc. Amer.

Merere uel mereri aliquando & dignum uideri, uel beneficio afficere, ut merere, uel mereri de aliquo: in qua significatione tamen malam, quam in bonam partem capi solet. Vt primo Tomo patuit. Hic pro stipendia in militia facere, id est, stipendij gratia militare. Et dicitur aliquis merere cum aliquo, uel sub aliquo. In Verr. Act. 7. Vel accusatum

tiuum habet. de Orat. 2. Vel ponitur absolute. pro Mur. Vel ablatiuum instrumenti habet. Philip. 1. Vel precij. pro Rosc. Comæd. Ab emerendo stipendia emerita dicuntur, quæ peracta sunt, eum iam milites missionem, ut ueterani impetrauerunt. Plaut. in Mostel. Pro emeritis stipendijs dicit nonnunquam Cicero confecta stipendia. Vt in Orat. pro Leg. Man. Ab eodem uerbo dicuntur emeriti milites, qui emeritis stipendijs sunt. Luc. Quæ rura dabuntur emeritis. Per translationem uocat etiam emeritos boues Vergilius, uel extra laborẽ positos. Emerita etiam sunt præmia Veteranorum, ut inquit Modestinus iuriconsultus sub titulo de re militari.

Stipendium æs militare dicitur, uel præmium, quod militibus datur. Vlpia. dicit: Stipendium à stipe appellatum est, quod per stipes, id est, modica æra colligatur. Stipendium etiam dicitur, quod quis soluit principi aut reipub. Liu. Vt diuites conferrent, quæ oneri ferendo essent, pauperes satis stipendij pendere si liberos educant. Vulgarioris significati exemplum. de pro Cons. Inde stipendia decernere. Fam. 1. Stipendium dare. Fam. 11. Stipendio afficere. pro Cor. Balb. Stipendium numerare. In Piso. Inde stipendiarius. Et stipendiarij dicuntur uestigales, id est, qui stipendium pendunt,
uel

uel qui stipendio soluendo obnoxij sunt. Sic multi populi erant stipendiarij reipub. Romane, hoc est, soluebant stipendium. In Ver. Act. 1.

Autoramentum est stipendium, quo obligantur milites. Transfertur tamen ad alium nexum & obligationem. Off. 1. Autorare est ere dato obligare. Vnde autorati milites dicebantur, qui stipendium acceperant, ac sacramento astricti, & quasi obcerati erant. Pli. lib. 14. Exautorare autorandi significationi contrarium est, & est obligatione absolueri, uel ab autoramento, atq; militari stipendio liberare, uel est autoratum, & astrictum dimittere, & abire sinere, & suo arbitrio reddere. Id quod citra ignominiam fieri potest. Liu. lib. 8. Ignominiosæ exautorationis exemplum est apud Lamp. Alex. Exautorati cum ignominia dicuntur, pro quibus ere dirutos dicere possumus, & eos nunc lingua uernacula cassatos appellamus. Fest. Aere dirutum inquit militem dicebant, cui stipendium ignominie causa non est datum, quod es diruebatur in fiscum non in militis sacculum. In Ver. Act. 6.

Diribitorium significat, autore Caelio Rhodigino lib. 4. cap. 6. locum, in quo recensebatur exercitus, & stipendia militia numerabantur:

à diribendo, hoc est distribuendo dictū. Cic. *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesq; uidistis?*

Castrum in singulari numero locus est muris munitus & septus. In plurali uero ponitur pro exercitu, uel pro loco, in quo milites tētoria figunt. Philip. 12. *Castrorum portæ multiplices erant. Quod ideo seruatum est, ne quid eruptionem subitā in hostes demoraretur, utq; omnibus portis effuso equitatu uno impetu in hostes diuersi irrūperēt. Sed tamen ubi ampliſſima erunt castra, & quamuis latè fusa, ibi quatuor ad summum portas constitui conuenire: minora uerò, & angusta duabus contenta esse debere, omnes fermè consentiunt. Quarum sicut nomina distincta, ita dissimilia fuere munia. Prima enim prætoria, quæ et Quæstoria dicta est: siquidem in Romanis castris & prætorium ducis, & quæstorium fuit, prout Prætor, aut Quæstor castris, & legionibus præerāt: quæ uel orientē solē spectare, uel è conspēctu hostiū dirigi cōsueuit. Quod eò fit, ut si quādo ad arma conclamatū foret sine tumultu extra castra cōtrahi multitudo, id est, et explicari ordines, signaq; educi possent. Etenim ubi acie decernendū erat, illuc cohortes educi, et copia admoueri solebant. Vbi etiā militū statio cōposita,*

Mouere. de Diui. 1. Promouere. Cæs. de bell. Gal. 1.
 Vel proferre. Idem. de bel. Ciuil. 1. Opponere uel
 obijcere. Liu. de bel. Pun. Castra castris conferre
 Cæs. de bel. Ciu. lib. 4. Vel castra iungere cum.
 Liu. Castra cum Fabio iungamus. Tentare. Liu. ab
 urb. Cond. 2. Vel inuadere. Idem. Vel circumue
 nire. Sall. in Iug. Capere. Liu. de bel. Pun. Exue
 re. Ibidem. Castris poteri uel castra occupare.
 Cæs. de bell. Ciu. 3. Inde Castrensis, id est, ad castra
pertinens. Cic. in Catil. Decempeda est mensura,
uel pertica longâ, ad decem pedes, qua agros meta-
bantur. Inde decempedator. Philip. 13.

Statio locus est, in quo naues, aut milites tuto
ad tempus stant: Vel in quo frequenter consistitur.
 Verg. Aen. 2. Nunc tantum sinus, & statio malè fi-
da carinis Dicitur etiã locus ad custodia assignatus,
 quando milites stantes uigilant. Præter hæc pro mi
 litibus ipsis per sæpe ponitur, qui in statione positi
 sunt. Ponitur itẽ pro standi uel consistendi actione,
 uel pro commoratione loci. Fam. 12. Comoratio-
nis. ad Att. 7. Militum statio pro militũ multitu-
dine. Cæs. de bel. Gall. 2. Inde stationes disponere.
 Cæs. de bel. Gal. 8. In statione habere. Cæs. de bel.
 Ciu. 5. In stationẽ educere. Liu. Hernicorũ cohortem
in stationẽ educit, tibicinesq; impositos, &c.

Stationes

Stationes subducere. Liu. de bell. Pun. Agere. Idē.
 Firmare. Liu. ab urb. Cond. 4. Itē Stationarij mili-
 tes dicebantur milites præfidiarij, quos lingua no-
 stra ordinarios appellamus, qui in locis hostium fi-
 nitimis agitare solent ad repentinos hostium incur-
 sus intenti. Ex ijs limitanei à limitibus dicuntur. Sta-
 tiua statiuorum, uel statiuæ statiuarū dicuntur ab
 adiectiuo statiuus, a, um. In Ver. Act. 6. Statua di-
 cuntur stationes siue munitiones, in quibus, ut pro-
 prius pugnent milites, confident. Cont. Rull. Inde
 statiuam habere. Liu. ab urb. Cond. 3. In statiuis
 Statarius. tenere. Idem. Statarius à participio status est, quasi
 stabilis, siue idoneus ad standum. Vnde statarij mi-
 lites dicti, qui in statiōe manebāt, uel q̄ in pugna sta-
 bant, nō huc, illuc uē, ut uelites et milites leuis arma-
 turæ, discurrentes, sed hostium impetum, atq; im-
 premissionem firmi, & sine ordinis perturbatione
 sustinentes. Liu. Statarius uterq; miles ordines ser-
 uans. Terent. per translationē hoc nomine usus est,
 in prolo Heaut. Date potestatem, mihi statariam
 agere ut liceat pro silentium.

garrison Prælidium significat numerum, & sta-
 tionem militum ad urbis, uel arcis custodiam desti-
 natorum: Licet enim in Vniuersum præsidia in plu-
 rali numero significant partes & castra. Cic. Ni-
 hil

hilne te nocturnū præsidiū palatij mouit? Inde præsidia parare. Sall. in Cat. Cōparare. Li. de bel. Pun. Habere. ad Att. 15. Deducere. Fam. 11. In præsidiū mittere. Liu. de bel. Pun. Præsidiū relinquere. Cæs. de bel. Gal. 1. Constituere. Idem. Præsidia disponere, uel ponere. Cæs. de bel. Gall. 2. Præsidiū imponere. Sall. in Iug. Collocare. Cæs. de bell. Gall. 1. In præsidijs collocare. Philip. 1. Præsidijs obsidere, uel intercludere. Cont. Rull. Tenere. ad Att. 10. Munire, uel sepire. pro Leg. Man. Firmare, uel cōfirmare. Fam. 1. Præsidia munire. pro C. Rab. Dimittere. Fam. 2. Præsidijs nudare. Sall. in Iug. De præsidio deijcere. pro Mur. Decedere. de Senect.

Subsidiū, patuit huius nominis significatio primo Tomo. Eleganter autem subsidia ultimā aciem significant. Liu. Iaculatores in fronte locat: Romanos, sociorumq; quod roboris fuit in subsidij, frenatos equites in medium accepit. Dicimus etiam subsidio mittere, subsidium summittere, subsidia cōparare, subsidio uenire. Cæs. de bel. Gall. 2.

Auxilia à Romanis dicebantur, quæ eorū legionibus accedebāt, ut erāt sociorū, uel populorū federatorū copię. Fam. 15. Inde Auxiliarius, qui auxiliū fert, ut auxiliarius miles, uel auxiliaris sociorū copię. Fam. 11. Vide in primo Tomo.

Signum pro uexillo, dictū ab effigie & anti-
 maliū imaginibus, quæ in uexillis fieri cōsueuerūt,
 ut erāt Aquiliferi, Draconarij, & his similes signi
 feri. Signum igitur hic totū militare est & castren-
 se: Attamen dupliciter in hoc etiam genere accipi-
 tur, nempe ut pro uexillo sit, uel pro nota ponatur,
 quam ab Imperatore, tubicine, cornicine, alioūe hu-
 iusmodi datā milites, qui in exercitu sunt, sequātur.
 pro Vexillo. ad Att. 16. Inde sub signis milites du-
 cere. Liu. de bel. Pun. Signa sequi. Ibidem. Sub si-
 gnis militare. Ibidē. Signa cōstituere. Ibidē. Signa
 habere. pro constituere. Liu. Haud procul Collina
 porta signa habuere. Mouere. Li. de bel. Pun. Ex-
 pedire, tollere, proferre. Signa contra efferre. Ibi-
 dem. Inferre. Phil. 5. Cōferre. Fam. 7. Conuertere
 uel trāsferre. Cæs. bel. Gal. 6. Ad signa reuocare.
 Liu. de bel. Pun. Conuenire. Ibidē. A signis dilabi.
 Ibid. Signū extra uexilli significationē ponitur pro
 nota militari, ut cū canunt tubicines, uel aliquid iu-
 bet imperator edito signo. Inde signū dare. In Ver.
 Act. 6. Canere. Sal. in Cat. Edere. Li. de bel. Pun.
Accipere. Ibidē. Inde signifer, qui signū fert in ex-
 ercitu. In Ver. Act. 4. Extra hanc significationē
 bellicā ponitur aliquando Signifer pro eo, qui in re
 aliqua primas tenet, quēq; ueluti autorem, & princi-
 pem in re gerenda sequimur. ad Att. 2.

Vexillū est signū, quo in exercitu, aut classe imperatores utuntur ad conuocandos milites, uel in acie educendos. Philip. 2. Inde uexillarius, qui uexillum fert. Liu. Ordo. sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habet.

Impedimenta in exercitu dicuntur, res, quæ conducuntur in expeditione necessaria. Et nō solum sarcinæ, sed etiam iumenta, impedimenta dicuntur, teste Frontino. Inde dicimus Impedimēta collocare, uel locare. Cæs. de bel. Gall. 2. Abdere. Idē. Conferre. Idem. Recipere. Idem. Relinquere, idē. Dirigere. Idē. Exuere impedimentis. Cæs. de bel. Gal. 7. Poteri. Idem.

Sarcina propriè utensilium est, & eorum quæ ad cultum, ad ornatū, & ad cæterū usum pertinent, ueluti fascis, quæ quis in itinere faciendo cōportare possit. Siquidem milites cum castra mouere uolūt, sarcinulas colligere dicuntur: et qui in aliā domum immigrant, sarcinas suas componere. Res enim nostras domi cistis, capsisq; compositas, sarcinas uocamus, teste Quintiliano. Exēpla iam militaria afferemus. Cæs. Interea sarcinas in unū locū cōferri; & eum ab his, q̄ in superiore acie cōstiterāt, munire iussit. Inde Sarcinarius, qui ad sarcinas uendas, compartandasq; pertinet. Cæs. de bel. Ci. 1.

Commea-

+ Commeatus ponitur in singulari numero tantū pro facultate ad tempus à militia recedendi, quam præbet militi imperator, præpositus uel inferiori, eundi, quo uelit, ad præscriptum diem reuersuro. In plurali tamē ita usus est. Liu. Magna pars sine commeatibus dilabebatur. In utroq; numero pro cibarijs est ad alimoniā Reipublicæ, aut exercitus, aut alicuius multitudinis. Ac ferè nihil aliud continet, quàm annonam, & quicquid annonæ uicem habere potest. Quamquàm priuatorum etiam commeatus est. In Ver. Act. 7. Inde commeatum parare. Sall. in Iug. Locare. Ibidē. Patere. Ibidē. Commeatus copiam subministrare. Cas. de bel. Ciuil. 4. Sustinere. Idē. Mittere. Idē. Subuehere uel deuehere. Lii. ab urb. Cond. 3. Portare. Sall. in Iug. Commeatu iuuare. Cic. Quem procul ab eorū mœnibus acre & magnum bellū gerentē commeatu, pecuniāq; iuucrunt. Cōmeatū recipere. Cas. de bel. Ciu. 2. Abundare cōmeatu. Idem. Prohibere. pro Le. Man. Intercludere. Idē. Cōmeatus intercludere. ad Att. 9. A cōmeatu intercludere. ad Att. 7

+ Conuectum nonnunquam ponunt Latini pro commeatu, in quo tamen cōmeatus subintelligi potest. Li. Neq; in obsidione uis ulla erat: quia frumentum non necessitati modò satis, sed copię quoq; abundè ex antè cōuecto sufficiebat. An-

Annona accedit ad comneatus significatio-
nem, non ea quidem parte, qua cōmeatus pro facul-
tate à militia recedendi ponitur, sed ea certè, qua
pro cibarijs accipitur. Quamquam nec ea quidem
parte omnino cum comneatu conuenit, sed tantum
affinis est. Nam uix annonā exercitus dici reperias,
 ut raro cōmeatus priuatus uel urbis dicitur. Pro-
 priè uero annonā rem frumentariam dici uolunt.
 Fam. 14. Inde annonam ingrauescere. pro Domo
sua. Leuare. pro Mil. Commutare. Cic. Commu-
tatam esse annonam dicebant.

Arma reuera non solum hoc nomine bellica,
sed etiam omnium serè artium instrumenta intelli-
guntur. Ad artes, uel ingenij, aut prudentiæ uires
pertinentia. Cic. de Senect. Arma rusticorum sunt
ligones, rastra, & huiusmodi. Arma nautarum
Verg. Colligere arma iubet ualidisq; incumbere
remis. Arma pistorū. Verg. Cerealiaq; arma Ex-
pediūt. Arma coquinaria. Plaut. Quam eleganter
instructū coquinarijs armis. Arma bellica sunt in-
strumenta omnia, quibus in bello utimur. ad Att. 1.
Inde dicimus arma parare, facere, mouere. Vocare
uel cōclanare ad arma. Ad arma stimulare, uel con-
citare. Arma dare. Philip. 2. Armis instruere.
Ad arma descendere, uel uenire. ad Att. 7.

Cōcurrere. Arma capere, uel sumere. Cic. ad Bru.
Esse in armis. Fam. 15. Arma tentare, conferre,
inferre. Li. de bel. Pun. Armis decernere, uel con-
tendere. Ab armis discedere. Arma proijcere, uel
abijcere, ponere. Fam. 6. Armatura quæ interdū
ponitur pro armorum genere. Fam. 7. Interdum
pro ipsis armatis. Philip. 8. Item armamenta pro
congregatione armorum ponuntur. Vnde nauū in=
strumenta uel munimenta, ut funes & uela. Cic. O=
mnia cautè armamēta locans tutò labēre per undas.
Et armamentarium locus est, ubi reponuntur arma
mēta & arma, sed ferè ubi naualia, quale fuit illud,
quod Athenis Philon fabricauit, mille, teste Pli. ca-
pax nauium. de Orat. 1. Itē armariū, in quo uestes,
stragulæ, uel cibaria, uel libri, & alia similia recon-
duntur & seruantur. pro Cluent.

Armare est armis induere, aut alijs instru-
mentis instruere. Sic ad rem bellicam pertinet. ad
 Att. 8. Extra rem bellicā. pro Mil. Armatus ad-
iectiuum. pro Cec. Inde exarmare ea forma dicitur,
qua excalcicare, hoc est, armis dispoliare: ut exar-
mare nauē, quod est nauē armamētis suis spoliare,
ut malo, rostro, antenna, carchesio, clauo, pede, an-
chora et relijs. Exarmare feras, est dentes, ungues,
uel alia noxia mēbra adimere, uel etiā tutamina de
 trahere,

trahere, quibus uim propulsare nata sunt. Lamp.
 in Heliogabalo. Exarmare accusationē. Pli. li. 3. De
 armare cū exarmandi significatione cōuenit: sed al-
 terū altero leuius est, et usitatius scilicet exarmare.
 Li. Prælatiſ q; spolijs, quibus dearmatū exercitū ho-
 stiū sub iugū misit. Et inermis armato opponitur.

Ferramentū instrumentum (pro Cecin.
 est ex ferro. Cic. in Cat.

Ferrum dictum uolunt, uel à ferendo, quod
 in agros colendi gratia feratur: uel à feriedo, quod
 cætera eò feriantur, hoc est, domentur. Sua enim se-
 uitia feriendo domat, reliqua metalla attenuat &
 extēdit. pro Cec. A ferro fit ferrarius, id est, ad fer-
 rā pertines, ut faber ferrarius, uel fodina ferraria.
 Aliquando etiā ferrariū significat, qd' ex ferro est,
 quasi ferreū. Ferraria fœminino genere locus ap-
 pellatur, in quo ferrū foditur, atq; è cauernis terræ
 elicitor, ut auraria, argētaria, æraria. In quibus au-
 rum, argentū & æs effoditur. A ferro quoq; fit fer-
 reus, id est, ferro factus: ut ferrens gladius. Tum
 uero maximā elegantia habet cum ponitur pro du-
 ro, inhumano, aspero, uel crudeli, & id per transla-
 tionē. ad Att. 13. Eadem trāslatione uocat Plautus
 negotium ferreum, quod multi laboris, & operæ
 est: uel quod uix explicari, atque expediri potest.

ponitur interdū telum pro re potentissima, & efficacissima, & uis, uirtutisq; quasi presentis, sed id non ferè sine adiectiuo. De Amic.

Pilum. *Pila* generaliter (autore Varrone) *tela Romana* erant: dicebaturq; *pilum*, *hastile pedum* quinq; semis. Philip. 11. *Pila* foeminino genere in alio significato legitur, eoq; multiplici, & uario. Interdum enim instrumentum est *lusorium*, rotundum ad similitudinē spheræ: cuius multa sunt genera. Est enim *pila trigonalis*, uel *fluentina* uel *paganica*, uel quæ fit ex pelle, spirituq; inflatur: uel ea quæ *harpastum* uocant. De Orat. 1. Alio significato *pilæ lapideæ* in ædificijs sunt *columnæ* structiles aut *structuræ* ex lapide cæso, quasi quædã ædificiorum femora, quibus *mutuli* (quos *coruos* lingua nostra uocant) incumbentes *trabes*, & *epistylia* sustinent. *Pylæ* etiam *opera* sunt *informia*, quæ in aqua construuntur, cuiusmodi *magnifica* *Genuæ* uisuntur, *molem* uulgo appellant. Earum usus est ad tuendas à fluctibus *naues* intra *portus*, & *naualia*. Vi&t. lib. 5.

Iaculū est, quicquid in longum iaci potest. Et dicitur (inqt Varro) quod fit, ut iaciatur. Tus. 2. Et *iaculari*, est *telū cōijcere*, uel *immittere*. Off. 11.

Spiculū est *lancea breuis*, uel *telū missile*, cuius
d s ferrum

ferrū est triangulū unciarū nouē, dictū à spicarum specie. Pam. 5. Ponitur interdū spiculū nō pro sagitta, sed pro sagittæ ferro, uel cuspide ipsa, & aculeo nonnunq̄ ponitur, ut sunt spicula sagittarum et aculei apum. Verg. Spicula cæca relinquūt. &c.

Hasta secundum Varronem ab asto dicitur, quod stans ferri solet. Aspiratur tamē ad differētiā secundæ personæ uerbi asto. Cic. Euelli iussit eā, quæ erat trāsfixus, hastā. Inde hastā torquere. de Orat. 1. Iactare. de Orat. 11. Hastā abijcere est prouerb. locutio, significatq; debilitata causæ spe à cōtentione desistere. Ducta translatiōe à militia. Desperat enim quisquis in bello arma abijcit, et aut fugā spectat, aut mortē expectat. Et hastatus dicitur, q̄ utitur hasta uel qui hasta armatus est. Vnde hastati appellabantur, qui primi hastis pugnabāt. De Diu. 2. Et Hastile dicitur, quod ad formam hastæ factum est.

Scutū est chapeus, dictū à σκῦτος, id est pelle, q̄ nō sine pellibus fiat, inquit Festus, uel à sectura, qd̄ è minutis confectū sit tabulis. ad Att. 4. Inde scutū reijcere: id est, post tergū. de Ora. 2. Abijcere. Tus. 2. Scutulum diminutiū est scuti. de Nat. Deor. 1. Scutatus. Phil. 2. Et Scutarius est ad scutū pertinēs. Veg. li. 2. Scutarius etiā dicitur, qui scutorū curā habet, uel scuta facit. Plaut. Id modò uidendū, ut materias suppetat scutarijs. Scutella genus est uasis cō-

caui et rotundi, quo minuta ex carne, uel oleribus
in mensam exhibetur. Tusc. 3.

Scutulatus. Scutulatum aliquid dicitur for-
ma rotunda factum, quale aranea texit. Plin. li. 2.
Inde scutulata uestis, quæ habet quosdam orbis, uel
circulos quasi scutulis distincta. Scutulatus etiã dici-
tur color apud Palladium: in mense Aprili cap. 13.

Clypeus, Clypeos scuta maiora uolunt esse
Grammatici, & propriè peditem, de Finib. 2.

Parma breue scutum erat, quo pedites ute-
bantur, dicta quod è medio in omnes partes esset
par. Ver. Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.

Gladius, Varro dicit, c in g, cõmutato, à cla-
de dicitur, quod fit ad hostiũ cladẽ. ad Att. 1. Inde
plũbeo gladio iugulare prouerbialis est locutio, &
significat futili, leuiq; argumẽto deuincere quem-
piam. Eadẽ significatione uocat Cic. de finibus Bono-
rum frigidum argumentũ, plumbeũ pugionem. pro
Mar. Dicitur etiã suo gladio, suo uel telo confici, aut
iugulari, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut q suo
pte inuento, doloue capitur Deniq; in quẽ quocũq;
modo seu dictũ, seu factũ retorquetur, & ab ipso pro-
fectũ sit, ueluti si quis pro exẽplo Protagoræ anti-
strophõ dilẽma in eũ, qui proposuerit retorqueat,
Aut, si quemad. Phalaris, Perillũ mali reptonẽ suo
inuento conficiat. Teren. Suo hunc iugulo gladio.

Translata est metaphora ab his, qui in pugna suis
 ipsorum telis per sepe confodiuntur. Eodem perti-
 nent & illa Ciceronis. In tuum ipse mucronem in-
 curras necesse est. Rursum. Hic est defensionis tuæ
 mucro, in eum incurrat oratio tua necesse est. Inde
 gladium stringere, uel distringere. Philip. 2. Edu-
 cere. ad Att. 4. In uaginam recondere. Cic. Gladiū
 cruentum in uaginam recondidit. Et gladiator dici-
 tur dimicator. Vide Iulium Capitol. Alij hoc lite-
 ris tradunt, quòd uerisimilius credo, ituros ad bel-
 lum Romanos debuisse pugnas uidere & uulnera,
 & ferrum & nudos inter se coeuntes, ne in bello
 armatos hostes timerent, aut uulnera & sanguinē
 perhorrescerent. Hinc mos tractus uidetur, ut im-
 peratores ad bellum proficiscentes, munus darent
 gladiatorium. Gladiatorum autem multa erant ge-
 nera, scilicet Retiarij, Sequutores, Mirmillones, Ho-
plomachi, Thraces: quorum exempla crebra sunt
 apud scriptores. Horum magistri, atq; institutores
Lanistæ dicebātur Philip. 3. Gladiatorius est ad gla-
 diatorem pertinens, ut gladiatorū munus, uel gla-
 diatorius ludus. Cic. in Catil. Terent. Hi gladiato-
 rio animo ad me affectant uiam. Prouerbij speciem
 habet hic loquendi modus: quo significatur ita ten-
 di ad nocendum alteri, ut ad eum proprio etiam pe-
 riculo

riculo tentetur, animo pertinaci, paratoq; uel per
dere uel perire. Nam gladiatori cōposito ad certa-
men, hæc pugina proposita est fors, aut occidere,
si occupauerit: aut occumbere, si cessauerit.

Lanista est magister & institutor gladiatorum, sub cuius dominatu, & quo exhortante homines gladiaturam exercent, atq; in mutuam necē ruunt. Lanistæ familias habebant domi ad gladiaturam exercendam, quas instituere, & institutas uendere solebant munerarijs. ad Att. 1.

Ensis Verg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enses.

Mucro propriè est cuspis, & acumen ensis, ac telorum, & impropiè ponitur pro ense ipso, ut tectum pro domo. Nec solum de ense mucro dicitur, sed etiã de alijs rebus: & ponitur pro summo acumine. Vnde apud Plinium herbarum mucrones dicuntur. Philip. 14. Mucro pro ui & impetu. Cic. pro Cecin.

Pugio est genus teli, dictus à pugno quòd facile præhèditur, uel quòd eo presentius pugnetur. Vel dictus est, quòd eo pūctim pugnatur. ad Att. 2. Pugiunculus diminutiũ à pugione. Cic. In ijs, quibus ut pugunculus uti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes.

Sica

Sica genus est gladij breuioris Cic. in Catil.
Et Sicarius est grassator, qui sica homines interfecit. In Ver. Act. 3.

Imperator ab imperare dicitur, & pro eo qui imperat, poni solet generatim. Hic uero pro eo esse uolumus, qui exercitui præpositus est. Imperator autem olim belli indicendi, gerendiq; aut fœederis ferendi gratia deligebatur, req; bene gesta, & aliquot millibus externorum hostium prostratis consequabatur, ut primum à Senatu, deinde ab exercitu honoris causa imperator diceretur. Obseruatum quoq; fuit, ut is summū militiæ gereret, & imperatoris uice fungeretur, qui prætoriam castram, & prætorianos haberet. Nāq; omnis cura & procuratio rei militaris, desito imperio ueteri, penes prætorianos fuit. Pro leg. Manil. Imperatorius est ad imperatorem pertinens: De Orat. 3. Imperium hoc loco est imperatoris potestas, uel officium, aut belli administratio. Et iungitur maximè cū hoc nomine summa, ut sit ferè, summam imperij tradere, permittere committere, tenere. ad Att. 16.

Dux dicitur imperator, qui exercitum ducit Fam. 9. Extra rem bellicam, ut dux belli appellatur, à quo summa belli administratur, & qui exercitui præest: ita qui rei alicuius uel negotij suscipiendi
princi-

principem se profitetur, dux ille uocatur, tam in malam, quàm in bonam partem. Fam. 2. Ductus, us, ui, interdum aquarum appellamus. De Leg. 2. Præter hanc significationem ponitur ductus sæpe pro cõsilio, autoritate, uel administratione. Fam. 3.

Globus pro multitudine militum ponitur Liu. ab urb. Cond. 4.

Turma est ordo militaris equitũ. Dicta quæ si terdena, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnensium & Lucerũ fiebant. Constat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat decurio dicebatur. Fam. 15.

Caterua proprie Gallorum legio erat, sicut phalanx Macedonum, quæ certo numero constat. Nam autore Vegetio in Caterua erant sena militum millia. Non semper tamen militiæ est, sed interdum extra militiam: & ponitur pro turba hominum & conuentu. Cum rei militaris est. In Pis. Extra rem militarem. In Ver. Act. 7.

Manipulus à manu fit, & proprie dicitur fasciculus, quæ manu quis apprehendit metendo. Interdum uero pro exigua militum manu, quæ unũ signum sequitur, ponitur. Erat enim pars Centuriæ, ita dicta, quod Romulo adhuc paupere Roman. exercitus manipulos sceni hastis alligatos pro signis

signis gerebat. Et in legione quidem erant triginta manipuli Veg. lib. 2. | A manipulo fit manipularis, id est, ad manipulum pertinens, ad Att. 9.

Cohors non modo de numero militari, sed etiam de alijs dicitur. Fam. 3. Inde cohortes contrahere, Complere. Instruere. Cohors extra rem militarem, non est solum militum, sed etiam familia primarij alicuius uiri, Cic. Quæ cohors est qui comitatus fuerit, meministis. Præter hanc significationem dicitur etiam cohors, quæ est cors, locus cinctus parietibus, quo gallinas et anates, et id genus reliqua habere in uilla solemus. Varro de re. Rust. li. 3. Et cohortalis uel de hominibus dicitur, uel de animalibus, et dicimus anser chortalis.

Phalanx dictio macedonica est, qua non proprie legio, sed quadrata acies, et cuneus militaris intelligitur, quando scilicet pes pedi, clypeus clypeo, uir uiro, in acie conserebatur. Cæs. de bell. Gall. 1.

Legio. Cic. Multæ et bonæ et firmæ sunt legiones Lepidi. Inde legiones discernere. Fam. 2. Scribere, uel conscribere. Fam. 11. Conficere. Cæs. de bell. Gal. 8. Legionibus supplementum scribere. Fam. 3. Legionem explere. Sall. in Catil. Legiones accire. Linius de bell. Pun. In legiones distribuere. Cæs. de bell. Ciuil. 3. Legiones dare, habere, uel legionibus

gionibus præesse. Fam. 11. Et legionariū dicitur, quod est legionis, uel quod ad legionē pertinet. Fam. 10.

Agmen. multitudinē significat. In Piso. Sæpe uero pro ordinata multitudine accipitur, ut est exercitus ad præliū comparatus. Cic. in Philip. Inde agmen capere. Cæs. Relinquebatur Cæsari nihil nisi, ut equitatu agmen aduersariorum malè haberet & carperet. Agminalis est ad agmen pertinēs, ut equi agminales, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta, uel tormenta bellica, ut sunt quas hoc tempore uocant bombardas, canones, serpentinas.

Acies propriè est acumē ferri, ut acies cultri, falcis, & similia, quæ secant. In Ver. Act. 7. Transfertur uerò ad multa, ut ad oculos, ad mentem, ad animū, ad ingenium, ad auctoritatem, & ad rem bellicam: et significat exercitus instructionem, cum ad dimicandū paratus est. Cic. Hostibus in ipsa acie, cum præliantur, loqui licet. Inde aciem exornare, instruere. Pro Mur. In aciem procedere, uel prodire. Cæs. de bell. Gall. 2. Aciem promouere, erigere, porrigere, dirigere. Cæs. de bel. Ciuil. 5. Educere. uel producere in aciem. Ibidem. Acie sistere. Inclinari. Liu. ab ur. Con. 4. Excedere acie, uel recedere ex acie. Cæs. de bel. Ci. 3. & 5.

e Ordī-

Ordines pro exercitus ad præliū instructi, summa per sepe ponit historiographi. Sal. in Cati.

Excurre. Lii. In fines Romanos, excurrerunt, populabundi magis, quàm iusto more belli. Inde excursio, quæ est incurfio, uel latrociniū. Pro. Leg. Manil. Excursionem facere. ad Att. 1. Et excursus pro excursionem. Cæs. de bell. Ciuil. 3.

Incurrere, hic hostilem & bellicam agitati onem, atq; uexationē habet, populatione & præda inter dū non carentē. Lii. ab urb. Cond. 5. Et Incurfare. idē est, quod incurrere, quod uerbū nouē iunxit Liuius accusatiuo sine præpositione ab urb. Con. 5. Inde incurfionem facere, & sustinere. Cæs. de bel. Gall. 8.

Irruere rei bellicæ est & de populationis. De Orat. 1. Inferre se, pro irruere. Lii. Primo igitur concursu, cum uix pila cōiecta esset, media acies retulit pedē, inferentibusq; sese magno impetu Romanis, terga uertit.

Irrumpere est cum impetu ferri, uel uiolenter adoriri, aut ingredi. Trāslatē. De Orat. 3. Sine transl. Fam. 15. Inde irruptio. Pro leg. Manil.

Erumperē est cum impetu exire, uel euadere, & tam de rebus, quàm de personis dicitur. Cum de rebus dicitur, poni solet pro effruescere, exardere, subito emergere, uel apparere, aut emitti. Cic. Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus.

De personis. Fam. 12. Inde eruptio. ad Bru. Eruptio nem facere. Cic. His eruptionē facturi dicebantur.

Inruere pro irrupere, quamq̄ huius uerbi significatio leuis potius uidetur, quam aspera, non nunquam tamen impetu non caret. De pro Conf.

Insultare insiliendi frequentatiuū est, & significat irruere, uel impetum facere, aut molestum esse, uel irridere. Pro Mil. Inuolare est factio impetu irruere, à uolatus celeritate dictum. Teren. Vix me contineo quin inuolem in capillum.

Impetus est insultus & irruptio. Refertur nonnunq̄ ad animū, & tunc est libido, quædā animi nō recta, uel subita, & acris cupiditas. Impete pro impetu. Stat. Transibunt cāpos aurigāq̄; impete uasto. ad att. 8. Inde impetū facere. Fam. 4. Dare, perferre, pro dare uel facere. Pro Dom. sua Excipere. Cæs. de bel. Ciu. 3. Ferre pro sustinere. Idē. Tara dare uel retardare. Cæs. de bel. Gal. 2. Sustinere. frāgere, reflectere, propulsare, reprimere uel comprimere. Pro Mur. Residere. Fam. 1. Impressio est aciei impetus in aduersariorū aciem: Ponitur tamē generatim pro ui acriori & uehemētiori. Fam. 5. Inde impressionē facere. Cæs. de bell. Gal. 8. & impressionem dare. Liui. ab urb. Cond. 4.

Obsidere est fossa & uallo septum tenere,

uel ui circumſidere. Sic dicimus oppidum, urbes, domum, ſenatum, Capitolium, mare, uel ſinus maritimos obſideri. In Ver. Act. 7. Inde obſeſſor, p Dom. ſua. Et obſeſſio. Ibidem. Obſidio. Cic. Vrbes partim ui, partim obſidione cepit. In obſidione habere, pro obſidere. Cæſ. de bell. Ciuil. 3. Obſidionē continuare. Liu de bell. Pun. In obſidione eſſe pro obſideri. Ibidem. Obſidionē relinquere. Cæſ. de bel. Gal. 5. Soluere. Idem. Obſidione, uel ex obſidione eximere. Fam. 5. Obſidionis periculis liberare. Pro Leg. Manil. Obſidione liberare. Pro Font.

Circumſedere, uel circumſidere eſt obſidere. ad Att. 9.

Circumſepire. circumſidere uel obſidere eſt. Cic. Quoniam cohortibus armatis circumſepus ſenatus eſt, nihil aliud uerè poteſt decernere.

Interſepire. Cic. Ne interſeptum ſit his iter ad hoc ampliſſimum præmium.

Circumdare. eſt circumſepire, uel cingere. Accuſatiuū cum ablatiuo ferè habet, ſed tamen ablatiuus ferè in accuſatiuum conuertitur, & ſimiliter datiuum recipit. Fam. 15. Ablatiuus in accuſatiuum uerſus. Cic. Milites ignes circumdederunt. Ablatiuus in accuſatiuū uerſus admiſſo datiuo. Tuſ. 5.

Circumcludere. eſt circumdare, uel circumſepire

cum sepire. Cic. Mea diligentia circumclusus commouere te contra Remp. non potuisti.

Intercludere. est intersepire. Fam. 8. Dicitur etiã intercludere aduentũ, aditum, reditum, impetum, præsidium, per fugium, fugam alicui & iter. Per translationem, iutercludere omnes seditio num uias, innocentie defensionem, insidijs. Intercludere dolore, & similia.

Oppugnare. cum ad personam, uel ad personæ dignitatem, famam, existimationemq; referatur, tomo primo abundè patuit. Hic autem est urbes & oppida ob sidione cingere. Fam. 2. Inde oppugnatio ut oppugno, uel dignitatis, famæque aut personæ, uel oppidorum, urbium, Castorum uel est, alterum, primo tomo patuit, alterum hic patebit. De Orat. 2. Et oppugnatione sustinere. Cæs. de Bell. Gall. lib. 5.

Expugnare. est oppugnando capere, uel pugnando uincere. Sall. Iugurtha oppidum circum sedit, uineis, turribusq; & machinis omnium generum expugnare aggreditur. Trãslatè ponitur pro uincere, uel ui extorquere, atq; exprimere. In Ver. Act. 3. Inde Expugnatio. Pro Leg. Manil.

Capere idem est quod expugnare. Sall. Metellus oppidum Thalã magna gloria ceperat. Cap

tius, qui in aliorum potestatem uenit Fam. 5.

Repeterè bello. Liu. Politoriū inde rursus bello repetitum, quod uacuum occupauerant, &c.

Recipere. Cic. Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit.

Recuperare. Lilius. Vt Auxur ab hostibus recuperaretur.

Tenere, recepta recuperataq; firmare praesidijs, & in potestate retinere, uel occupare. Et tenemus tam personas, quam res, quae sub imperio nostro sunt. ad Brut. ad personam uero. Fam. 1.

Occupare, est tenere, uel usurpare, aut uicere. Cic. Locus in subsellijs occupetur, compleatur tribunal.

Diruere est euertere. Cic. Urbem igitur diruamus.

Excindere uel excidere, est excisionem inferre. Cic. Bellum maximum conficies, Nummantiam excindes. Inde excisio. Pro dom. sua.

Concurrere, aliquando sine animo gladiatorio est: & significat conuenire, conuolare, uel confugere. Hic uero animo gladiatorio plenum est. Et qui concurrunt impetum faciunt conflicturi. Sall. in Iug.

Petere est inuadere, uel aggredi ferendi causa, & ferre accusatiuum cum ablatiuo instrumenti habere

bere solet: ut petere aliquē ense, gladio, telo, & simili-
libus. Cic. Cuius latus mucro ille petebat? Transla-
tè positum. de Arusp. Respon.

Appetere in eadē significatione. pro Rosc.
Amer. Inde petitio, quæ uox uariè à Latinis acci-
pitur. Hic uerò petitiones sunt hostem, uel aduer-
sariū, ad plagā inferendā captantiū, quibus uitatio-
nes & declinationes opponuntur. Cic. in Catil.

Inuadere. Cic. In quo me ab inuidis inuadi
solere audio.

Adoriri est inuadere, uel aggredi, quod uel
ad rem bellicā pertinet. pro Milon. Vel extra rem
bellicam, ad Att. 13.

Aggredi est adoriri. Et aliquando extra rē
bellicā ponitur, regitq; accusatiuū sine præpositio-
ne. pro Cec. uel cū præpositione ad. pro Cluēt. Aut
infinitiuū uerbi alicuius habet, ut aggredi, dicere,
scribere, cōfutare uel dissoluere cuiuspiā argumēta
Off. 2. Aliquando ad rem bellicā pertinet. Phil. 12.

Congredi est se iungere cum hoste obsi-
stendi, uel pugnandi causa. pro Sull. Trāslatè positū
Cic. Remoue autoritatē, & cōgredere mecū crimini-
bus ipsis. Inde congressus, us, ui. Hic pugnā signifi-
cat, uel pugne ineuntis impetum, & est cōgressus,
cum conferuntur manus. de Orat. 2.

Pedē inferre, His & similibus uocibus concitati, clamore renouato inferunt pedem, & primo gradu mouerunt hostem. Cic. Vltro inferens pedem ad unum omnes occidit.

Conferre pedem est congedi & manū cōserere. Antiqui conferre pedem dicebant, quod nos ad punctū uenire dicimus, quod non faciunt fugientes litigatores. Cic. pro Planc. Dicimus etiā signa inferre & conferre, uide supra signa.

Manum uel manus conferre. Cic. Signa contulit, manum conseruit. Manus conferre pro conferre. Cic. pro Font.

Propugnare.

Propugnare oppugnandi significatione opponitur, & est impetū adorientis propulsare, sicq; pro defendere accipitur. Nec solū pro arce loco uel alio propugnamus, sed generatim, pro salute alicuius, pro fama, pro gloria, pro ætate et similibus. Vide primū Tomū. Cic. Testor me pro illorū fama, gloria, memoria propugnandū putare. Inde propugnator. pro Mil. Propugnatio pro defensione. Cic. pro Sest. Propugnaculū, qd' est munitio, uel locus, unde uehemēter certari possit, et defendi procul. Fam. 14. Sæpe uero transfertur. In Ver. Act. 5.

Sustinere est aggredientium uim, & incur
sionem

tionem sine impulsione, fugaq; perferre. Impetū uel incursionem sustinere. Liu. Cum his primā periculi procellam, & quod tumultuosissimum pugnae erat, parumper sustinuit.

Obuiam egredi, uel ire, pro resistere. Liuius: Obuiam egressi sunt, ut potius acie decernerent, quā inclusi de tectis, mœnibusq; dimicaret. Ibidem. Iere obuiam Sabini tumultuario milite.

Occurrere. Cæs. Tum Calonos perterritos hostes conspicati, etiam inermes armatis occurrerunt.

Opponere. Opponi est è regione fieri, uel obijci, quod ad hunc locū eatenus pertinet, quatenus resistendi uoluntate, atq; consilio fit. Exempla igitur habet huc omnino pertinentia. Cic. Primum gladiatori illi imperatores nostros opponite. Exempla huc minus pertinentia, quæ uel in altercatione posita sunt, uel uim minorem, & leuiorem impetū ad resistendū habent: uel quæ extra resistendi consilium sunt, ut solent res rebus opponi, & tigna tignis, paries parieti & similia. Cic. Principio orationis hoc oppono, me, &c.

Obijcere pro opponere aliquando ponitur, aliquando uero pro exprobrare, aliquid in aliquē dicere, & maledicti loco ponere. Exempla hic propria.

pria. Qui se saepe telis hostium, qui dimicatione capitis, qui morti obiecerit. Exempla minus hic propria. Cic. Splendore falsi honoris obiecto acie boni ingenij perstringunt. Pro exprobrare. Cic. Obijcit mihi, me ad Baias fuisse.

Obiectare pro exprobrare. Cic. Mihi la chrymulam Cypriani iudicij obiectas.

Repugnare idē quod occurrere, uel resistere. Cæs. Nostri primò integris uiribus fortiter repu-

Resistere. Li. Iupiter optimus Magna uere. xiuus resistere, atq; iterare pugnam iubet.

Arcere est prohibere uel propulsare, quod aliquando uehementioris est significati, et tunc adhuc locum pertinet. Aliquando non ita admodum uehementis significati est: & tunc etiam ponitur pro coercere, uel continere. Cum uehementioris significati est accusatiuum ferè, & ablatiuum cum præpositione habet. Quod si in remissione significato manet accusatiuum ferè habet solum, aut accusatiuum cum ablatiuo sine præpositione. Hoc tamen in utroq; non perpetuum est, sed saepe confunditur, ut alteri quod attribuimus, alterum etiamnum recipiat. Uehementioris significati. Cic. in Catil. & Philip. 2. Significati non ita uehementis. Cic. Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus.

Auer-

Auertere. Cic. Qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium, quis honos ei nō fuit decernendus? Exemplum ab hoc loco alienū. Cic. Sic me illius fuga deformitas auertit ab amore.

Pellere, repellere, uel expellere. Cæs. Itaq; multis interfectis, reliquos infecta re in oppidū repul-

Propulsare uim pellēdi et arcēdi habet, (rūt. cui uerbo hæ ferè locutiones attribuuntur. Propulsare impetū, iniuriā, periculū, frigus, famē & similia, quæ molestiam ferre solent. Phil. 5.

Prælium est ipsum tantummodo armorum certamen, uel pugna, conflictusq; qui in bello committitur. Liuius. Plus hostiū fuga, quàm præliū absumpsit. Inde præliū pronunciare, inire, incipere, inferre, conserere, edere, facere, committere, pugnare, sustinere, conficere, dirimere, intermittere, renouare, redintegrare, restituere. Cæs. de bel. Pun. 1. Et prælio lacescere, contendere, decertare, consili-gere, defungi, abstinere, supersedere, excedere, elabi ex prælio. Ad prælium elicere, in præliū ruere. Liuius. Deinde ubi digressos repente uiderunt, & ipsi certaminis auidi in prælium ruunt.

Præliari est prælio dimicare, uel prælium facere, atq; cōmittere. Cæs. Equestribus prælijs sæpe ex eqs defiliūt, ac pedibus præliantur, equosq; eodē manere uestigio assuefecerunt.

Pugnare pro moliri uel attentare. Cic. *Il-
lud pugna, atq; enitere, ne quid tēporis nobis pro-
rogetur. Est etiā congregari, dimicare, uel ferro de-
cernere. Quod uerbū ductum est à pugnis, quibus
quondā praelia cōmittebantur ante hastas, enses, gla-
dios, pila, & arma eiusmodi inuenta. Cic. Cū hoste
nostro cominus in acie sæpe pugnauit.*

Depugnare. Cic. *Cum hoc aut depugnandū
est, aut habenda è lege ratio.*

**Pugna est uerborum, & controuersie non
bellicæ.** In Ver. Act. 7. *Inde pugne diem constitue-
re, pugne locum querere, ad pugnam euocare, eli-
cere. Liu. de bel. Pun. Pugne potestate, uel copiam
facere, pugna ciere, capeffere. Ad pugna procede-
re, uel in pugnam procurrere, pugnam conserere,
facere, cōmittere, pugnare, extendere. Pugna decer-
tare. Pugna laxare, remittere, inclinari senescere,
dirimere, detrectare, extrahere. A pugna prohibe-
re uel continere. Pugnam restituere, iterare.*

**Certare rei bellicæ cōuenit & pro bellige-
rare, uel dimicare ponitur.** Cic. *Viribus certandum
cum ualentioribus non putarim.*

Decertare. Cic. *Duo genera decertandi sunt,
unum per disceptationem, alterum per uim.*

Certamen hīc praelij est, non contentionis.

Cæs. Reliquum erat certamen positum in uirtute. Inde Certamen instare, Cooriri, serere, tentare, experiri, iniicere, præbere, miscere, facere, anceps facere, extrahere, abnuere, sedare, renouare: Ad certamen. accendi. *Liu. de bel. Pun.*

Dimicare est pugnare uel cōfligere, quod fit tam uerbis quàm re. Interdum planè bellicū est.

Cæs. Inito consilio dimicandi descendere prærupta ualle cœpit. Interdum uero contentionem habet nō bellicam. *Cic. De omnibus fortunis reipub. dimicē.*

Ablatiuū cū præpositione de frè regit, cum extrarem bellicam est. Ad rem uerò bellicam pertinens, absolutè ponitur, ablatiuum sæpe etiam admittit.

Inde **dimicatio** pro pugna bellica, pro contentione non bellica. *Cic. Is nec inimicitias, nec uitæ dimicationes pro me sibi fugiendas putauit. Pro pugna bellica. Liu. Romanus postquàm hostem in agris non inuenit, dimicationi ultimæ instructus, intētusq; Tyberim transit. Dimicationem quærere, & A dimicatione continere. Liu. de bel. Pun.*

Confligere est prælio decertare, uel prælium committere. *Cic. Sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertauit: inde cōflitio quæ est cōtentio, uel quasi cōcursus: magisq; ad alia refertur, quàm ad rem bellicā. Cic. Quæstio est*

ea, quæ ex conflictione caesarum gignitur. Conflictus. Cic. Lapidum conflictu, atq; tritu ignem elici uidemus. Translatè uero pro pugna, uel prælio accipi solet. Cic. pro Cecin. Cōfligere interdum extra rem bellicam egreditur, et ad alia conuertitur. Cic. Potuisti leuiore actione conflictare.

Conflictari, aliquando deponens, pro contendere uel conflictare ponitur, uel pro pugnare. Cic. Cum his conflictari, & pro patriæ salute quotidianè dimicare, erat, omnino molestum. Aliquando passiuum est, & pro cōcuti, iactari, uexari, atteri, ponitur. Cic. Conflictari molestiss.

Cedere est uerberare, tundere, uel occidere. Et cædimus ferro, baculo, uel flagello. Cædimus etiam tam personas, quàm res alias, ut cedere arborem, ianuã saxi, filicem uel lapide. In quibus postremis locutionibus pro scindere ferè accipitur. De personis. Cic. Sceleratorũ hostium exercitũ cæsum, fuscumq; cognoui. De rebus. Cic. Ne quid inter cæsa, & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Prouerbialis hic loquendi modus, & uidetur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac uelut interuallum illud, inter omittendum, quod cæptum est, & incipiendũ, quod nouari oportet. Sumptum est autè è prisco auspiorum ritu, in quibus
inter

Inter caesa & porrecta sacerdos ceremonias quasdam agebat, teste Var. li. 2. de Ling. Lat.

Cædes est occisio. Fam. 4. Inde cædem querere, facere, uel efficere, perpetrare, edere. Liu. Repulsos deinde insequentibus uictores ingentem ediderunt cædem.

Concidere cum cædendi significatione conuenit, diciturq; tam de rebus, q̄ de personis. Cic. Equites nostros cõcisos à Barbaris nuntiabant. Trãslatè. Cic. Vos decretis uestris Antonium concidistis.

Occidere est interficere, uel cædē facere. Cic. Occidetur ad balneas palatinas rediens à cæna Roscius. Sine morte illata ponitur aliquando pro uehementer cædere. Terent. Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias student facere. Inde occisio, uel occidio, & idem est quod cædes. Liuius. Tum ancipiti malo urgente à prælio ad preces uersi, huic dictatorem, huic consulem orare, ne uictoriam in occisione ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Et occisionem facere. Cic. pro Cecin. Occisione occidere. Fam. 15.

Verberare est cædere, manus & uim asferre, uel pulsare: ut uerberare urbem tormētis. Cic. Ante Consules, oculosq; legatorum tormētis Mutinam uerberauit. A propria significatione ad alia nonnunquam

nunquam transfertur, ut uerberare conuitio. Cic. Os tuum ferreum Senatus, conuitio uerberari noluiſti. Inde uerberatio pro pulsatione poni ſolet. translata tamen pro increpatione poſuit Cicero. Mirificam, inquit, mihi uerberationem ceſſationis epiſtola dedisti. Verber eſt flagellũ, uel uirga. Cic. Mitto uincla, mitto carcerem, mitto uerbera. Verbero, onis dicitur, qui uerbere eſt dignus. Plaut. Ain' uero uerbero?

Transuerberare eſt transfodere, uel ferire. Pam. 7. Præclara beſtia uenabulo transfuerberatur.

Transfigere idẽ eſt, quod transfuerberare. Cic. Ipa feris transfigens unguibus anguem.

Ferire eſt percutere, uel icere. Nec ſolũ perſonas ferimus, ſed res etiam alias, ut ferire parietem & ſimilia. Cic. Inſtat, ut ſecuri ambo feriantur. Suã translationem habet, ut alia uerba. Cic. His ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, animus qui poſſit, non uideo.

Icere eſt icium facere, uel ferire. Liuius. Ibi in turba iclus Remus concidit. Inde iclus us, ui. Et dicitur petitio, uel uulneris impreſſio. Cic. Ictus fit & uulnerantur arteriæ. Translatè poſitum. Cic. contra Rul.

Percu-

Percutere est ferire, uel cedere. Cic. Deinde gladio percussus est ab uno de illis. Pro fulmine percuti, dicimus eleganter de cælo percuti, uel tangi. Verg. De cælo tactas memini prædicere quercus. Translatè. Cic. Qui uos mortuus inani cogitatione percussit. Inde percussor, qui uulnus infert, uel qui interficit. Cic. Quos, qui leuiore nomine appellant percussores uocant. Percussio. Cic. de Orat. 2.

Sauciare est uulnerare. Cic. Serui nonnulli uulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciat. Inde Sauciatio, quæ est uulneratio. Cic. Sauciatio quæretur, cū fugã factã esse cõstabat? Saucius. Cic. ad Bru.

Consauciare. Cic. Itaq; in illo genere ex remotiore brachij, & contortione dextræ gladius ad corpus adferri: in hoc autè crebro, & celeri uulnere corpus consauciari uidetur.

Vulnerare est plagam, uel uulnus infligere. Cic. Serui nonnulli uulnerantur. Vulneratio est sauciatio. Cic. Hæc est salutis suæ uulneratio. **Vulnus.** Cic. Dico mercedè uulneris, atq; plagæ cõstitui nefas fuisse. Inde uulnus inferre, accipere, uel excipere, sustinere, et diuellere. **Vulneribus cõfici.** Sall. in Iug.

Inuulneratus. Cic. Si quis corũ, aut iniqui iudicij quædã procella peruerit: aut aliqua repen-

f tina

tina uis ac tempestas protulit popularis, aut popu-
lum tamen ipsum recreati sunt, atq; reuocati: aut
omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt.

Plaga idem quod uulnus. Cic. Dico mercedem
uulneris, atq; plagæ cōstitui nefas esse. Plagā accē-
pere. Cic. Grauiorem plagam accipiebat, ut leuio-
rem repelleret.

Trucidare est pluribus uulneribus concia-
dere. Cic. Qui nos, coniuges, liberos nostros truci-
dare uoluerunt.

Frangere est rumpere, uel quod integrum
erat in plures partes diuidere. Cic. Itaq; alter alte-
rius oua frangit. Translatè ad multa conuertitur,
poniturq; pro infirmare, uel debilitare. Et tam de
personis quàm rebus dicitur. Ad personas transla-
tum, significat uel impetum reprimere, uel constan-
tiã auferre. Cic. Primus ego leges Antonianas fregi.
Et frangere cupiditates dicimus. Frangere se, pro
agitare uel exhaurire, uel debilitare, ut frangere se
laboribus. Diuerso loquendi genere dicitur se fran-
gere aliquis, qui neglecta constantiæ existimatione,
aut abiecto primo consilio aliam sententiã sequitur,
aliaq; utitur uitæ ratione. Fam. 4. Inde frangere fi-
dem, pro nō seruare fidem. Cic. pro Rosc. Comœd.
Fragmentum. Cic. Hunc adoriuntur fragmentis se-
ptorum & fustibus.

Fra-

Fragilis idem est quod *caducus*, & opponitur *firmitati* uel *stabili*. Cic. de Senect. Et *Fragilitas* est *imbecillitas*. Cic. *Casus* humanos, & *incertos* *eventus* *ualetudinis* & *naturæ* *communis* *fragilitatem* *pertimesco*.

Infringere est *frangere*, *concidere*, uel *de-lumbare*. Cic. *Cum* *Drusi* *tribunatus* *infringi* *iam* *et* *debilitari* *uideretur*. Inde *infractus* quod aliquando pro *fracto* ponitur, aliquando uero pro *non fracto*. Cic. Itaq; *infractus* *furor* *tuus* *inanes* *faciebat* *impetus*. *Infractio*, quod pro *fractione* ponitur. Tusc. 3.

Defringere. Cic. *Qui* *prætereuntes* *rami* *defringerent* *arboris*. Idem. *Hic* *subsellium* *calce* *præmens* *dextra* *pedem* *defringit*.

Confringere. Cic. *Membra* *uxoris* *fustibus* *debilitauit*, *manus* *contudit*, *digitos* *confregit* *neruos* *concidit*. *Translatè*. Cic. *in* *orat.* *pro* *Mil.*

Suffringere. Cic. *Si* *canes* *luce* *latrant*, *opinor* *ijs* *crura* *suffringantur*.

Effringere. Cic. *Fores* *effregit*, *restituetur*. Idè. *Postea* *repagulis* *conuulsis*, *effractis* *q;* *ualuis*, *demoliri* *signum* *conantur*.

Refringere. Cic. *Cum* *ego* *tanto* *interuallo* *claustra* *ista* *nobilitatis* *refregisse*, *ut* *aditus* *ad* *consulatū* *post* *hac*, *sicut* *apud* *maiores* *nostros* *fuit*, &c.

Debilitare est frangere, uel infringere, aut debile facere & eneruare, et ponitur propriè. Cic. *Membra uxoris debilitauit fustibus.* Translatè. Fam. 2. *Inde debilitatio.* Cic. in Pis. *Et debilis, quòd firmo opponitur, & significat mancum, infirmum, uel leuem.* Cic. *Quorum uires erant debiles.* Translatè. Cic. *Occurrebat mancam & debilem praturam suam futuram consule Milone.* **Debilitas** est infirmitas, siue propriè ponatur, siue translatè. Cic. *Id agunt, ut à se dolores, morbos, debilitates repellant.*

Defatigare, est defatigationem, uel laborem adferre. Cic. *In quo ille tot, & tales uiros defatigat?* *Inde defatigatio.* Cic. *Nulla res ei finem cadendi, nisi defatigatio, & satietas adferet.*

Lassare est idè quod fatigare uel defatigare. Iuue. *Et lassata uiris, nodum satiata recessit.* *Inde lassus, quòd dicitur tam animo quàm corpore defatigatus.* Plaut. *Ille opere foris faciundo lassus, domum noctu aduenit.* *Et lassitudo, quod est molestia, quam ex labore suscepimus.* Cic. *Nulla lassitudo impedire officium & fidem debet.*

Eneruare est uires adimere, quod tam de rebus, quàm de personis dicitur. Cic. *Ego usque eo sum eneruatus, ut, &c.* Translatè. Cic. *Eneruata mulierisque sententia.*

Delumbare est uires adumere, sed id per translationem ductū à lumbis. Cic. *Quæ uitia qui fugerit, ut neq; uerbū ita traijciat, ut id de industria factum intelligatur: neq; infercies uerba quasi rimas expleat: nec minutos numeros sequens concidat, delumbetq; sententias: nec sine ulla commutatione in eodē semper uersetur genere, &c.*

Reprimere est cōtinere, uel coërcere. Propriè. Cic. *Si lacus redundasset, usq; in mare fluxisset, Romā periturā: si repressus esset, Veios. Trāslatè, ut reprimere sermones, fugā, obiurgationē, memoriā, impetū, odiū, pestē, furorē, impudentiā. Vide in primo Tomo. Inde repressor. Cic. uideo Milonē repressorē cædis quotidiane, sordidatū et reū.*

Refrenare uerbū trāslatū est, ductū à freno quo equos edomanus, uel cohibemus, atq; reflectimus. Trāslatè igitur pro cōprimere, coërcere, retardare, uel tēperare ponitur. Et dicimus refrenare aliqd, uel aliquē à re aliqua. Cic. *ô libidinē refrenandā.*

Cohibere est refrenare, & eosdem loquendi modos habet. Cic. *Qui ab auro, gazaq; regia manus oculos, animū cohibere possit. Inde cohibitio. Cic. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex ærea: cohibitio tollendi, nisi pactus esset, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem.*

Cōpescere est cobibere uel cōtinere. Plaut. Maledicta hinc aufer, linguam compescas.

Fundere. Cic. Homines fusi per agros, id est, dispersi. Idē. Fundere uersus ex tempore. Et multa alia significata habet. Fundere hic est sternere, uel concēdere. Cic. Cuius tertio cōsulatu Latini ad Venetrim fusi, & fugati sunt.

Sternere aliquando pro ornare, apparare, uel extēdere ponitur. Cic. Imperauit, ut in foro sibi medio lecti sternerentur. Aliquando pro componere, uel complanare. Cic. Dolobella columnam sustulit, locum illum sternendū locauit. Et sternere pro tegere, qua uidemur tegere id, super quod aliquid sternimus : Vnde sternere equos dicimus. Et sternere humū floribus, pro floribus implere. Aliquando est abijcere. Cic. Quem singuli stratum, atq; abiectum subleuastis. Aliquando cādere, uel fundere est, Vnde cāsum exercitum, stratū dicimus. Verg. Sternitur infelix alieno uulnere. Et sternax dicitur equus, qui sefforē excutit, ac interrā deijcit. Verg. Et sternacis equi.

Prosternere est abijcere, affligere, profligare, uel peruertere. Cic. Hostes pstrauit, fudit, occidit.

Cōsternere est tegere, uel implere. Cic. Ille graui moriens constrauit corpore terram.

Con-

Consternare est in terrā deijcere. *Transfertur tamē aliquādo ad animū. Sal. Sine rectoribus exterriti, aut saucij cōsternantur. Consternatio est animi defectio nimio timore, pauoreq; coorta.*

Profligare. *Cic. Expugnare urbes, aciē hostium profligare, sunt ea quidem magna.*

Contundere est frangere, uel obterere. *Cic. Mēbra uxoris lapidibus & fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit.*

Obterere, *ppriē. Cic. Quos cū humare uellēt sui, neq; possēt obtritos internoscere ullo modo, etc. Translatē positū. Cic. Prosternere et obterere obtreftationes maleuolorum.*

Laniare. *Cic. Magorū mos est, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antea laniata.*

Dilaniare. *Cic. Tu P. Clodij cruentū cadauer eiecisti domo & c. infelicissimis lignis semiu-stulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.*

Lacerare est cōcerpere, uel dilaniare, qd' sine trāslatione ponitur. *Phil. 11. Et cū trāslatione. Cic. Qui lacerarūt omni scelere patriā. Inde laceratio. Cic. An ego, si te, & Gabiniū crucifixos uiderē, maiore afficerer letitia ex corporis uestri laceratiōe, quā afficior ex infamia?*

Dilacerare est lacerare. *Cic. de Nat. Deor. 1.*

Excarnificare. Terent. Huiusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

Carnifex est tortor, uel licitor. Cic. Nō sicariū sed crudeliſſimum carnificē in iudicium adduximus.

Carnificina locus dicitur interdū, quo iuſſu Magiſtratus homines fontes à carnificibus occidūtur. Plaut. Quod ſi deſperatis rebus carnificinā petat? Accipitur etiam interdū carnificina pro officio carnificis. Plaut. Si ullo pacto ille huc conciliari poſteſt, uel carnificinā hunc facere poſſū perpeti. Ponitur etiā pro re excarnificante. Cic. Cum omnis perſurbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo.

Carpere. Carpimus propriè lanam, fructus ex arbore, uel herbam. Plaut. Dare unā illi opera penſum poſtules; inter ancillas ſedere iubeas, lanam carpere. Trāſlatè pro eligere ponitur. Cic. In multorum peccato carpi paucos ad ſupplicium nō oportet. Carpere pro figere, & tam de rebus alijs dicitur, q̄ de corporeis: extra corpus uero cū eſt, ferè pro inſectari, reprehēdere, obtrectare, uel inſtare ponitur. Cic. Is carpebatur à Bibulo. Perſius: Genio carpanus dulcia. Inde carptim, quod eſt hinc atq; illic carpendo, & non ipſam ſeriem ſequendo. Cic. Reſpondebis non poſſe perinde carptim, ut contexta: perinde inchoata placere, ut effecta.

Decera

Decerpere est delibare, uel excerpere, ut decerpere uuā et similia. Cic. Nihil tibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus decerpit.

Excerpere, cum decerpendi significatione conuenit, siue ea propria sit, siue translata. Cic. Nō solum ex malis eligere minimum oportet, sed etiā excerpere ex his ipsis, si quid inest boni.

Concerpere est conscindere, uel lacerare. Et ex ijs est, quæ huc pertinent. Ponitur propriè, ut cōcerpere corpus, serā, literas. Trāslatè. Cic. Quod tibi scripsi Curionē frigere, iam calet: Nam frequen-
tissime concerpitur.

Discerpere est dilacerare, uel dilaniare, & frequenter cum translatione. Cic. Cum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur.

Interficere est morte mulctare, uel ferro uitam eripere. Cic. Deinde ipsum Aurium tollendū, interficiendūq; curauit. Inde intersector. Cic. Quo-
rum intersectores implerunt orbem terrarum no-
minis sui gloria.

Interimere est interitum afferre, uel interficere. Cic. Me quidem exanimant, & interimūt hæ uoces. Trāslatè. Cic. Horum ingenio senes ad cō-
ëmptiones faciendas interimendorū sacrorū causa reperti sunt.

Perimere est interimere, uel interficere.
 Vnde peremptorium edictum apud Iurifconsultos
 dicitur eò, quod perimat disceptationem inter liti-
 gatores, hoc est, non patiatur aduersariū tergiuer-
 sari. Propriè. Cic. Si perimit, ac delet omnino, quid
 melius? Translatè. Cic. Si mihi uis aliqua maior re-
 ditum peremisset, &c. Idem. Ludi non intermissi,
 sed perempti, atq; sublati sunt.

Tollere. Vniuersa tollendi significatio pri-
 mo Tomo patuit diligentissimè.

Delere à uerbo antiquo est, quod exoleuit peni-
 tus. Propriè autem refertur solet ad lineam, & ad
notam. Tractū à tabella Geometrica: Nam ibi scri-
 bunt, seu lineas ducunt, quas postea delent, ut aliæ
 iterum ducantur. Sic propriè dicuntur deleri literæ,
epistolæ. Paulū autem accedit ad proprietatem,
 cum dicimus teftoriū, uel imaginē deleri, pro indu-
ci, uel leuari, & remoueri. Ad multa uerò persæpe
 transfertur, & ponitur generatim pro tollere, ex-
 tinguere, adimere, uel abstergere. Propriè. Cic. Nō
 puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. Trās-
 latè. Cic. Iupiter urbes deleuit, fruges perdidit.
 Inde deletrix. Cic. Tum est illa in templo casto-
 ris scelerata & penè deletrix huius imperij sica
 deprehensa.

Extinguere,

Extinguere. uide Nonium. Propriè ea ex-
tingui solent, quæ incensa sunt, tum etiam, quæ ali-
quid luminis habent. Propriè. Cic. Refrigerato &
extincto calore, occidimus ipsi, & extinguimur.
Translatè dicimus extinguere amicitiam, consuetu-
dinem, familiaritatem, nomen, senatum, gratiam, di-
gnitatem, infamiã, inimicitias, odium, dissensionẽ,
crimen, rumorem, famam, bellum, memoriam, ma-
ledi. ^{ſu}, potentiam alicuius, inuidiam, de quibus ali-
bi scribimus. Cic. Vir egregius alieniſſimo Reipub-
tempore extinctus. Inde extinctor. Cicero. Ne ex-
tinctor patriæ, ne proditor appelletur.

Suffocare est faucibus præmere, & ani-
mam intercludere, ſicq; pro extinguere ponitur.
Quid. Suffocent animam dira uencna tuam.

Iugulare propriè est iugulum cedere, uel
iugulum ſoluere, generatim tamen pro interficere
accipitur. Propriè. Cic. Ne ſtridorem quidem ſer-
re, tum audiunt, cum acuitur, aut grunitum cum iu-
gulatur ſus. Translatè. Cic. Vt ſacilius reuiuifcat
Pompeianorum cauſa toties iugulata.

Necare eſt necem afferre, & accuſatiuum
ſolum regit, uel accuſatiuum cum ablatiuo. Duplex
item habet præteritũ necui & necaui. Cic. Zenonẽ
Eleatem in tormentis necatũ à tyranno accepimus.

Enecare

Enecare. Ab enecare fit enectus, cuius frequentiora sunt exēpla, quàm enecandi. Opponi autem solet enectus pleno. Quāquàm dicunt etiā nonnunquàm historiographi aliquem enectum, pro interfecto. Cic. *Auis fame enecta in offam pultis inuadit.* Inde *Nex*, quod est mors, quæ ferro fit, aut alia ui. *Neci tamen datus* (autore Festo) propriè dicitur, qui sine uulnere interfectus est, ut ueneno, aut fame. Cic. *Cum homines, uincla, neces, ignomir. tasq; uitāt, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma in exilium.* Inde *necem afferre*, *Consciscere*. Cic. *Iunius necem sibiipsi consciiuit.*

Internicio. uel *internecio* indifferenter à latinis dicitur: significatq; uitæ priuationē, ut inquit Festus. Nos uero *interitū* uniuersum significare tradimus, ut occidione occidi. Ducitur enim, à uerbo antiquo *interneco*, quo significat *interficio*, sed multitudinem totam fermè complectitur. Plaut. *Duello extincto maximo, atq; internectis hostibus.* Cic. *Resisti sine internecione non posse arbitramur.* *Internectiuus.* *Internectiuum* dicitur, quod ad internecionem pertinet, ut *internectiuum bellum*. Pli. *Habet deinde internectiuum bellum cum Ichuoumone.*

Clades est *cædes*, uel *calamitas*. Cic. *Ignorare mihi uideris, hæc quanta sit clades.* Inde dicimus *cladem*

cladem inferre, adferre, facere, accipere, reddere.

Liu. Plus cladum quàm intulerunt acceperant.

Strages est clades, profligatio, iactura, uel est caduerum interfectoꝝ uno in loco, ac proprie iacentiũ multitudo, siue humanorum siue iumentorum. Cic. Qua strage nõnulli permoti magistratus paululum à mea causa recesserunt. Inde **stragem** facere, edere, dare. Liu. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes, riuosq; stragem siti pecorum morientium dedit.

Subigere est in potestatem, uel ditionem redigere, atq; armis opprimere. Cic. Suo cognomine, declarat tertiã partem, orbis terrarũ se subegisse.

Domare est subigere, uel condocere. ut domare beluas. Pertinet autem tam ad res, quàm ad personas. Et interdũ translata accipitur, ut domare libidines, uel effrenatos animi impetus. Cic. Domuisti gẽtes immanitate barbaras. Inde **domitor**. Cic. Vt equos propter crebras contentiones, præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant. **Domitus**, us, ui. Cic. Effecimus etiam domitu nostro quadrupedum uestiones. **Domitura**, quòd est domandi actus. Pli. Domitura bouum in trimatu optima.

Edomare ad domandi significationem accedit.

cedit. Cic. Vitiosam enim naturā ab eo sic edomitam
 & compressam esse doctrina, ut nemo unq̄ uinolens
 tum illum, nemo in eo libidinis uestigium uiderit.

Indomitus est, qui imperium recusat, ut
 equus intractatus & nouus. Transfertur uero ad
 multa. Cic. ô libidinem effrenatam & indomitam.

Superare interdum uerbū neutrum est, &
 ponitur pro suppetere, uel redundare, aut superabundare. Cic. De eo, quod ipsis superat, alijs gratificari uolunt. Superare pro superuivere, & quasi superstitem esse. Verg. Quid puer Ascanius? superatine, et uescitur aura Aetherea? Aliquādo pro uincere, excellere, præstare, uel superiorē esse ponitur. Propriè superare significat trāsire, & quasi super ascendere. Verg. Superant montes, & flumina tranant. Translate pro uincere, aut excellere ponitur. In quo non magis ad rem bellicā pertinet, quā ad res alias quasuis, quibus superiores sumus aut aliquem excellamus. Cic. Si cum alijs certet longē omnes, multumq̄ superabit.

Vincere, cum ad rem bellicam pertinet, significat subigere, uel in ditionem redigere, prælijs frangere. Cum uero extra rem bellicam est, significat potiorem, uel superiorem esse. Et dicimus uincere aliquem, uel aliquem re aliqua. Cic. Malo me cū

Pompeio uinci, quàm cū istis uincere. Dicimus etiã uincere causam, pro obtinere causam. Et uincere litem, sponsonem, accusationem. Cic. Ita tua Sulpiti est à nobis tum accusatio uicta. Inuictus uicti significationi opponitur. Cic. Nomen inuictissimi imperatoris incidatur.

Deuincere. Cic. Qui risus classe deuicta, multas ipsi lachrymas, magno populo Ro. cladem attulit. Translatè. Cic. Non solū ad negligendas leges, & quæstiones, uerum etiam ad deuincendas, perfringendasq; uoluisti.

Victor. Cic. Ille externorum bellorum, hostiumq; uictor. Victrix. Cic. Erat uictrix respublicæ Antonij copijs. Inde uictoria, quòd dicitur palma, uel res bene gesta, cui opponitur offensio. Cic. Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati, reperimur. Victoriã portendere, parere, uictoriæ initium oriri, uel nasci, uictoriã in manibus esse. In manibus habere, deferre, dare, tribuere, adipisci, consequi, habere, conclamare, concelebrare, reportare, exercere, stare, constare, uel consistere, retinere, morari, interpellare, differre, transferre, eripere, extorquere. Liuius. Victoriã hosti extorqueamus. Victoriã excidere è manibus. Cic. Deinde ita multa peccata, ut quodãmodo, uictoria

ria excideret è manibus, perterritos, inermes, &c.

Recipere se. Cæs. Allobroges fuga se ad Cæsarem recipiunt. Liu. Imparem copijs exercitiũ temere, pugnae commisit, primo concursu pulsus se in castra recepit.

Pedem referre. Cæs. Tandẽ uulneribus defessi, et pedẽ referre, & quod mons suberat circiter mille passuum, eò se recipere cœperunt.

Regredi. Cæs. Erat per decliuẽ receptus, illi autem hoc acrius instabant, neq; regredi nostros patiebantur, quod timore adducti locum relinquere uidebantur.

Refugere. Liuius. Subsidia armatorum ad arcẽdas populationes missa sæpius simulato, quàm uero pauore refugerunt.

Cedere est uictum se fateri, uel locum dare & se retrahere, uel inferiorem esse & minorem, cuius uerbi significatio non magis ad rem bellicam pertinet, quàm extra rem bellicam persæpe est. Absolutè. Cic. Cedã atq; abibo. Cum datiuo solo. Cic. Ea autem erat foeneratio huiusmodi, ut etiam hic quæstus huic cederet. Cum datiuo, & ablatiuo sine præpositipne. Cic. Cedam tibi in præsentia oro, & curia. Cum datiuo & ablatiuo, & præpositione in, uel de. Cic. Luculli sententia cedit religioni de exercitijs

citu. Cum ablatiuo solo. Cic. Aeschines propter ignominiã iudicij cessit Athenis. Cum ablatiuo & præpositione de uel ex. Cic. Recte sic censeo cedendum de oppidis hijs. Inde cessio. Cic. Alienatio est eius rei, quæ macipi est, aut traditio alteri nexu. Aut in iure cessio, inter quos ea iure civili fieri possunt.

Locum dare, pro cedere. Cic. *Quocunq; mouemur, acr uidetur, quasi locũ dare, & cedere.*

Succumbere, est cedere, locum dare, uel uinci aut subijci. *Quod ductum est ab ijs, qui oneri succumbunt, nimia oneris ipsius grauitate depressi. Cic. Gorgia patrono philosopho succubuit orator.*

Desciscere est deficere, uel retrahi, uel partes prius defensas relinquere, quòd planè militare est, sed tamè ad multa transfertur. Cic. *Titus Gracchus à senatu desciuerat. Propriè. Liuius. Præneste à Latinis ad Romanos desciiuit.*

Deficere. Liuius. *Eodem anno duæ colonie Latinæ ad Aruncos deficiunt. Inde defectio. Liuius. Nouus terror accesserat defectione Latinorũ. Ad defectionem sollicitarc, trahere, spectare. Defectionis initiũ oriri. Caf. Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna uentum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est Ambiorige. Defectionis tempus circumspectare. Liu. Iunxisset sibi non*

metu solū, sed etiam uolūtate Gallos accolas Padi, nisi eos circumspēctantes defectionis tempus subito aduentus Consulis oppressisset. Defectionē parare, moliri, attentare, inire, facere, In defectione esse. Liuius. Constetq; in defectione totam Italiam esse. A defectione abstinere.

Transire, uide primum Tomum. Hic pro deficere, uel desciscere ponitur. Cæs. Multi coëmptis equis ad Pompeiū transferunt. Inde transitio. Liuius. Iisdem mandauit, ut protinus Numidas, qui intra portas, seu præsidia Carthaginensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent.

Pacisci significat pactum facere, spondere, uel despondere, ut cum inter se aliquid paciscuntur hostes ad deditiōem subacti, longa & diuturna obsidione, fameq; uel occidionis metu præmēte. Vsu autem huiusmodi est hoc uerbū, ut uel absolutè ponatur, uel cum accusatiuo, admissio interdum ablatiui interiecta præpositione. Cic. Dixit se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo crimine daturum. Inde pactus, pacta, um. Passiue. Cic. Si quæ de me pacta sunt, ea non seruantur in cælo sum.

Depasci est pactionem facere, uel transigere. Cic. Cum illo partē suam depasci. Ibidem. Tria prædia sibi depactus est.

Pactio

Pactio est conditio, foedus, promissio, uel de-
 tectio. Cic. Consul pactionibus eos suorum premio-
 rum obligarat. Ad pactionem uenire. Veniunt res
 & personæ ad pactionē. Res cum de illis fit pactio.
 Personæ, cum pactionē faciunt. Sic alterum loquen-
 di genus passiuæ significationis erit, alterum acti-
 uæ. Cic. Si res ad pactionem non uenit, longius bel-
 lum puto fore. Pactionem cōflare, facere, conficere.
 Cic. Eius summa existimatio agitur in eo, ut paction-
 es cum ciuitatibus reliquis conficiat.

Pactum dicitur, quod inter aliquos cōuenit.
 Cic. Pontinius ex pacto, & conuentu iam à me di-
 scesserat. Dicimus etiā ornatè, nullo pacto, aut ali-
 quo pacto quicquàm fieri posse: & tunc pactū pro
 conditione, uel modo ponitur. Teren. Eo pacto &
 gnati uitam, & consilium meum cognosces.

Fœdus est pactio, uel fides, aut lex, dictū à
 ferio, ut quibusdā placet. Verg. Stabant & cæsa fir-
 mabāt fœdera porca. Apud Romanos si quando fœ-
 dus ferendū esset, fiebat senatusconsultum in hæc
 uerba, ut priuas uerbenas, priuosq; lapides præto-
 rē fœciales poscerent, (sancire enim aut pacta conci-
 pere fœciales non aliter poterant, quā si consulis aut
 prætoris autoritate intercedente. Senatusconsulto,
 iussuq; populi permissū esset) qui uerbenā ex arce,

& sagmina (herbæ genus est) ad lapidem silicem
 ex templo Iouis Feretrij daret, fecialesq; ea secum
 ferrēt, Ac porca adhibita, uetere præfatione, priscis
 carminibus ad præstitutam diem in foro, seu ubi cō
 uenerat, enuntiatis, fecialis sceptrum in manu te
 nens, pro Iouis simulachro, tanquàm is fœderi ad
 hiberetur, filo lanæ capite uelatus, & uerbena co
 ronatus, Iouem, Martem, cæterosq; obtestari deos,
 & dira obsecratione præcari debebat, ut si quis eo
 rum fœdera uiolasset, aut illa scicns falleret, ita il
 lum Iupiter feriret, quemad. ipse porcam percutere
 ret. Quibus obtestationibus quàm sanctissimè pro
 latis, secundum rem diuinam, precationemq;, lapi
 de silice porcã percutiebat, mox aqua & igne in sa
 cris adhibitis illã immolabant: qua cæsa, iura pacis,
 & fœdera conuēta, icta rite esse putauere, hancq;
 fidem socialem, & sanctissimum fœdus esse arbitra
 bantur, quo nihil firmius esset. Id uero ante meri
 diē & primo diluculo fieri solebat. Nam post meri
 diē eas precationes, facere, aut fœdus percutere nō
 licebat. A principio conditæ urbis in fœdoribus pa
 cis, pactionibusq;, pro uerbena myrtus sumebatur.
 Fœdera, pactionesq;, postquàm cum exteris & ul
 timis gentibus inita erant, Romani in templis Capi
 tolini Iouis, columna, aut æneis tabulis insculpta
 ut per-

ut perpetua monumenta extarent, nonnunquam in fastos & annales referrebant. Hæc de more fœderũ sint dicta. Cic. Excipit in uēdendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Inde fœdus dare, pacisci, Trāsire in fœdus, fœdus iungere cum aliquo, facere, agere, icere, ferire, sancire, stare. Stare aduersus fœdus, frangere, rumpere, renouare. Liuius. Legati missi sunt, qui de fœdere antiquo renouando agerent. Fœderatus. Fœderare desitum est, ex quo remāsit fœderatus. Et dicitur fœderatus fœdere coniunctus. Cic. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseq; liberasset.

Effœderatus Effœderatum dici quidam uolunt sine fœdere, uel fœdere solutum. Ego uero augmentum potius, quàm ademptionem, uel dissolutionem habere puto. Cic. In Mamertinorum solo effœderato, atq; pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est.

Compositio. Compositionis significatio, hic quadrans est pro pacto, concordia, & pacificatione, uel ab armis discessione. Vide primũ Tomũ.

Induciæ uide Gell. lib. 1. cap. 25. Inde inducias pacisci, agere, inire, facere, exire. Liuius. Tempus induciarum cum Veienti populo exierat.

Dedere. Exemplum à re bellica remotũ pro

addicere, tradere, dare, et quasi cōsecrare. Cic. Me totum ægritudini dedam. Ad rem bellicam perti-
nens. Cic. Saturnalibus mane se mihi Pindentisæ
dediderunt septimo & quinquagesimo die, post-
quam oppugnare eos cœpimus. Vide Pliniū de de-
dendi forma in Collatiæ deditioe.

Dedititius. Dedititij dicuntur, qui se permit-
tunt alienæ uoluntati, ut fit in bello extrema inopia
consilij, & præsidij urgente. Cic. Id senatusconsula-
tum pleriq; interpretantur etiam ad tuos siue ca-
ptiuos, siue dedititios pertinere. Inde deditio. Cic.
Huius deditiois ipse, qui debebatur, autor fuit. Ad
seditionem inuitare, impellere, subigere, redigere
in, uel sub deditioem. Deditioem significare. Cæs.
Hedui manūs tendere, & deditioem significare,
& proiectis armis mortem deprecari incipiunt. In
deditioē uenire, concedere, accipere, recipere. De
deditioem facere, subire, omittere, uel deserere. Sal.
Cuius impulsu Iugurtha deditioē, quam metu do-
seruit, incœperat.

Tradere pro dedere, idq; ad bellū pertinens
Cæs. Itaq; necessitate coacti se tradiderunt.

Dare manus Latini pro eo ponunt, quod est
se uictū agnoscere. Nam qui se uictori dedunt ne in-
terimantur, ultro manus ad uincula offerunt. Cic.

Ad ex

Ad extremum det manus, uinciq; se patiatur.

Dare herbam, uel porrigere, pro eo ponitur, quod est uictorem agnoscere, ac se uictū fateri. Inde sumptū quod, ut autor est Festus, id erat pastoralis uitæ indicium: propterea quod antiquitus cursu, aut alio quopiam, certamine superati, herbā ex eodē statim loco decerptā, aduersario porrigebāt, uictoriæ agnitæ symbolum. Pli. Mirus nanq; pudor est, uictusq; uocem fugit uictoris, terram ac uerbenas porrigit.

In fidē se conferre, uel recipere. Recipiunt se in fidē, qui se dedūt, uel quorū suscipitur defensio. Cic. Cum te & adolescentiā tuam in amicitiam, & fidē meam contulisses. In fidem accipere, uel tradere. Cic. Ut uos liberos meos in uestram fidem recipiatis, eosq; defendatis. In fide esse. Fam. 13.

Pacificare est pacem inter aliquos conciliare, & discordias, bellumq; tollere. Cic. Seruius pacificatus est cum librariolo suo. Inde pacificator. ad Att. 2. & pacificus. ad Att. 8. Pacificatorius. Cic. Id nunc negant, posteaquā nos pacificatoria legatione implicatos putant. Pacificatio, quod est cōpositio, uel ab armis discessio. Cic. Nulla spes pacificationis est.

Pax præter uulgarem significationem interdum ponitur pro uenia. Cic. A Ioue pacem, & ueniam peto. Ex hac pacis significatione est quod dicimus, pace tua. Honestus quidem reprehensionis modus, prius capta uenia, & tunc pace tua idē est, quod tua uenia, uel te non irascente, te non læso, te non offenso. Cic. Pace tua patriam dixerim: metuo enim, ne sceleratè dicā in te, quod pro Milone dicā piē. Cum pace, aliquando ponitur, pro non iracundē, aut non cum ira. Cic. Contra quorum disciplinā ingenium eius exarserat, nos illud quidē cum pace agemus. Pax pro concordia, ocio, quiete, tranquillitate, cōpositione aliquando ponitur. Cic. Eloquentia pacis est comes, ocijq; socia. Inde pacem petere, orare, exposcere, tentare, impetrare, redimere, recuperare, conciliare, gignere, nuntiare, pacisci, euenire, facere, conficere, dare, iungere, accipere, habere, esse, trahere pro uti. Cic. Vos ut tutam, tranquillamq; pacem traheretis, mea perfeci uigilantia. Gerere, agitare, confirmare, seruare, abnuere, turbare, imminuere, irritam facere, eripere. De pace agere, ad conditionem pacis adducere, ad pacem animum alicuius uerti. Liu. de bel. Pun. Ad pacem intentus. In pace esse. Cic. in Catil. Pace uti, pro habere. Cic. Qui ut pace, uterentur, uim argenteam dederunt.

dederunt. Pax infecta. Liu. Legati pace infecta, et
propè sine responso dimisso.

Nauticę rei uocabula sub/
sequuntur.

Aqua est humor, & elementum, quo quoti/
die ad necessaria utimur. Cic. Cum Puteo-
los fortè uenisssem, me unū feci ex ijs, qui ad aquas
uenissent. Idem. Vbi non seclusa aquila teneatur,
sed unde uniuersum flumen erumpat. Inde aquam
colligere, et aquā ducere, uel deducere. Ad Quint.
Frat. Ex aqua ducitur prouerbialis loquendi mo-
dus, scilicet. Mibi aqua heret. Et significat difficul-
tatem in re facili cōtra morem adhiberi. Cum enim
aqua fluere, & labi soleat, herere contra suam
naturam per prouerbium dicitur, id est, rem diffi-
lem fieri, quę facilis potius esset. Cic. In hac causa
mibi aqua heret.

Proverbi

Aqua intercus, hydropisis est. Cic. Si quis
medicamentum cuiquam dederit, ad aquam inter-
cutem, pepigeritq; &c.

Aquæductus. Cic. De aquæductu pro-
bè fecisti.

Aquare est aquę facultate iuuare, uel uti: uel
aquam haurire, uel ad hauriendum ire. Curt. Cum
miles aquatum profectus esset.

Adaquare est aqua reficere, ut adaquare equos, iumenta. Suet. Ita decreuit, ut ad locum, ubi adaquare solebat iumentum, duceretur capite inuoluto.

Aquatio. Cic. Quid mirū, inquit, hoc loco est, Syraculis quicquid est pisciū, hic aquatio, hac uilla isti carere non possunt.

Aquarius est ad aquam pertinens: ut cos aquaria, sulcus aquarius, & aquarij homines, aquaria prouincia. Cic. Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. Aquarius etiam ponitur pro signo cæli. Cic. Et gelidum riuum fundens Aquarius.

Aquilex dicitur, qui uenas aque, et fontium inquirat, et repertam aquam per tubos ducit. Pli. In primis necessarium est mitti à te, uel aquiligem, uel architectum.

Aquilegium locus est, ubi colligitur aqua. Plaut. Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquatilis est aquarum incola, ut bestie, uel aues aquatiles. Cic. Vescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus & uolatibus.

Aquaticus. Pli. Terrestres & aquatici pisces.

Aqualicus est pars alui, in quam sordes defluunt. Apitius. Reple aqualicum, si quod laxa-
mentum

mentū habet, ne disiliat incoctura. Aqualiculus diminutium est ab aqualico. Pers. Nugaris, cum tibi Calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

Palus dicitur locus, ubi paululum aquæ est in altitudine, et palam latius diffusa, quæ etiā quandoq; sulcatur. Cic. Ille paludes siccare uoluit. Et palustris. Columel. lib. 1. cap. 5.

Scaturigo, uel scatebra, est ebullitio aquæ surgentis, ut uidere est in fontibus. Verg. Scatebrisq; ærentia tēperat arua. Scatere, uel scaturire, utrunq; hoc uerbum fontium est: et significat exilire, uel ebullire. Transfertur uerò nonnunquam ad multa, et tunc ablatiuū regit, nisi absolutè ponatur. Cic. Fontes scatere, herbis prata conuestirier. Idem. Venunc est, hoc scaturit.

Gutta est minima pars aquæ, uel alterius materiæ liquidæ. Cic. Ex quo liquata solis ardore excidunt guttæ.

Fons est aqua de terra ebulliens et manans. Cæs. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Translatè. Cic. Non dubitauī in senatus consiliorū fontes aperire, A fonte ducitur prouerbialis ironia, scilicet: Fontes ipsi sitiunt, in eos uersa, qui petunt ab alijs, quod ipsis affatim abun-

pro uerb.

cedit. Cic. Vitiosam enim naturā ab eo sic edomitam
 & compressam esse doctrina, ut nemo unq̄ uinolens
 illum, nemo in eo libidinis uestigium uiderit.

Indomitus est, qui imperium recusat, ut
 equus intractatus & nouus. Transfertur uero ad
 multa. Cic. ô libidinem effrenatam & indomitam.

Superare interdum uerbū neutrum est, &
 ponitur pro suppetere, uel redundare, aut superabundare. Cic. De eo, quod ipsis superat, alijs gratificari uolunt. Superare pro superuuiere, & quasi superstitem esse. Verg. Quid puer Ascanius? superatine, et uescitur aura Aetherea? Aliquādo pro uincere, excellere, prestare, uel superiore esse ponitur. Propriè superare significat trāsgredi, & quasi super ascendere. Verg. Superant montes, & flumina tranant. Translatè pro uincere, aut excellere ponitur. In quo non magis ad rem bellicā pertinet, quā ad res alias quasuis, quibus superiores sumus aut aliquem excellamus. Cic. Si cum alijs certet longe omnes, multumq̄; superabit.

Vincere, cum ad rem bellicam pertinet, significat subigere, uel in ditionem redigere, prælijs frangere. Cum uero extra rem bellicam est, significat potiorem, uel superiorem esse. Et dicimus uincere aliquem, uel aliquem re aliqua. Cic. Malo me cū

Pompeio uinci, quàm cū istis uincere. Dicimus etiã uincere causam, pro obtinere causam. Et uincere li- tem, sponsonem, accusationem. Cic. Ita tua Sulpiti est à nobis tum accusatio uicta. Inuictus uicti signi- cationi opponitur. Cic. Nomen inuictissimi impera- toris incidatur.

Deuincere. Cic. Qui risus classe deuicta, multas ipsi lachrymas, magno populo Ro. cladem attulit. Translate. Cic. Non solū ad negligendas le- ges, & quæstiones, uerum etiam ad deuincendas, perfringendasq; uoluisti.

Victor. Cic. Ille externorum bellorum, ho- stiumq; uictor. Victrix. Cic. Erat uictrix respub. cæsis Antonij copijs. Inde uictoria, quòd dicitur pal- ma, uel res bene gesta, cui opponitur offensio. Cic. Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati, reperimur. Victoriã portendere, parere, uicto- riæ initium oriri, uel nasci, uictoriã in manibus esse. In manibus habere, deferre, dare, tribuere, adipisci, consequi, habere, conclamare, concelebra- re, reportare, exercere, stare, constare, uel consi- stere, retinere, morari, interpellare, differre, trans- ferre, eripere, extorquere. Liuius. Victoriã ho- sti extorqueamus. Victoriã excidere è manibus. Cic. Deinde ita multa peccata, ut quodãmodo, uicto-

ria excideret è manibus, perterritos, incermes, &c.

Recipere se. Cæs. Allobroges fuga se ad Cæsarem recipiunt. Liu. Imparem copijs exercitiũ temere, pugnae commisit, primo concursu pulsus se in castra recepit.

Pedem referre. Cæs. Tandẽ uulneribus defessi, et pedẽ referre, & quod mons suberat circiter mille passuum, eò se recipere coeperunt.

Regredi. Cæs. Erat per declinẽ receptus, illi autem hoc acrius instabant, neq; regredi nostros patiebantur, quod timore adducti locum relinquere uidebantur.

Refugere. Liuius. Subsidia armatorum ad arcẽdas populationes missa sæpius simulato, quàm uero pauore refugerunt.

Cedere est uictum se fateri, uel locum dare & se retrahere, uel inferiorem esse & minorem, cuius uerbi significatio non magis ad rem bellicam pertinet, quàm extra rem bellicam persæpe est. Absolutè. Cic. Cedã atq; abibo. Cum datiuo solo. Cic. Ea autem erat fœneratio huiusmodi, ut etiam hic quæstus huic cederet. Cum datiuo, & ablatiuo sine præpositipne. Cic. Cedam tibi in præsentia oro, & curia. Cum datiuo & ablatiuo, & præpositione in, uel de. Cic. Luculli sententia cedit religioni de exercitum

citu. Cum ablatiuo solo. Cic. Aeschines propter ignominiã iudicij cessit Athenis. Cum ablatiuo & præpositione de uel ex. Cic. Recte sic censeo cedendum de oppidis hijs. Inde cessio. Cic. Alienatio est eius rei, quæ macipi est, aut traditio alteri nexu. Aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Locum dare, pro cedere. Cic. Quocunq; mouemur, aër uidetur, quasi locũ dare, & cedere.

Succumbere, est cedere, locum dare, uel uinci aut subijci. Quod ductum est ab ijs, qui oneri succumbunt, nimia oneris ipsius grauitate depressi. Cic. Gorgia patrono philosopho succubuit orator.

Desciscere est deficere, uel retrahi, uel partes prius defensas relinquere, quòd planè militare est, sed tamè ad multa transfertur. Cic. Titus Gracchus à senatu destiuerat. Propriè. Liuius. Præneste à Latinis ad Romanos desciiuit.

Deficere. Liuius. Eodem anno duæ coloniæ Latinæ ad Aruncos deficiunt. Inde defectio. Liuius. Nouus terror accesserat defectione Latinorũ. Ad defectionem sollicitare, trahere, spectare. Defectionis initiuũ oriri. Cæs. Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna uentum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est Ambiorige. Defectionis tempus circumspectare. Liu. Iunxisset sibi non

metu solū, sed etiam uolūtate Gallos accolat Pacti, nisi eos circumspēctantes defectionis tempus subito aduentus Consulis oppressisset. Defectionē parare, moliri, attentare, inire, facere, In defectione esse. Liuius. Constetq; in defectione totam Italiam esse. A defectione abstinere.

Transire, uide primum Tomum. Hic pro deficere, uel desciscere ponitur. Cæs. Multi cōmptis equis ad Pompeiū transferunt. Inde transitio. Liuius. hisdem mandauit, ut protinus Numidas, qui intra portas, seu præsidia Carthaginensium auxilia res essent, ad transitionem perlicerent.

Pacisci significat pactum facere, spondere, uel despondere, ut cum inter se aliquid paciscuntur hostes ad deditiōem subacti, longa & diuturna obsidione, fameq; uel occidionis metu prēmēte. Vsa autem huiusmodi est hoc uerbū, ut uel absolutè ponatur, uel cum accusatiuo, admissio interdum ablatiui interiecta præpositione. Cic. Dixit se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo crimine daturum. Inde pactus, pacta, um. Passiue. Cic. Si quæ de me pacta sunt, ea non seruantur iu cælo sum.

Depasci est pactionem facere, uel transigere. Cic. Cum illo partē suam depasci. Ibidem. Tria prædia sibi depactus est.

Pactio

Pactio est conditio, *foedus*, *promissio*, uel *destitutio*. Cic. Consul *pactionibus* eos *suorum* *praemiorum* obligarat. Ad *pactionem* uenire. Veniunt *res* & *personae* ad *pactionem*. *Res* cum de *illis* fit *pactio*. *Personae*, cum *pactionem* faciunt. Sic alterum loquenti genus *passiuae* significationis erit, alterum *actiuae*. Cic. Si *res* ad *pactionem* non uenit, longius bellum puto fore. *Pactionem* *coflare*, *facere*, *conficere*. Cic. Eius *summa* *existimatio* agitur in eo, ut *pactiones* cum *ciuitatibus* reliquis *conficiat*.

Pactum dicitur, quod inter aliquos *conuenit*. Cic. Pontinius ex *pacto*, & *conuentu* iam a me *disscesserat*. Dicimus etiam ornatè, *nullo pacto*, *aut aliquo pacto* quicquam fieri posse: & tunc *pactum* pro *conditione*, uel *modo* ponitur. Teren. *Eo pacto* & *gnati* *uitam*, & *consilium* *meum* *cognosces*.

Foedus est *pactio*, uel *fides*, aut *lex*, dictum a *ferio*, ut quibusdam placet. Verg. *Stabant* & *caesa* *firmabant* *foedera* *porca*. Apud Romanos si quando *foedus* *feriendum* *esset*, fiebat *senatusconsultum* in haec uerba, ut *priuas* *uerbenas*, *priosque* *lapides* *praetore* *feciales* *poscerent*, (*sancire* enim *aut pacta* *concipere* *feciales* non aliter poterant, quam si *consulis* *aut praetoris* *autoritate* *intercedente*. *Senatusconsulto*, *iussuque* *populi* *permissum* *esset*) qui *uerbenam* *ex arce*,

ut perpetua monumenta extarent, nonnunquam in fastos & annales referebant. Hæc de more fœderū sunt dicta. Cic. Excipit in uēdendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Inde fœdus dare, pacisci, Trāsire in fœdus, fœdus iungere cum aliquo, facere, agere, icere, ferire, sancire, stare. Stare aduersus fœdus, frangere, rumpere, renouare. Liuius. Legati missi sunt, qui de fœdere antiquo renouando agerent. Fœderatus. Fœderare desitum est, ex quo remāsit fœderatus. Et dicitur fœderatus fœdere coniunctus. Cic. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseq; liberasset.

Effœderatus Effœderatum dici quidam uolunt sine fœdere, uel fœdere solutum. Ego uero augmentum potius, quàm ademptionem, uel dissolutionem habere puto. Cic. In Manertinorum solo effœderato, atq; pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est.

Compositio. Compositionis significatio, hic quadrans est pro pacto, concordia, & pacificatione, uel ab armis discessione. Vide primū Tomū.

Induciæ uide Gell. lib. 1. cap. 25. Inde inducias pacisci, agere, inire, facere, exire. Liuius. Tempus induciarum cum Veienti populo exierat.

Dedere. Exemplum à re bellica remotū pro

addicere, tradere, dare, et quasi cōsecrare. Cic. Me totum aegritudini dedam. Ad rem bellicam perti-
nens. Cic. Saturnalibus mane se mihi Pindentisæ
dediderunt septimo & quinquagesimo die, post-
quam oppugnare eos cœpimus. Vide Pliniū de de-
dendi forma in Collatiæ deditioe.

Dedititijs. Dedititij dicuntur, qui se permit-
tunt aliene uoluntati, ut fit in bello extrema inopia
consilij, & presidij urgente. Cic. Id senatusconsula-
tum pleriq; interpretantur etiam ad tuos siue ca-
ptiuos, siue dedititios pertinere. Inde deditio. Cic.
Huius deditioe ipse, qui debebatur, autor fuit. Ad
seditionem inuitare, impellere, subigere, redigere
in, uel sub deditioem. Deditioem significare. Cæs.
Hedui manus tendere, & deditioem significare,
& proiectis armis mortem deprecari incipiunt. In
deditioe uenire, concedere, accipere, recipere. De
deditioem facere, subire, omittere, uel deserere. Sal.
Cuius impulsu Iugurtha deditioe, quam metu de-
seruit, incœperat.

Tradere pro dedere, idq; ad bellū pertinens
Cæs. Itaq; necessitate coacti se tradiderunt.

Dare manus Latini pro eo ponunt, quod est
se uictū agnoscere. Nam qui se uictori dedunt ne in-
terimantur, ultra manus ad uincula offerunt. Cic.

Ad ex

Ad extremum det manus, uinciq; se patiatur.

Dare herbam, uel porrigere, pro eo ponitur, quod est uictorem agnoscere, ac se uictū fateri. Inde sumptū quod, ut autor est Festus, id erat pastoralis uitæ indicium: propterea quod antiquitus cursu, aut alio quopiam, certamine superati, herbā ex eodē statim loco decerptā, aduersario porrigebāt, uictoriæ agnitæ symbolum. Pli. Mirus nanq; pudor est, uictusq; uocem fugit uictoris, terram ac uerbenas porrigit.

In fidē se conferre, uel recipere. Recipiunt se in fidē, qui se dedūt, uel quorū suscipitur defensio. Cic. Cum te & adolescentiā tuam in amicitiam, & fidē meam contulisses. In fidem accipere, uel tradere. Cic. Ut uos liberos meos in uestram fidem recipiatis, eosq; defendatis. In fide esse. Fam. 13.

Pacificare est pacem inter aliquos conciliare, & discordias, bellumq; tollere. Cic. Seruius pacificatus est cum librariolo suo. Inde pacificator. ad Att. 2. & pacificus. ad Att. 8. Pacificatorius. Cic. Id nunc negant, posteaquā nos pacificatoria legatione implicatos putant. Pacificatio, quod est cōpositio, uel ab armis discessio. Cic. Nulla spes pacificationis est.

Pax præter uulgarem significationem interdum ponitur pro uenia. Cic. A Ioue pacem, & ueniam peto. Ex hac pacis significatione est quod dicimus, pace tua. Honestus quidem reprehensionis modus, prius capta uenia, & tunc pace tua idē est, quod tua uenia, uel te non irascente, te non læso, te non offenso. Cic. Pace tua patriam dixerim: metuo enim, ne sceleratē dicā in te, quod pro Milone dicā piē. Cum pace, aliquando ponitur, pro non iracundē, aut non cum ira. Cic. Contra quorum disciplinā ingenium eius exarserat, nos illud quidē cum pace agemus. Pax pro concordia, ocio, quiete, tranquillitate, cōpositione aliquando ponitur. Cic. Eloquentia pacis est comes, ocijq; socia. Inde pacem petere, orare, exposcere, tentare, impetrare, redimere, recuperare, conciliare, gignere, nuntiare, pacisci, euenire, facere, conficere, dare, iungere, accipere, habere, esse, trahere pro uti. Cic. Vos ut tutam, tranquillamq; pacem traheretis, mea per feci uigilantia. Gerere, agitare, confirmare, seruare, abnuere, turbare, imminuere, irritam facere, eripere. De pace agere, ad conditionem pacis adducere, ad pacem animum alicuius uerti. Liu. de bel. Pun. Ad pacem intentus. In pace esse. Cic. in Catil. Pace uti, pro habere. Cic. Qui ut pace, uterentur, uim argenteam dederunt.

dederunt. Pax infecta. Liu. Legati pace infecta, ~~et~~
propè sine responso dimisso.

Nauticę rei uocabula sub
sequuntur.

AQUA est humor, & elementum, quo quoti-
die ad necessaria utimur. Cic. Cum Puteo-
los fortè uenissem, me unū feci ex ijs, qui ad aquas
uenissent. Idem. Vbi non seclusa aquila teneatur,
sed unde uniuersum flumen erumpat. Inde aquam
colligere, et aquā ducere, uel deducere. Ad Quint.
Frat. Ex aqua ducitur prouerbialis loquendi mo-
dus, scilicet. Mihi aqua hæret. Et significat difficul-
tatem in re facili contra morem adhiberi. Cum enim
aqua fluere, & labi soleat, hæere contra suam
naturam per prouerbium dicitur, id est, rem diffi-
lem fieri, que facili potius esset. Cic. In hac causa
mihi aqua hæret.

Proverbiis

Aqua intercus, hydropisis est. Cic. Si quis
medicamentum cuiquam dederit, ad aquam inter-
cutem, pepigeritq; &c.

Aquæductus. Cic. De aquæductu pro-
bè fecisti.

Aquare est aquę facultate iuuare, uel uti: uel
aquam haurire, uel ad hauriendum ire. Curt. Cum
miles aquatum profectus esset.

Adaquare est aqua reficere, ut adaquare equos, iumenta. Suet. Ita decreuit, ut ad locum, ubi adaquare solebat iumentum, duceretur capite inuoluto.

Aquatio. Cic. Quid mirū, inquit, hoc loco est, Syraculis quicquid est pisciū, hic aquatio, hac illa isti carere non possunt.

Aquarius est ad aquam pertinens: ut cos aquaria, sulcus aquarius, & aquarij homines, aquaria prouincia. Cic. Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. Aquarius etiam ponitur pro signo cæli. Cic. Et gelidum riuum fundens Aquarius.

Aquilex dicitur, qui uenas aque, et fontium inquirat, et repertam aquam per tubos ducit. Pli. In primis necessarium est mitti à te, uel aquiligem, uel architectum.

Aquilegium locus est, ubi colligitur aqua. Plaut. Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquatilis est aquarum incola, ut bestie, uel aues aquatiles. Cic. Vescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus & uolatibus.

Aquaticus. Pli. Terrestres & aquatici pisces.

Aqualicus est pars alui, in quam sordes defluunt. Apitius. Reple aqualicum, si quod laxamentum

mentū habet, ne disiliat incoctura. Aqualiculus di-
minutium est ab aqualico. Pers. Nugaris, cum ti-
bi Calue pinguis aqualiculus propenso sesqui-
pede extet.

Palus dicitur locus, ubi paululum aquæ est in
altitudine, et palam latius diffusa, quæ etiā quan-
doq; sulcatur. Cic. Ille paludes siccare uoluit. Et pa-
lustris. Columel. lib. 1. cap. 5.

Scaturigo, uel scatebra, est ebullitio aquæ sur-
gentis, ut uidere est in fontibus. Verg. Scatebrisq;
arentia tēperat arua. Scatere, uel scaturire, utrumq;
hoc uerbum fontium est: et significat exilire, uel
ebullire. Transfertur uerò nonnunquam ad multa,
et tunc ablatiuū regit, nisi absolutè ponatur. Cic.
Fontes scatere, herbis prata conuestirier. Idem. Ve-
nunc est, hoc scaturit.

Gutta est minima pars aquæ, uel alterius ma-
terię liquidę. Cic. Ex quo liquatę solis ardore ex-
cidunt guttę.

Fons est aqua de terra ebulliens et manans.
Ces. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad ca-
put fontis. Translatè. Cic. Non dubitauit in senatu
consiliorū fontes aperire, A fonte ducitur prouer-
bialis ironia, scilicet: Fontes ipsi sitiunt, in eos
uersa, qui petunt ab alijs, quod ipsis affatim
abun-

pro uerbis

abundet domi. Cic. Tibi quod rogas (quoniam ipsi fontes iam sitiunt) si quid habebō spatij, scribam. Significat fratrem magis abundare uersibus, quos tamen à se petat, perinde quasi carminum indigens.

Puteus, qui perpetuas aquas habet. Cic. Cū aquam uidisset ex puteo haustā, terræ motum dixit futurum. Inde puteanus, quod ex puteo est. Unde puteanam aquam dicimus. Pli. lib. 16. Putealis eadem significatione est, qua putearius. Ouid. Ut quod dux poenus mersit putealibus undis. Et putearius dicitur, qui puteos fodit. Pli. De præsis puteis sulphuraria, uel aluminosa occurrentia putearios necant.

Stagnum à stando dici uolunt, et panitur pro aqua stante. Cic. Absurdoq; sono fontes, et stagna cietis. Stagnum pro parte maris profundissima posuit Verg. Ae. 1 quod ea minimè moueatur, semperq; stet, id est, quiescat. Emissamq; (inquit) huiem sensit Neptunus, et imis. Stagna refusa undis. Stagnare aquam dicimus, cum non effluit, neq; sorbetur. Verg. Nā quos pellæi gens fortunata. Canopi Accolit effuso stagnantē flumine Nilū. Præter hanc significationē stagnare terrā dicimus, que nō absorbet, sed cōtinet aquā. Pli. Agris humidis atq; stagnantibus.

Lacus.

Lacus, locus est profundus cum aquis perpe-
tuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. Cic.
 Cum lacus Albanus præter modum creuisset. Item
lacus sunt, qui torculari supponuntur ad excipien-
dum mustū, et labra lignea, quibus uindemiæ apud
nos importantur, quibusq; ad balneum utimur. Pli.
 Ipse uindemias colligo: si tamē colligere est nonnun-
 quā decerpere uuam, torcular in uisere, gustare
 de lacu mustum. Cic. in Bruto translātè usus est. La-
 cus etiam in edificijs dicitur plana trabs, uel tabu-
 latum, quo tectorum, ac camerarum superiora or-
 nantur. Luc. Resultantq; ædesq; lacusq;. *Lacuna*
fossa dicitur, in qua collecta aqua stare consueuit.
 Verg. Vnde caua tepido sudāt humore lacunæ. La-
 cuna dicitur etiam fossa ad siccandos agros parata.
 Verg. Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ.
 Translatè. Cic. Vide ne qua lacuna sit in auro. La-
 cunam nonnulli hic interpretātur pro fraude. *Lacuna*
lacunar diminutiuum est à lacu, quando accipitur pro
trabe. Suet. Lacunaria, quæ noctu super dormientē
 laxata machina deciderunt parauit. Hoc etiam la-
 quear & laquearium à Latinis dicitur. Verg. De-
 pendent lychni laquearibus aureis. Potius tamen la-
 cunar est interstitium signorum à similitudine la-
 cum. Horat. Nec mea renidet in domo lacunar.

Riuus

Riuus est locus depressus per longitudinem
 aquæ currentis. Cic. Quid autem magnum, & nau
 fragum illū sine nomine in riuo esse lapsū? Trāslatè.
 Cic. Tardi ingenij est, riuulos consecrari, fōn
 tes verū non uidere. Riualis: à riuo dicuntur riuā
 les. Et sunt propriè qui per eundem riuum aquam
 ducunt, inter quos sæpe contentio est de aquæ usu.
 Translatè uero dicuntur, qui eandē amant, quam
 translationem nonnulli sumptam uolunt à bestijs,
 quæ sitientes, cum ex eodem riuulo haustum petūt,
 prælium contra se inuicem concitant. Vel à re Ru
 stica. Nam riuales propriè etiam dicuntur hij, quo
 rum agros riuus aliquis determinat: qui incertitu
 dine, & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter
 eos suscitāt. Plaut. Eadem est amica ambobus, riuā
 les sumus. Inde prouerbialis locutio. Sine riuali di
 ligere, de ijs, quæ stulte mirantur, quod nemo alius
 cōcupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur et
 amplectitur. Et indocti poëtæ suas nugas soli dili
 gunt. Sumpta est allegoria ab amantibus, quibus est
 amica deformis, & quā alius nemo uelit. Cic. O dij,
 quā inepus, quā se ipse amans sine riuali. Riua
 litas dicitur æmulatione inter riuales. Cic. Obtrectare
 alteri, aut illa uitiosa æmulatione, quæ riualitati si
 milis est, æmulari, quid habet utilitatis?

Deri-

Deriuare uerbum est à riuo ductum, quod propriè significat aquam è riuo aliquo ducere. Dicimus tamen etiam flumen deriuare, pro deflectere, uel auertere. Plaut. Hoc assimile est, quasi de fluuio, qui aquã deriuat sibi. Translatè, deriuare culpam, crimen, cogitationem, iram & similia. Cic. Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. Deriuatio. Cic. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum.

Vadum pro fundo maris, fluminis, lacus, & cuiuscunq; aquæ Latini ponunt, per quod uia datur. Ponitur etiam pro loco, qui propter breuitatē aquæ pedibus transiri potest. Cic. Emersi iam è uadis, & scopulos præteruecta est oratio mea. A uado metaphora prouerbialis est. In uado esse, pro eo, quod est in tuto, citraq; discrimen: sumpta à nautantibus, aut nauigantibus. Teren. Omnis res iam in uado est.

Amnis est fluuius. Cic. Alter sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitator fertur.

Fluuius est amnis, uel flumen, dictus quod semper fluat. Plaut. in Curcul. Quisnam hic fluuius est, quem non recipiat mare? Inde fluuius, uel fluuiatilis. Et fluuiiale dicitur quod ex
fluuiio

fluuius est, ut aqua fluuiialis. Fluuiatile appellatur, quod in fluuiio uiuit, ut piscis fluuiatilis. Appellatur etiam fluuiatile quod est in fluuijs, ut fluuiatilis arena. Pli. Arenæ tria genera sunt, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatilis, ac marina.

Flumen est fluuius, uel amnis profluens. Cic. Naui in flumine publico uulgata omnibus. Inde flumen secundum dicimus, quod in procliuius fluat. Vnde secundo flumine nauigare, id est, secundum fluminis fluxum. Cæs. Exercitum traducit, et secundo flumine Lutetiã iter facere cepit. Et aduerso flumine, id est, contra fluminis fluxũ, uel contra fluminis uim & impetum. Cæs. Cæsari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transiri posset. Sic fluminis natura dicitur, fluminis fluxus in propensum, & procliuè raptus, uidelicet ad occidentem. Cæs. Sed prona, ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. Inde flumen deriuare. Cæs. Sic imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset, scilicet flumen. Flumen auertere. Cæs. Flumen infimam uallem diuidebat, &c. hoc auertere loci natura prohibebat. Translatè ponitur pro magnitudine, amplitudine, diuite copia, ubertate, uel exuberantia. Cic. Videtisne, quantum minus sit

oratoris historia? haud scio, an flumine orationis
& uarietate maximum.

Alueus fluminis est fundus, uel fossa, per
quam labitur flumen. Pli. Tiberis alueum excessit,
& demissioribus ripis altè superfunditur. Aliquan-
do pro nauis ponitur, siue pro ipsius nauigij recep-
taculo. Liuius Alueos informes raptim faciebant, id
est, nauicula. Dicitur etiam alueus uas amplum,
quo in balneis utebantur. Cic. Ex quibus requiram
quo nam modo latuerunt, alueúsne ille, an equus
Troianus fuerit. Dicitur quoq; alueus locus, ubi a-
pes mellificant: appellatur alueus, ut Varro existi-
mat, à mellis alimonia. Pli. Alueos ex cornu specta-
tos esse, id est, apū aluearia. Alueolus ab alueo, di-
minutiuum est. Et ponitur pro uasculo cauo, ut pro
loco, in quo pullos pariunt columbi. Collum. Oua in
alucolum ligneum collocat. Ponitur præterea, pro
tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur latruncula-
ria, & aleatoria, ab aleis & latrunculis, id est cal-
culis & uulgo scachis, quibus hinc bisseño puncto
illic quadris discoloribus utimur ad ludum. Cicero
de Finib. 5.

Gurges locus est in flumine profundus, in
quo aqua uertitur: uel dicitur omnis aquarum con-
geries. Cic. Rapido cum gurgite flumen. Ponitur

b quoq;

quoq; à poëtis pro ipso mari aliquando. Verg. Apparèt rati montes in gurgite uasto. Translatè. Cic. Gurges, uorago patrimonij.

Iugurgitare à gurgite est, uide primum Tomum.

Vorago est gurges. Cic. Submersus equus uoraginibus non extitit. Translatè. Cic. Vos geminae uoragines, scopuliq; reipub.

Vortex contorta est aqua in se. Verg. Ingès à uortice pontus.

Orixi. Fluius uel flumen dicitur oriri illic, unde primum fluit. Cæs. Rhenus oritur ex Leponijs, qui alpes incolunt.

Manare ad aquam & ad mores refertur, poniturq; pro fluere, uel defluere. Sic manat fons, fluius, uel flumē, unde fons, fluius, uel flumen ortum est. Translatè ponitur pro defluere, uel descendere. Et tunc dicitur manare, quod non satis solidum per minutissimas partes stillat. Res quæ manat quandoq; in nominatiuo ponitur. Cic. Manare & fundi per omnes partes. Aliquando in Accusatiuo. Pli. Arborū succo manantiū picem resinamq; aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Aliquando in ablatiui. Liuius. Cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens.

Emanare

Emanare, uide primum Tomum.

Dimanare est profluere. Translatè. Cic. *Meus hic sorenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulò latius commendatione, ac iudicio meorum.*

Permanare. Cic. pro Cluent. Translatè, pro peruenire, aliquando pro uulgari. Cic. *Concluſiuncula ad ſenſus non permanantes.*

Stillare est guttatim fluere, uel guttatim emittere. Mart. *Viuebant laceri membriſtillantibus artus.*

Distillare est in unum fluere. Verg. *Lentum diſtillat ab inguine uirus.*

Stilla (inquit Feſtus) diminutiuum eſt à ſtira, accipiturq; pro gutta ſiue aquæ, ſiue rei cuiuslibet fluentis, aut liquidè cadentis, ut ſtilla olei, ſtilla murie. Vitru. *Per id ſtillæ decidunt in impluuium.*

Stillicidium, per quod ſtillæ cadunt. Cic. *Parietum, luminum & ſtillicidiorum iura.*

Fluere eſt manare, uel labi. Propriè. Cic. *Flumina in cõtrarias partes fluxerunt.* Translatè. Cic. *Excident gladij, fluent arma de manibus.*

Fluxio. Cic. *Nam & natura futura præſentiunt: ut aquarum fluxiones, ut deſagratiõem futuram aliquando cœli, atq; terrarum.*

h a Fluxus

Fluxus aliquādo pro largō, & minimē astricto ponitur. Cic. Illis, & laxas uestes, & fluxa uirorum, uelamina uides. Aliquando fluxi dicuntur libidinosi, molles & effœminati. Suet. Drusus animi fluxioris, remissiorisq; uitæ erat. Sæpius uerò fluxa dicimus, momentanea, instabilia, & citò peritura. Sall. Diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis habetur.

Fluitare frequentatiuum à fluo, & significat sæpe uel continuè fluere, aut supernatare. Pli. Omnes pisces, cum sint extincti, fluitant, exceptis anguillis.

Defluere aqua dicitur, quæ in unum fluit, Horat. Rusticus expectat dū defluat annis. Translate, uel transitionē & accessionē habet, uel amissionis speciē. Cic. Defluxit oratio ad leues amicitias.

Defluus, a, um, Pli. Hypocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet.

Defluuium. Pli. Defluuia comarum facere dicitur.

Effluere, uide primum Tomum.

Profluere de aqua dicitur. Et est deorsum siue à longe fluere, uel dimanare. Cæs. Mota profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonū. Translate. Cic. Cuius ore sermo melle dulcior profuebat.

Profluens

Profluens, uel cum substantiuo. Cic. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Vel sine substantiuo. Cic. Genus sermonis affert non liquidum, non fustum, ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum.

Profluentia. Cic. Et hanc oratoriam uim inanis quaedam profluentia loquendi imitatur. Et profluuium. Pli. Sanguinis profluuium sistit herba Pæoniæ semen rubrum. Inde proflueret. Cic. Sequitur, ut nihil pœniteat, ut nihil desit, nihil obstet: ergo omnia proflueret, absolutè, prosperè.

Influere est illabi, uel introfluere, quod non solum de aqua dicitur, sed etiam de omni re liquida. Cæs. Multis capitibus in Oceanum influit. Translatè. Cic. Ex illa leuitate ad hanc uim influat aliquid oportet.

Confluere propriè de riuus uel fluminibus dicitur, cum in unum locum illabantur. Cic. Cum exercitu meo à confluente Rhodano castra moui, ac contra eos uenire institui. Translatè, pro concurrere, uel conuenire. Cic. Causa pleræque ad nos confluunt,

Præterfluere. Lutetiam Sequana præterfluit. Translatè. Cic. Quo circa gaudet corpus, dum presentem sentit uoluptatem: et animus presentem percipit pariter cum corpore, et prospicit ue-

nientem nec præteritam præterfluere finit.

Illabi est influere. Translatè. Cic. In stomachum primo illabuntur ea, quæ accepta sunt ore.

Præterlabi, ut illabi, ad rem fluuialem res ferri potest, ut: Liger Aureliã præterlabitur. Translatè. Cic. De Orat. 2.

Alluere est iuxta fluere. Cic. Fluius diuisus latera infulæ alluit.

Alluio pro immoderata aquarũ uiolentia uel fluuialiũ, uel pluuialiũ, similiũq; ponitur: quæ non tantũ agros confundit, sed quãdoq; erupit, & nonnunq; funditus destruit. Sed cum pars alicuius agri impetu fluminis aggregatur in aliũ agrũ, tunc cedit in possessionem eius, cuius est ager. Luc. Illos terra fugit dominos: his rura colonis Accedunt donec Pado. Cic. Alluionũ & circumluuionũ iura.

Circũluuio est, cum partem alicuius agri rapidus amnis in aluẽ suum impulerit, & in modum infulæ circũuoluitur, iureq; uiciniore est.

Alluies pro sordida aqua poni uolunt, quæ alluit, ubi lutũ cum aqua non multa. Lilius. In proxima alluie, ubi nunc ficus Ruminalis est, quã Romularem uocatam ferunt, pueros exponunt.

Subluere est subtus fluere. Cæs. de bell. Gal. 7. Columella pro subtus lauare posuit. lib. 7. In tergo

tergo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto agrico, & sale, cum adipe defricatur, dum sanie vis emanat.

Subluuies aliquando pro sordibus & immunditijs ponitur. Alquãdo uero est genus morbi in discrimine ungulæ ouiu nascens. Colum. li. 7. ca. 5.

Proluere est multum, uel multo tempore lauare. Plaut. Age effunde, hoc cito in barathrum proluo cloacam.

Proluuium trãslatè pro profusione, & prodigalitate accipitur, cum quis more aquæ opes profundit. Terent. Quid istuc? quæ res tam repente mores immutauit tuos? quod proluuiũ? quæ isthæc subita est largitas?

Proluuius pro immunditie, & abundantia cuiuscunq; rei sordide poni solet. Verg. Fœdissima uentris proluuius.

Illuuius est etiã immunditia in homine, aut ueste, aut re quauis alia insita, atq; iniecta. Verg. Dira illuuius, immissaq; barba.

Colluuius est sordes cœni, aut cuiusuis rei coactæ. Colum. lib. 1. Trãslatè. Cic. ad Att. 10. Colluuius idem. Translatè. Cic. ô præclaram diem, cum in illud animorum concilium cœtumq; proficiscar, & cum ex hac turba & colluuiõne discedam.

Eluere

Eluere. Eluere est lauando purgare. Plaut. Tu argentum eluito, atq; id extruito. Translatè. Cic. Centurionum legionis Martiæ Brundusij profusus sanguis eluatur, nùm elui prædicatio crudelitatis poterit?

Eluuius propriè dicitur, quod expurgatur, maximè aquarum fluxu, quanquam & alius humoris dici possit. Pli. Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiæ cuniculis cauata. Translatè. Cic. pro dom. sua.

Eluuius magis omnino delet, quàm expurgat. Cic. Quinetiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscuiusq; nostrum à patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluuiiones, exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.

Diluere. Diluere significat aquam, uel alium liquorem miscere, uel lauare, aut purgare. Verg. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Translatè, pro confutare, uel confutando ad interrogata respondere.

Delutus. Inde dilutus. Dilutum dicitur quod est mixtum, unde uinum aqua mixtum dicitur dilutum. Mart. Diluti bibis unciam Falerni. Dilutus color appellatur, cum, ueluti aqua adhibita, minus est intensus.

Gel. Luteus color rufus est dilutior. Dilutū si substantiū in neutro genere factum, est id liquidum, in quo aliquid certo tēpore infusum fuit: ut si in uas uini appositum absynthiū fuerit, deinde post interiectum tempus, abstractum id uinum absynthij, dilutum dicetur. Pli. Bibitur & madefacti absynthij dilutum.

Diluuius dicitur, quādo scilicet immodicis imbribus, uel uexatur terra, uel obruitur. Horat. Horrendamq; cultis diluuiem minitatur agris. **Diluuius.**

Diluuium propriè inundationem esse uolunt. Pli. Hic assiduæ tēpestates, & crebra diluuium. **Diluuium.** Metaphoricè Vergilius dixit euerfionē Troiæ diluuiū, in illo uersu. Diluuo ex illa diuersa per æquora uecti.

Ostium. Ostia dicuntur fluiuiorū patentes aditus, et mariū. Aliquando pro portu ponitur. Cic. Hanc rem in Ciliciā ad ostiū fluminis. Cydni conficisset &c. **Ostium.**

Pons generatim significat omne, per quod super aquas trāsimus. Cic. Cū ad uespera sceret, occultè ad pontem Miluium peruenerunt. Etiā pro scala nauium quandoq; ponitur. Verg. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Inde pontem facere, interrumpere, interscindere, uel rescin-

dere. Cæs. Pontē qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Pontē disturbare, & rescicere. Inde ponticulus. Cic. Sum ipse mēsus ab eo ponticulo, qui est ad furninæ Satricum uersus.

Mare. Cic. Cum mare uastissimū hyeme trāsibas. Inde Cicero Vocat mare inferū, pro Tyrreno & Tusco. Et superum pro adriatico uel Ionio. ad At. 8. & 9. Dicimus etiam terra mariq;. Et hoc loquendi genere utuntur latini, cum summam, maximāq; diligentiam in re aliqua querenda, & inuestigēda adhiberi denotant. Fam. 5. Et dicimus Mare cælo miscere, uel cōfundere. Verg. Maria omnia cælo Miscuit.

Marinus, trāsmarinus, Maritimus uide Val lam lib. 4 cap. 95. Marini exemplum. Cic. Quid de fretis, aut de marinis æstibus plura dicā, quorū accessus, et recessus lunæ motu gubernātur. Transmarini. Cic. Quid M. Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam, atq; aduentitiā defuit? Maritimi. Cic. Ab iisdem etiam maritimi cursus celeres, & certi diriguntur.

PONTUS mare dicitur: Propriè tamen quidem id mare pontum appellari uolunt, quod à palude Mæotidis usq; ad Tenedum protenditur. Cic. Citius hercule is, qui duorum scalinorum nauicu-

lamin portū euerterit, in Euxino ponto Argona-
tarum nauem gubernarit.

Pelagus profundum maris significat. Ver.
Pelagoq; uolans ad uela patenti.

Fretū mare appellatur, dictū ab undarū frem-
tu. Vel, ut Varro ait, à similitudine feruentis aque,
quod in fretum sepe concurrat aestus, atque ferue-
scat. Fretus us, ui, masculino genere dixerunt uete-
res. Lucret. Nam fretus ipse anni permiscet frigus
ad aestum. ...

Salum mare dicitur à sapore salis. Cic. Si mi-
hi nunc tristis primū illuxisset dies, nec tam erum-
noso nauigassem salo. Et in salo stare, uel esse dici-
mus. Cū anchoræ iactæ erant procul à portu, naues
dicebantur in salo stare, uel esse, uel cōmorari. Cæs.
Reliqua classis in salo stabat. Salum pro iactatio-
ne accipere uidetur Cæsar. Tirones, inquit, multitu-
dine nauium perterriti, & salo, nauseaq; confecti.

Altum pro maris profundo, uel pro ipso
mari sepe accipitur: aut pro loco maris longè à ter-
ra remoto. Cic. Cū nauis in alto iactarentur.

Nauium apud antiquos multa erant gene-
ra, ut telorum & gladiatorum: & primum tracta-
bimus de nauibus longis. Inter enim longas & o-
cerarias naues discrimen esse. Cæsar indicat.

Quod

Quod inquit, ubi Cæsar animaduertit, naues longas, quarum & species barbaris erat inusitator, & motus ad usum expeditior, paululum remoueri ab onerarijs nauibus iussit.

Onerariæ naues dicuntur à gestandis oneribus, & ideo tarde: uel quod essent oneri ferendo idoneæ. Onerariæ aut ad frumentum uehendum aptæ, frumentariæ dicuntur. Cic. Occultè in aliquam onerariam correndum est.

Gaulus pro naue oneraria ponitur. Gaulus etiam accipitur pro uase, quo pastores utuntur ad lac excipiendum.

Corbitæ dicuntur naues onerariæ, quod in malo carum summo, pro signo corbes solebant suspendi. Plaut. Tardiores multo, quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Caudicæ sunt naues ex tabulis crassioribus factæ. *author Lesto.*

Actuariæ dicuntur naues celeres, quæ cito agi possunt. Vel sunt actuariæ naues, quæ remis aguntur, non modò uelis. Sall. Ad hoc pauca pyraticæ actuaria nauigia. Actuaria Latini dicunt in neutro genere. Cic. Quid duro tempore anni actuaria fore censes?

Biremes, Tliremes, quadrirems, quinqueremes

queremes, à remorū ordinibus appellantur: ut sit biremis, quæ duos remorum ordines habet, &c.

Lembus est nauicula breuis & uelocissima. Plaut. *Trin.* aguntur hæc, lembo aduchitur tuus pater pauxillulo.

Cercurus genus est nauigij à Cyprijs inuentum, teste. Pli. lib. 7 cap. 3

Celox genus est nauiculae breuis, à uelocitate dictū. Plaut. Modo in portu Philopolemmum uiuū saluū & sospitē uidi in publica celoce. Celoces itē pro predatorijs, uel pyratice nauibus sepe poni uideas. Linius. Apparuit inde pyratice celoces, & lembos esse.

Schedia ratis est Latine, id est, nauigiū temere factum, & inconditum, ut trabes connexæ, et sine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem præbēt. Schedia etiā ponitur aliquando pro ponte, seu loco fluminis quoquo modo iuncto. Sic Herodotus pontē quo Darius Bosphorum iunxit, schediam uocat.

Renteculi nauigia erant, quibus Lemnij utebantur.

Scapha nauicula est ligno cauata, ut sunt paruæ piscatorum naues: uel lintres nauem sequentes. Cic. Vsq; adeo, ut dominus nauis in scapham confugerit.

Lenun-

fluuius est, ut aqua fluuiialis. Fluuiatile appellatur, quod in fluuio uiuit, ut piscis fluuiatilis. Appellatur etiam fluuiatile quod est in fluuijs, ut fluuiatilis arena. Pli. Arena tria genera sunt, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatilis, ac marina.

Flumen est fluuius, uel annis profluens. Cic. Naui in flumine publico uulgata omnibus. Inde flumen secundum dicimus, quod in procliuius fluat. Vnde secundo flumine nauigare, id est, secundum fluminis fluxum. Cæs. Exercitum traducit, et secundo flumine Lutetiã iter facere cepit. Et aduerso flumine, id est, contra fluminis fluxum, uel contra fluminis uim & impetum. Cæs. Cæsari circuitus maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transiri posset. Sic fluminis natura dicetur, fluminis fluxus in propensum, & proclive raptus, uidelicet ad occidentem. Cæs. Sed prona, ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. Inde flumen deriuare. Cæs. Sic imis radicibus montis ferrebat, ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset, scilicet flumen. Flumen auertere. Cæs. Flumen infimam uallem diuidebat, &c. hoc auertere loci natura prohibebat. Translatè ponitur pro magnitudine, amplitudine, diuite copia, ubertate, uel exuberantia. Cic. Videtisne, quantum minus sit

oratio

oratoris historia? haud scio, an flumine orationis
& uarietate maximum.

Alueus fluminis est fundus, uel fossa, per
quam labitur flumen. Pli. Tiberis alueum excessit,
& demissioribus ripis altè superfunditur. Aliquan-
do pro nauis ponitur, siue pro ipsius nauigij recep-
taculo. Liuius Alueos informes raptim faciebant, id
est, nauicula. Dicitur etiam alueus uas amplum,
quo in balneis utebantur. Cic. Ex quibus requiram
quo nam modo latuerunt, alueúsne ille, an equus
Troianus fuerit. Dicitur quoq; alueus locus, ubi a-
pes mellificant: appellatur alueus, ut Varro existi-
mat, à mellis alimonia. Pli. Alueos ex cornu specta-
tos esse, id est, apū aluearia. Alueolus ab alueo, di-
minutiuum est. Et ponitur pro uasculo cauo, ut pro
loco, in quo pullos pariunt columbi. Collum. Oua in
alueolum ligneum collocat. Ponitur præterea, pro
tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur latruncula-
ria, & aleatoria, ab aleis & latrunculis, id est cal-
culis & uulgo scachis, quibus hinc biffeno puncto
illic quadris discoloribus utimur ad ludum. Cicero
de Finib. 5.

Gurges locus est in flumine profundus, in
quo aqua uertitur: uel dicitur omnis aquarum con-
geries. Cic. Rapido cum gurgite flumen. Ponitur

b quoq;

quoq; à poëtis pro ipso mari aliquando. Verg. Apparèt rati montes in gurgite uasto. Translatè. Cic. Gurges, uorago patrimonij.

Iugurgitare à gurgite est, uide primum Tomum.

Vorago est gurges. Cic. Submersus equus uoraginibus non extitit. Translatè. Cic. Vos geminae uoragines, scopuliq; reipub.

Vortex contorta est aqua in se. Verg. Ingès à uortice pontus.

Oriri. Fluius uel flumen dicitur oriri illic, unde primum fluit. Cæs. Rhenus oritur ex Leponijs, qui alpes incolunt.

Manare ad aquam & ad mores refertur, poniturq; pro fluere, uel defluere. Sic manat fons, fluius, uel flumē, unde fons, fluius, uel flumen ortum est. Translatè ponitur pro defluere, uel descendere. Et tunc dicitur manare, quod non satis solidum per minutissimas partes stillat. Res quæ manat quandoq; in nominatiuo ponitur. Cic. Manare & fundi per omnes partes. Aliquando in Accusatiuo. Pl. Arborū succo manantiū picem resinamq; aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Aliquando in ablatiui. Liuius. Cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens.

Emanare

Emanare, uide primum Tomum.

Dimanare est profluere. Translatè. Cic. *Meus hic sôrensis labor, uit. æq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione, ac iudicio meorum.*

Permanare. Cic. pro Cluent. Trâslatè, pro peruenire, aliquando pro uulgari. Cic. *Conclusiunculæ ad sensus non permanantes.*

Stillare est guttatim fluere, uel guttatim emittere, Mart. *Viuebant laceri membris stillantibus artus.*

Distillare est in unum fluere. Verg. *Lentum distillat ab inguine uirus.*

Stilla (inquit Festus) diminutiuum est à stria, accipiturq; pro gutta siue aquæ, siue rei cuiuslibet fluentis, aut liquidè cadētis, ut stilla olei, stilla murie. Vitru. *Per id stillæ decidunt in impluuium.*

Stillicidium, per quod stillæ cadunt. Cic. *Parietum, luminum & stillicidiorum iura.*

Fluere est manare, uel labi. Propriè. Cic. *Flumina in cōtrarias partes fluxerunt.* Translatè. Cic. *Excident gladij, fluent arma de manibus.*

Fluxio. Cic. *Nam & natura futura presentunt: ut aquarum fluxiones, ut desflagrationem futuram aliquando cœli, atq; terrarum.*

Fluxus

FLUXUS aliquando pro largò, & minimè astricto ponitur. Cic. Illis, & laxas uestes, & fluxa uirorum, uel anina uides. Aliquando fluxi dicuntur libidinosi, molles & effœminati. Suet. Drusus animi fluxioris, remissiorisq; uitæ erat. Sæpius uerò fluxa dicimus, momentanea, instabilia, & citò peritura. Sall. Diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis habetur.

Fluitare frequentatiuum à fluo, & significat sæpe uel continuè fluere, aut supernatare. Pli. Omnes pisces, cum sint extincti, fluitant, exceptis anguillis.

Defluere aqua dicitur, quæ in unum fluit, Horat. Rusticus expectat dū defluat annis. Translatè, uel transitionè & accessionè habet, uel amissionis speciè. Cic. Defluxit oratio ad leues amicitias.

Defluus, a, um, Pli. Hypocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet.

Defluuium. Pli. Defluuia comarum facere dicitur.

Effluere, uide primum Tomum.

Profluere de aqua dicitur. Et est deorsum siue à longe fluere, uel dimanare. Cæs. Mota profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonū. Translatè. Cic. Cuius ore sermo melle dulcior profluebat.

Profluens

Profluens, uel cum substantiuo. Cic. *Pue-
ros in profluentem aquam mitti iubet. Vel sine sub-
stantiuo.* Cic. *Genus sermonis affert non liquidum,
non fusum, ac profluens, sed exile, aridum, conci-
sum, ac minutum.*

Profluentia. Cic. *Et hanc oratoriam uim
inanis quædam profluentia loquendi imitatur. Et
profluuium.* Pl. *Sanguinis profluuium sistit herbæ
Pæoniæ semen rubrum. Inde profluenter.* Cic. *Se-
quitur, ut nihil poeniteat, ut nihil desit, nihil obstat:
ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè.*

**Influere est illabi, uel introfluere, quod non
solum de aqua dicitur, sed etiam de omni re liqui-
da.** Cæs. *Multis capitibus in Oceanum influit. Trans-
latè.* Cic. *Ex illa leuitate ad hanc uim influat ali-
quid oportet.*

**Confluere propriè de riuis uel fluminibus
dicitur, cum in unum locum illabantur.** Cic. *Cum exer-
citu meo à confluente Rhodano castra moui, ac con-
tra eos uenire institui. Translatè, pro concurrere, uel
conuenire.* Cic. *Causæ pleræque ad nos confluunt,*

Præterfluere. *Lutetiam Sequana præter-
fluit. Translatè.* Cic. *Quo circa gaudet corpus, dum
præsentem sentit uoluptatem: et animus præsen-
tem percipit pariter cum corpore, et prospicit ue-*

Sergo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto agrico, & sale, cum adipe defricatur, dum sanie uis emanat.

Subluuies aliquando pro sordibus & immunditijs ponitur. Alquãdo uero est genus morbi in discrimine ungulæ ouiu nascens. Colum. li. 7. ca. 5.

Proluere est multum, uel multo tempore lauare. Plaut. Age effunde, hoc cito in barathrum proluo cloacam.

Proluuium trãslatè pro profusione, & prodigalitate accipitur, cum quis more aquæ opes profundit. Terent. Quid istuc? quæ res tam repente mores immutauit tuos? quod proluuiũ? quæ isthæc subita est largitas?

Proluuius pro immunditie, & abundantia cuiuscunq; rei sordidæ poni solet. Verg. Fœdissima uentris proluuius.

Illuuius est etiã immunditia in homine, aut ueste, aut re quauis alia insita, atq; iniecta. Verg. Dirã illuuius, immissaq; barba.

Colluuius est sordes cœni, aut cuiusuis rei coactæ. Colum. lib. 1. Trãslatè. Cic. ad Att. 10. Colluuius idem. Translatè. Cic. ô præclaram diem, cum in illud animorum concilium cœtumq; proficiscar, & cum ex hac turba & colluuiione discedam.

Eluere

Eluere. Eluere est lauando purgare. Plaut. Tu ar-
gentum eluito, atq; id exruito. Translate. Cic. Cen-
turionum legionis Martiæ Brundusij profusus san-
guis eluatur, nûm elui prædicatio crudelitatis
poterit?

Eluuiæ propriè dicitur, quod expurgatur,
maximè aquarum fluxu, quanquàm & alius humo-
ris dici possit. Pli. Quod in tutis notatur oppidis,
quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiæ cuniculis
cauata. Translate. Cic. pro dom. sua.

Eluuiò magis omnino delet, quàm expurgat
Cic. Quinetiam si cupiat proles illa futurorum ho-
minum deinceps laudes uniuscuiusq; nostrû à pa-
tribus acceptas posteris prodere, tamen propter
eluuiones, exustionesq; terrarum, quas accidere tem-
pore certo necesse est, non modo non æternâ, sed ne
diuturnam quidem gloriam assequi possumus.

Diluere. Diluere significat aquam, uel alium liquo-
rem miscere, uel lauare, aut purgare. Verg. Cui tu
lacte fauos, & miti dilue Baccho. Translate, pro
confutare, uel confutando ad interrogata respon-

Delutus. Inde dilutus. Dilutum dicitur quod est mixtû,
unde uinum aqua mixtum dicitur dilutum. Mart.
Diluti bibis unciam Falerni. Dilutus color appella-
tur, cum, ueluti aqua adhibita, minus est intensus.

Gel. Luteus color rufus est dilutior. Dilutū si substantiū in neutro genere factum, est id liquidum, in quo aliquid certo tēpore infusum fuit: ut si in uas uini appositum absynthiū fuerit, deinde post interiectum tempus, abstractum id uinum absynthij, dilutum dicetur. Pli. Bibitur & madefacti absynthij dilutum.

Diluuius dicitur, quādo scilicet immodicis imbribus, uel uexatur terra, uel obruitur. Horat. Horrendamq; cultis diluuiem minitatur agris.

Diluuium propriè inundationem esse uolunt. Pli. Hic assiduae tēpestates, & crebra diluuium. Metaphoricè Vergilius dixit euerfionē Troiæ diluuiū, in illo uersu. Diluuium ex illa diuersa per æquora uecti.

Ostium. Ostia dicuntur fluuiorū patentes aditus, et mariū. Aliquando pro portu ponitur. Cic. Hanc rem in Ciliciā ad ostiū fluminis. Cydni conficisset &c.

Pons generatim significat omne, per quod super aquas trāsimus. Cic. Cū aduersperasceret, occultè ad pontem Miluium peruenerunt. Etiā pro scalanauium quandoq; ponitur. Verg. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Inde pontem facere, interrumpere, interscindere, uel rescindere.

dere. Cæs. Pontē qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Pontē disturbare, & reficere. Inde ponticulus. Cic. Sum ipse mēsus ab eo ponticulo, qui est ad furnā Satricum uersus.

Mare. Cic. Cum mare uastissimū hyeme trāsibas. Inde Cicero Vocat mare inferū, pro Tyrreno & Tusco. Et superum pro adriatico uel Ionio. ad At. 8. & 9. Dicimus etiam terra mariq;. Et hoc loquendi genere utuntur latini, cum summam, maximāq; diligentiam in re aliqua querenda, & inuestigēda adhiberi denotant. Fam. 5. Et dicimus Mare cælo miscere, uel cōfundere. Verg. Maria omnia cælo Miscuit.

Marinus, trāsmarinus, Maritimus uide Val lam lib. 4 cap. 95. Marini exemplum. Cic. Quid de fretis, aut de marinis aestibus plura dicā, quorū accessus, et recessus lunæ motu gubernātur. Transmarini. Cic. Quid M. Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam, atq; aduentitiā defuit? Maritimi. Cic. Ab iisdem etiam maritimi cursus celeres, & certi diriguntur.

Pontus mare dicitur: Propriè tamen quidem id mare pontum appellari uolunt, quod à pælude Mæotidis usq; ad Tenedum protenditur. Cic. Citius hercule is, qui duorum scalinorum nauicu-

lamin portū euerterit , in Euxino ponto Argona-
tarum nauem gubernarit.

Pelagus profundum maris significat. Ver.
Pelagoq; uolans ad uela patenti.

Fretū mare appellatur, dictū ab undarū, fremi-
tu: Vel, ut Varro ait, à similitudine feruentis aque,
quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque ferue-
scat. Fretus us, ui, masculino genere dixerunt uete-
res. Lucret. Nam fretus ipse anni permiscet frigus
ad æstum.

Salum mare dicitur à sapore salis. Cic. Si mi-
hi nunc tristis primū illuxisset dies, nec tam ærum-
noso nauigassem salo. Et in salo stare, uel esse dici-
mus. Cū anchoræ iactæ erant procul à portu, naues
dicebantur in salo stare, uel esse, uel cōmorari. Cæs.
Reliqua classis in salo stabat. Salum pro iactatio-
ne accipere uidetur Cæsar. Tirones, inquit, multitu-
dine nauium perterriti, & salo, nauisq; confecti.

Altum pro maris profundo, uel pro ipso
mari sæpe accipitur: aut pro loco maris longè à ter-
ra remoto. Cic. Cū nauis in alto iactarentur.

Nauium apud antiquos multa erant gene-
ra, ut telorum & gladiatorum: & primum tracta-
bimus de nauibus longis. Inter enim longas & o-
nerarias naues discrimen esse. Cæsar indicat.

Quod

Quod inquit, ubi Cæsar animaduertit, naues longas, quarum & species barbaris erat inusitator, & motus ad usum expeditior, paululum remoueri ab onerarijs nauibus iussit.

Onerariæ naues dicuntur à gestandis oneribus, et ideo tarde, uel quod essent oneri ferendo idoneæ. Oneraria autem ad frumentum uehendum aptæ, frumentariæ dicuntur. Cic. Occultè in aliquam onerariam correndum est.

Gaulus pro naue oneraria ponitur. Gaulus etiam accipitur pro uase, quo pastores utuntur ad lac excipiendum.

Corbitæ dicuntur naues onerariæ, quod in malo carum summo, pro signo corbes solebant suspendi. Plaut. Tardiores multo, quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Caudicæ sunt naues ex tabulis crassioribus factæ. *author Arist.*

Actuariæ dicuntur naues celeres, quæ cito agi possunt. Vel sunt actuariæ naues, quæ remis aguntur, non modò uelis. Sall. Ad hoc pauca pyraticæ actuariæ nauigia. Actuarium Latini dicunt in neutro genere. Cic. Quid duro tempore anni actuarium fore censes?

Biremes, Triremes, quadriremes, quinqueremes

queremes, à remorū ordinibus appellantur: ut sit biremis, quæ duos remorum ordines habet, &c.

Lembus est nauicula breuis & uelocissima. Plaut. *L. im aguntur hæc, lembo aduchitur tuus pater pauxillulo.*

Cercurus genus est nauigij à Cyprijs inuentum, teste. Plin. lib. 7 cap. 3

Celox genus est nauicule breuis, à uelocitate dictū. Plaut. *Modo in portu Philopolemmum uiuū saluū & sospitē uidi in publica celoce. Celoces itē pro predatorijs, uel pyratiscis nauibus sepe poni uideas. Linius. Apparuit inde pyratiscas celoces, & lembos esse.*

Schedia ratis est Latine, id est, nauigiū temere factum, & inconditum, ut trabes connexæ, et sine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem præbēt. Schedia etiā ponitur aliquando pro ponte, seu loco fluminis quoquo modo iuncto. Sic Herodotus pontē quo Darius Bosphorum iunxit, schediam uocat.

Remeculi nauigia erant, quibus Lemnij utebantur.

Scapha nauicula est ligno cauata, ut sunt paruæ piscatorum naues: uel lintres nauem sequentes. Cic. *Vsq; adeò, ut dominus nauis in scapham confugerit.*

Lenun.

Lenunculus est scapha, nonnulli etiam pro naue piscatoria ponunt. Cæs. Harum fuga nauium onerariarum magistros iucitabat, pauci lenunculi ad officium, imperiumq; conueniebant.

Linter nauicula est cauata arbore facta. Verg. Cauat arbore lintres.

Profumia genus est nauigij leuis, speculatorij. Plaut. De nocte ad portam profectus sum profumia.

Geseoreta à nonnullis profumia dicitur.

Oria nauis piscatoria. Plaut. Malo hunc alligari ad Oriam, ut semper piscetur, & si sit tempestas maxima.

Pantones naues sunt, quibus in traijciendis annibus loco pontium utimur. Cæs. de bel. Ciu. 3.

Hippagines naues sunt ad belli usum necessarie, quas hippagogas uocat Liuius, à transportandis equis. Liuius. Fortè postero die, quàm Sybotas clas̄is tenuit quinq; & triginta naues, quas hippagogas uocant.

Catafscopium genus erat nauigij speculatorij, uel exploratorij. Cic. Ad Att. 5.

Phaselus genus est nauigij Campani oblongi. Verg. Et circum piclis uehitur sua rura phaselis.

Parones

Parones uel myoparones. Paro genus est na-
uicij. Vnde. Myoparo piraticum nauigium. Cic. In
portu Syracusano Myoparo piraticus nauigauit.

Rates proprie dicuntur cōnexæ et rectè com-
pactæ inuicem trabes. quæ per aquam trahuntur.
Sed à poëtis ratis sepe, et nonnunquàm ab orato-
ribus pro tota naue usurpantur. Verg. Spumâtesq;
rates aruis inferre.

Cymba genus est nauis piscatorie. Verg.
Gemuit sub pondere cymba Sutilis.

Lyburnum, ni, uel liburna, næ: aut libur-
nica. cæ, genus est nauis bellicæ uelocissimæ, à Li-
burnis populis Illyrici, qui olim nauibus uelocibus
usi. Ionii mare, in insulasq; prædabatur. Qua ex cau-
sa Romani naues leuitate, celeritateq; præstantes
appellauerunt liburnicas, ut refert Appianus. Sic
naues nomen plerunq; à patria sortiuntur, ut egy-
ptiæ, asiaticæ, Syriacæ, Rhodiæ, achaicæ, punicæ
Smyrnæ, Romanæ, Sydoniæ, à ministerio, qd præ-
stant. Ut piscatorie, speculatorie, exploratorie:
Vel à rebus quas subuehunt, ut frumentarie, uina-
rie, oleareæ. Item ab eo quod habent illustrius atq;
eminentius, uel quo armantur, atq; ad belli usum cō-
parantur, ut rostrate, turrîte, &c. Horat. Ibis Li-
burnis in alta nauium Amice propugnacula.

Remulcu s

Latera dicuntur nauis quæ sunt inter pro-
ram & puppim, sed id ex longitudine, non ex lati-
tudine considerare debemus. Cic. In nauigio latera
carina, prora, puppis.

Carina est infima pars nauis, uel infima
trabs, qua nauis fundatur. Ouid. Dum mea puppis
ualida fundata carina. Aliquãdo pro ipsa naue po-
nitur. Verg. Natat uncta carina.

Sentina pars est nauis inferior, in quã quic-
quid instillat aquarum, defluit, corruptæq; malè
olent. A sentio sentis dicta, quod eius factor sentia-
tur, nam odorem foedũ emittit. Fam. 9. Translatè
sentina dicitur omnis locus, in quo receptaculum sit
sceleratorum hominum, uel ipsi scelerati homines.
Cic. ad Att. 1.

Fori sunt tabulata nauium, uel locus in nauis
aptior, qui iter nauem præambulãtib; præbet, ab
eo dicti, quod per eos ferantur incessus. Cic. De Se-
nect. Fori etiam dicuntur loca spectaculorum. Liu.
ab urb. Cond. 1. Itẽ armariola, siue capsula, in qui-
bus reponuntur libri. Suet. in Aug.

Transtra sunt tabulae, super quas sedent
remiges. Cæsar. de Bell. Gall. lib. 3. Dicuntur quoq;
tigna, quæ transuersa à pariete in parietem porri-
guntur. Victru. lib. 5.

Clauus dicitur nauis gubernaculum, quod eam dirigat, rectamq; teneat. Plaut. Parata nati clauo hæreas sedulo. Inde clauo trabali figere beneficium, uel aliquid simile dicimur, cuius memoriam in longum seruare uolumus. Ductum prouerbium ab ijs, qui quod uolunt maxime hærere, & solidum esse, clauo trabali figiunt. In Ver. Act. 7.

Malus prima longa, & genere masculino dicitur arbor nauis. Cic. Cum alij malos scandunt, alij per foros cursent.

Antennas uocant latini lignum per transuersum in malo nauis positum, in quo uelum alligatur. Cæs. Quod ubi conspexit, celeriter uela subduci, demittiq; antennas iubet.

Rudentes sunt funes nauticæ, quoniam cum funes uento agitantur, rudere uidentur. In singulari numero etiã frequens est. Cic. Non sanè optabilis ista quidem est, rudentibus apta fortuna.

Vela sunt lintea nauis illigata antennis. Cic. Socij Catilinæ uelis amicti, non togis. Inde uela facere. Tusc. 5. Pädere, dare, ducere, subducere, contrahere. Cic. ad Att. 1. A uelis ductæ sunt prouerbiales locutiones, uelis equisq;. Off. 3. Et remis nelisq;. Tusc. 3.

Velare à uelo est, quod significat tegere.

Cic.

Cic. Pro Dom. sua. Tu, tu inquam capite uelato bona eius conseruasti.

Velificare, uel uelificari est uela facere.

Fam. 8. Et uelificatio. Fam. 1.

Dolo minus uelum appellatur. Liuius. Dolo nibus erectis altum petere intendit.

Artemon uelum est addititium derigende nauis causa. Et est artemon, quam uocat *Victru-*nius trocleam, qua in nauibus funes ductarij trahuntur, & armenta explicantur, qua importantur onera, uel exportantur, quaq; fiunt nauium subductiones. Est & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus uoluptariã uitam agere coepit.

Tabularius?

Remus instrumentum est, quo naues aguntur. Verg. Quam deinde Cloanthus Consequitur melior remis. Inde remos inflectere. Cic. Neq; uerò hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo respondeam. Et Remos detergere, pro collidere, uel confringere, & tunc detergere translatus est. Cæs. de bell. Alex. lib. 4.

Remigare est nauẽ remis propellere. Cic. Non enim sustinet remos, sed alio modo remigant. Idem. Vtrũ agitur mauiis? statimue nos uela facerent quasi è portu egredientes paululum remigare?

Remex dicitur, qui remis agit, uel qui remigandi ministerio mancipatus est, uel qui scalmus hæret, id est, labro nauis, ubi remi adnexi sunt. Cic. Arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi.

Remigatio est incitatio nauis à remige propulsæ. Vel est remigis contentio, atq; impetus in nauem propellendam. Cic. Inhibitio remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Remigium est ipsa remorum agitatio, & remigatio, uel est remorum ordo, aut remigum multitudo. Verg. Remigium supplet, socios simul instruit armis.

Scalmus est lignum teres, cui nauis remos loco quodam alligant ad nauigandum, ut firmiter nauigent. Vel est labrum nauis, ubi remi adnexi sunt, à quo interscalmia spatia iuter remiges dicta sunt. Cic. Hæc ego conscendens è Põpeiiano tribui actuariolis decem scalmorum.

Celeustes dicitur, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator, qui à Plauto latinè hortatur appellatur, quod ea hortamenta faciat, quæ uerbo græco celeusmata dicuntur etiam à latinis. Hoc uero celeusmata quod & celeuma dicitur

tur, in nauibus classiarijs assa uoce, ore prolata interdum, interdū tibia caneatur. Inde & Symphoniaci serui. Cic. in Ver Act. 1. Celeuma item, ut nauitæ faciunt Helciarij, id est, qui onera funibus mouentur: uel qui naues deducūt, subducuntūe, ad officia inuicem sese adhortantes, ut uno connixu pariter conspirantes, admoliri uniuersis uiribus possint, quod singulis nequeunt.

Naues. Cic. Ut omnes copię nauibus dyrrhachium transportarentur. Inde nauem comparare, ædificare, instruere, sumere, incitare se, gubernare, tenere pro gubernare, ex portu educere, deducere, subducere, ad terrā trahere, reficere, constituere, frangere, euertere, deprimere, id est, cū tormentis bellicis dissolutæ submerguntur. Cæs. Partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiūt. Naues interire. Cæs. de bell. Ciuil. lib. 1. Ascendere ad nauē. Cic. Ita sermone confecto. Catulus remansit, nos ad nauiculas nostras ascendimus. E nauis egredi, desilire, uel è nauis se proijcere. Cæs. Hoc cum magna uoce dixisset, se ex nauis proiecit.

Nauigium dicitur omne genus nauis, quo nauigamus. Cæs. Actuaria nauigia relinquit.

Naualis adiectiuum est, ad nauem pertinens Cic. pro Leg. Manil. Nauale substantiuū locus est,

in quo stant, uel fieri solent naues. Ouid. Haud aliter, quàm si siccum nauale tenerent.

Nauta dicitur, qui in nauis est ducendæ nauis gratia. Cic. Ego nautas non eum putabam habiturum.

Nauticus est, ad nautam pertinens. Verg. Nauticus egreditur uario certamine clamor.

Nauculator est, qui nauem gubernat: uel dicuntur nauiculatores, qui meritorias naues habent, quiq; nauium sunt domini. Idem nauicularius & nauclerus. Fam. 16. Dicimus etiam nauiculariâ facere. Id uide in tomo primo.

Nauclerus, qui nauē regit. Nauclerius uel Naucleriacus, ad nauclerum pertinens. Plaut. Facito, ut uenias huc ornatu naucleriaco.

Nauarchus appellatur nauis princeps, qui in nauis nautis imperat. Cic. Ego culpam non in nauarchis, sed in te fuisse demonstro.

Classis spectat ad rem nauticam, uel extra rem nauticam uersatur. Romani in classes quinque olim distributi, alij primæ classis dicebantur, alij secundæ. Et sic classis pro ordine ponitur: Cicero pro Flac.

Classicus non omnis appellatur, qui in classibus est, sed primæ tantum classis homo, cui opponitur

natur capice census, uel proletarius. Vide primum tomum. Ad rem nauticam protinens. Cic. Qui Pœnos classe deuicit.

Tempestatam in bonam quàm in malam partem ponitur, & est genus cœlestis iniuriæ. Aliquando extra rem marinã est. Phil. 5. Hæc causa, cur lex tam egregia maximo imbri, tempestate, uentis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua fertur. Ad rem marinam pertinens, idq; in bonam partẽ, id est, cum cõmoda est, ut in malam partem cum incommoda est. Cic. Tempestates & nauẽ idoneam ut habeas, diligenter uidebis. In malã partem. Cic. Ibi propter tempestatẽ ad sextũ idem morati sumus.

Ventus est aër cõmotus atq; agitated. Cic. Vetus increbrescit. Inde uentũ expectare, nancisci, habere, & uento se dare. Cæs. Accedebat, ut, cum seuire uetus cœpisset, & se uentis dedissent, & tempestatẽ ferrent, &c. Translatè. Cic. Omnes intelligimus in istis subscriptionibus uentum quendã popularem esse quesitum.

Ventosus est uento plenus, ut uentosa regio. Translatè uero ponitur, pro inani, uel iactantiore. Pli. Superbiebat uentosa & insolens natio. Cic. Rogo te, ad hominẽ uetosiss. Lepidũ mittas etc.

Aura est uentorū uis. Distinguunt tamen à uento nōnulli, quod aura sit leuior, uentus uehementior. Ponitur autem aura pro omni genere uenti, et interdū pro aere. Verg. Quippe ferant rapidi secum, uerrantq; per auras. Per translationem dicitur aura facilitas, uel ambitioni studiū inseruiens, uel popularis fauor. Cic. Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.

Flatus est uentus, uel aura. Cic. Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignes. Translatè. Cic. Ad id, unde aliquis flatus ostenditur, uela do. Et flamen est flatus, uel uentus. Cic. Quē summa à regione aequilonis flamina pulsant. Flamētiam dicitur sacerdos unius alicuius dei antistes. Cic. Diuis alijs alij sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines, sunt.

Reflatus est uentus contrarius. Cic. Hic rumor est, naues delatas in Vticam reflatu.

Flare. Cic. Ita bellè nobis flauit ab Epeiro lenissimus auster, & mitis.

Reflare. Cic. Si reflantibus uētis reijciamur, tamen eodem paulò tardius refremur.

Aestus pro motu & agitatione fluctuum ponitur. Cic. Quid de fretis, & aestibus maritimis plura dicam? Ponitur etiam pro calore & seruore. Cic. in Catil. Translatè. Cic. Hunc quoq; absorbent aestus

æstus quidam gloriæ. *Æstum* per translationē posuit Plinius Iunior pro scrupulo, uel dubitatione nō mediocri. Vide primum tomum.

Æstuarē algēdi significato opponitur.

Cic. Ille exanguis, atq; æstuans se è curia repente proripuit. Translatè pro angī, uel dubitatione torqueri, uel cum ægritudine animi sollicitū esse ponitur. Quæ translatio duci potest à personis. Cum enim persona non est apta ori, fit, ut facies æstu laboret, quare statim is, qui personatus est, cupit exui persona, quæ incommoda, & inhabilis ipsi est. Cic. Hunc æstuantē, & tergiuersantē iudicio ille prosequitur. *Æstuosus* est calore, uel feruore plenus.

Cic. Nunc iter conficiebam æstuosa, & puluerulenta uia.

Æstuaria dicuntur loca, per quæ mare uicissim tum accedit, tum recedit: siue quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi.

Pli. lib. 3.

Exæstuarē significat exundare incremento, Propriè. Verg. Fundoq; exæstuat imò. Translatè. Iust. lib. 1. Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat.

Fluctus. Cæs. Tabernaculū secundū littus ipsum constituit, ut propè fluctus uerberaret.

Fluctuare est fluctibus iactari, uel uacillare. Propriè. Pli. Lapidem è Sciro insula, integrum fluctuare tradunt. Translatè pro iactari, cōmoueri, in dubio esse, & instar maris fluctibus, uel opinionum, uel deliberationum agitari. Cic. Tota res etiā nunc fluctuat.

Unda est pars aquæ in se collecta, & in unā partem tendens. Cic. Qui per undas currus suspensos rapuisse feruntur.

Inundare ab unda fit, & significat extra ripas diffluere, uel extra aluèū diffundi. Cic. de Nat. Deor. 1.

Imponere p inferre, uel inuehere, autingere, ut sit i nauē imponere, idē q̄ in nauē inferre. Cic. Si Lentuli nauis nō erit, quō tibi placebit, imposito.

Inuehere est importare. Propriè. Cic. Rex Perses eodē flumine inuectus. Translatè. Cic. Incommoda inuecta per aliquem. Inuectio. Cic. Iam uerò, & earū rerū, quibus abundaremus exportato: & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur.

Aduehere, ut inuehere, tã de personis, q̄ de rebus est. Cic. Quidā Caricas Cauno aduectas uedēs

Cōuehere. Cic. Repente lintribus in eā insulā materiā cōnexit. Cōuector. Cic. Hominē bonū &

doctum

doctum & probum existimo, quin etiam nauis eius me, & ipso conuēctore usurum puto.

Euehere. propriè est è terra in altum uehere, & pro efferre. Cic. in Ver. Act. 3.

Ferre pro portare. Cic. Iste operta lectica latus est per oppidum. Dicimus etiam ferre suffragia tribum, centuriã, prerogatiuã; quod est, tribũ uel centuriam habere suffragantẽ, ferre punctum, fructus ex re aliqua, pro percipere, ferre palmam pro obtinere, ferre responsum, repulsam pro præteriri in petitione, ferre partẽ prædæ pro assequi, uel habere: ferre ad populũ de re aliqua ut cõstituatur, uel sanciatur aliquid: Ferre legẽ, quæstionẽ, priuilegiũ, sententiã, conditionẽ, pro offerre. Ferre fraudẽ pro creare ferre opẽ, suppetias, auxiliũ, subsidiũ, uentrem uel uterũ, ferri magno cursu & sonitu, rapidè, scelere, crudelitate. Ferre pro tolerare, uel pati. Præ se ferre, ferre in cœlũ laudibus, ferre in oculis, pro eo quod est amare, et charũ habere: ferre aliqd expensum alicui. Cic. Quod nemo uestrũ ut opinio mea fert, ignorat. Ferre pro dicere, uel iactari. Cic. in Cati. Pro producere. Cic. Hæc ætas primũ Athenis oratorem propè perfectum tulit.

Circumferre est circumgestare. Cic. Quæso codicem circumfer, ostende.

Inferre

Inferre est inuehere, importare, uel intrudere. Cic. Atque etiam se ipse inferēbat, & intrudebat.

Ingerere est inferre, uel intrudere. Cic. Sed integro præterita. Terēt. Nisi sequitur, pugnos in uentrem ingere, uel oculum exculpe.

Circumgestare est circumferre. Cic. Eam quoq; epistolam. T. Catienus circumgestat.

Portare, uel illationem oneris habet, uel sustentationem. Cic. Omnia mea mecum porto.

Importare est inuehere, uel inferre. Cæs. de bel. Gal. 5. Nascitur ibi plumbū albū in mediterraneis regionibus: in maritimis ferrum, sed eius exigua est copia: ære utuntur importato.

Cōportare. Cic. frumentū ex agris in loca tuta cōportatur. Idem. Omnia ad istum comportari necessum est.

Apportare est adferre: Cæs. Ea, quæ sunt usui ad armandas naues, ex Hispania exportari iubet.

Deportare est adferre, uel reportare. Cic. Illa omnia in Tusculanum deportabo.

Supportare. Cæs. Ciuitates quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, frumentum supportare non poterant.

Aspor

Asportare est ex aliquo loco in aliū de-
portare. Cic. *Asportare te uelle ex Sicilia literas sus-
spicantur.*

Exportare. Cic. *O portentū in ultimas ter-
ras exportandam.* Exportatio. Cic. *His exportatio-
nibus, quæ recitatæ sunt scribit. HS. LX. so-
cios perdidisse ex uicesima portorij Syracusis.*

Reportare est deportare, propriè. Cic. *Sta-
tuerunt id secū in Syriā reportare.* Translatè. Cic.
*Ex tua calamitate cineri, ac ossibus filij sui solatiū
uult reportare.*

Onerare est onus imponere. Verg. *Vina bo-
nus, quæ deinde cadis onerarat Acestes.* Trans-
latè. Cic. *Quibus te mendacijs homines leuissimi
onerarunt.*

Onustus idem est quod oneratus, uel onere
pressus. Cic. *Onusti cibo, & uino perturbata, &
confusa cernimus.* Onerarius. Onerarium dicitur,
quod oneratur: uel quod oneri ferendo aptum est.
Vnde dicuntur naues onerariæ à gestandis one-
ribus. Cic. *Nocte flagrantes onerarias uidebatis.*

Deonerate est ex onere demere, uel detra-
here: quod etiam translatè ponitur. Cic. *Quid, cum
cōmiserari, & conqueri, & ex illius inuidia deone-
rare aliquid, & in te traicere cœperit?*

Exo-

Exonerare, est onere aliquid leuare, tamq̄
onus, quàm quod onus fert. Cōstructio uero est &
re, & ex re aliquid exonerare. Plaut. Ita profecto,
ut ex hoc exoneret agrò.

Onus est pondus & moles grauens. Propriè.
Cic. Scutum, gladium, galeam in onere milites no-
stri nō plus numerant. Translatè. Cic. Hoc nihil ad
te, nostrum est onus. Inde onus imponere. Cic. Non
audeo tibi omnia onera imponere. Onus adlere, re-
cipere, suscipere, tollere, habere, sustinere, perfice-
re, deponere. Et onere premi, uel opprimi, leuare,
uel onus alleuare. Cic. Leuame igitur hoc onere.

Prouincia hìc onus est, negotium, mu-
nus, partes, p̄sum, labor, officium. Quoniā præfecti
ad prouincias gubernandas cū officio mitti solebāt,
factum est etiam, ut ipsi magistratus, & omne onus
nobis impositū, prouincia appelletur. Cic. Hoc fuit
totum consilium mulieris: hæc istorum prouincia,
qui rogati sunt. Inde prouinciam deponere, dare,
uel tradere, capere, sustinere. Cic. pro Cæl. Aliquan-
do prouincia ponitur pro terra, & regione longè
ab Italia bello acquisita, quod eam populus R. o. pro-
uicerit. Prima oim Sicilia est appellata prouincia.
Act. 4. in Ver. Inde prouinciam alicui obtingere,
obtinere, habere, deponere. Et prouincialis qui ex

pro-

prouincia erat. Col. li. 5. ca. 4. Prouinciale quod ad prouinciã pertinet. Cic. Rogo te, ne patiaris mihi quã ad hãc prouincialẽ molestiã tẽporis prorogari.

Pondus, quod librando ad stateram ponderatur, uel quod graue est, aut ipsa grauitas, aut grauis summa, grauisq; uis, uel numerus, ut pondus auri, pondus argenti. Cic. Vxori grande pondus argenti legauit. Translatè. Cic. Graue ipsius conscientie pòdus est. **Ponderosus**. Cic. Huic puero da ponderosam aliquam epistolam.

Ponderare est pendere, uel appendere, aut ponderibus examinare, uel librare. Propriè. Plaut. Dum numularius ponderat argentum. Translatè. Cic. Nõ quantum quisq; proficit, sed quantum quisq; scit, ponderatum est.

Pondo pro libra ponitur. Aliquando tamen pro pondere. Cic. Is armarij fundũ execut, et sestertiorum, et auri quinq; pondo abstulit.

Libra instrumentum est, quo res ponderatur cum lancibus, aliàs bilanx uocatur. In Ver. Act. 3. **Libra** etiam dicitur as, uel mina, seu mna, duodecim cõstans uncijs: A qua fit libella diminutiũ. Et significat numulũ argẽteum, q et as dicitur. Cic. Ecq; Volcatio, si sua sponte uenisset, unã libellã dedisset? **Libellam** pro asse posuit, ex eo dictã, qd' libra æris ualebat.

ualebat, id est, affe. Cum autem minimam pecuniolam significare uolebant, affem uel libellum dicebant. Cic. pro Rosc. Comce.

Librile ut inquit Festus, est scapus libræ.

Libripens à pendendo dicitur secundum Prisc. Estque militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensator. Qua consuetudine in ijs emptio nibus, quæ mancipij sunt, etiam nunc libra interponitur. Pli. lib. 33 cap. 3.

Librare est ponderare. Cic. Unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur: Librare est iacere, uel emittere. Pli. Nihil à cæteris, nisi robore, ac præstantia differens, cum nunc cominus tela librares, nunc librata susciperes. Librator, qui lapides emittit in bello. Cornel. Libratoribus, funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides & glandes torqueret. Libramentum est æquamentum. Pli. An nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod cum examinatum est, suscitatur & elicit fontem.

Lanx interdum dicitur uas latum, & profundum minus excauatum, quam patinæ. Vas scilicet escarium, in quo caro tam tosta quam elixa conditur, mensæque infertur. Cic. Lancibus & splendidissimis

mis canistris, non olusculis nos soles pascere. Lanx etiam pro statera ponitur. Vnde uocatur bilances, quæ duas lances habent. Cic. Neesse est, ut lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere.

Statera instrumentum est, quo res sine lancibus ponderantur. Cic. de Orat. 2.

Trutina. Trutinam quidam scribunt foramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio: quod alij æquamentum, alij libramentum, alij æquilibrium uocant. Vitru. lib. 2.

Trutinare est trutina examinare, quod uerbum translataè posuit Persius: pro examine perpendere, his uerbis. Atq; ex porrecto trutinantur uerba libello.

Examinare ab examine ducitur, cum accipitur pro stylo, uel lingua lancis, aut stateræ, quæ quo pōdus se uergit, exit. Verg. Iuppiter ipse duas æquato examine lances. Ab ea igitur significatione examinis ponitur. Examinare, proprie, pro trutinare, uel in lance ponderibus adiectis perpendere. Cic. Cum sui similem & leuitatem & calorem adeptus, tanquàm paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. Translataè pro perpendere, ponderare, excutere, disputare, exquirere, aut

in manibus iactare. Cic. Ego hoc meis ponderibus exanimabo, quid cuiq; debeam.

Conscendere propriè de nauigantibus dicitur, qui in naues ascendunt. Sine accusatiuo. Cic. Tu uelim quàmprimū conscendas, ad meq; uenias. Cum accusatiuo. Cæs. Nauiculam paruulā conscendit cū paucis suis. Cum accusatiuo et præpositione. Plaut. Postq̄ aurum abstulimus, in nauium conscendimus domū cupientes. Inde Conscensio. de Diuin. r.

Soluere idem est, quod solutis anchoris nauigationi se committere. Sine accusatiuo. Cic. Agamemnon soluere imperat auersa aui. Cum accusatiuo. Cæs. Pompeius sub nocte naues soluit.

Nauigare est nauim agere, uel naui uehè, aut naui iter facere. Cic. In quo difficultas nauigandi fuit odiosa: Inde dicimus nauigare cōmodè, exploratè, cautè, rectè, bellè, bellissimè, magis cōmodè, sine timore, sine nausea, ex sententia, consideratè, diligenter feliciter, plenissimi uelis, cōmodius, incommodè, tardè, temere, aduerso tempore. Cæs. Aduerso tempore nauigādi naues conscendit.

Renauigare. Cic. Per paucis diebus in Pompeianum, post in Puteolana, & Cumana regna renauigare cogitabam.

Nauigatio est cursus maritimus. Cic. Nauigatio

ingatio perdifficilis fuit. Inde Navigationi se committere. . Navigationem subire, impedire, uel precludere, omittere. Cic. Navigationē primam dummodo donec tempestas sit, ne omiseris

Nausea est, stomachi ad uomitū ex graui odore perturbatio. A nauī deductū nomen, ex cuius sententia mouetur plerūq; uomitus. Translatè ponitur, pro fastidio. Cic. Nauigemus sine timore et nausea.

Nauseare à nausea est, & significat nauisea, & uomitu infestari. Cic. Quam epistolam dedisti nauiseans Buthroto.

Vehere curru, equo, plaustro, uel rheda dicitur. Cic. Alter uehebatur in rheda penulatus. Vel nauī. Cic. Itaq; dubitans, circumspectans, hesitans, tanq̄ ratis, in mari immenso nostra uehitur oratio.

Vector dicitur qui uehit, uel qui uehitur, siue id fiat equo, siue nauī. Cic. ad Att. 10. & 11. Vectio. Cic. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

Vehiculum dicitur, in quo aliquid uehitur, ut currus, Rheda, essedum, & similia. Cic. Neglectis uehiculis triumphalibus, domi manet.

Vectura est actus uehendi, uel uectio. Vel est merces, quæ pro uectura soluitur. Cic. Misimus qui pro uectura solueret.

Subuehere. Cæs. Eo frumento, quod flumine Arare nauibus subuexerat.

Transuehere. Cic. Nemo hæc est unquam transuectus cæcula cursu. Transuectio. Cic. Dic quaeso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus? Cocyti fremitus: transuectio Acherontis.

Præteruehere est ultra uehere. Propriè. Cic. de Finib. 5. Trāslatè. Philip. 7. Præteruectio. In Ver. Act. 7.

Transferre est transuehere, uel deportare siue id fiat nauis, siue uehiculo, aut alio quouis uecturae genere. Philip. 3. Translatè transferre se ad aliquid, aliquid in aliquè, trāsferre uerba, dictiones & similia. Cic. Omnem culpam in te transferas.

Translator, uel in propria significatione manet, uel extra eā per sepe egreditur. In Ver. Act. 7. Translatio, uel tralatio. Cic. Translationes quasi mutationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas. Translatitius, Tralatitius et translatiuus. Cic. Cum actio translationis, aut commutationis indigere uidetur, constitutio translatiua appellatur. Sæpe pro commentitio ponitur. In Ver. Act. 3.

Transportare. Cæs. Legiones nauibus transportabant. Idem. Nauium magnam copiā ad transportandum exercitum pollicebantur.

Transdu-

Transducere. uel *traducere* Propriè. Cæs. *Flumen Axonam exercitum traducere maturauit.* Inde *tractio*. Cic. *Tractio furiosi hominis.*

Transmittere pro *transire*. Cic. *Aiebant te prima nauigatione transmissurum.* *Transmissio* uel *transmissus, us, ui*. Cæs. *Pari spatio transmissus atq; ex Gallia, est in Britanniam.*

Trañcere est *traducere, transportare, uel transferre*. Liu. *Annem uado traiecit.* *Translatè.* Cic. *Si Annibal ad portas uenisset, murumq; iaculo traieciisset, negaret esse in malis, capi, &c.* *Traiectio, uel traiectus, us, ui*. Cic. *Cautior certè est mäsio, honestior existimatur traiectio.* *Träsl.* Cic. *Verborü traiectionè uitabimus, nisi quæ erit concinna.*

Tranare, est *transnare*. Cæs. *Flumen tranare non poterant.* *Translatè.* De Nat Deor. 2.

Nare piscium proprium est, nant tamen & uolucres, & bestie & homines etiã *industria*. Cic. *Serpere anguiculos, nare anaticulas uidemus.*

Natare. Cic. *Quo oīs iuuetus natandi causa uenit.* *Träslatè.* Cic. *Natabät pauimëta uino.* *Natrix* serpentis genus. Lucan. *Et natrix uiolator aquæ.*

Enare pro *tranare*. Verg. *Insuetü per iter gelidas enauit ad arctos.*

Transnatare. Liu. *Mago cū equitatu flumen transnatauit.* k 3 **Trans-**

Transire pro trajcere, transmittere, aut præteruehi. Cum terræ est. Cic. Quod inauspicato pomerium transgressus esset. Cum maris est, uel fluiuij. Cæs. Multis de causis Cæsar statuit sibi Rhenum esse transeundum. Translatè. Cic. Lege Julia transita, id est, posthabita, uel spreta. Trāsitus uel trāsitio, uel terræ est. Tusc. 5. uel maris & fluuij. Cæs. de bel. Gall. lib. 5. Translatè. Cic. Translatio-
nibus nullis utemur. Propriè. Fam. 12.

Cursum, Appellere, applicare. Cæs. Naues appelli iussit. Vide primū tomū de his tribus uerbis.

Litus est, qua fluctus eludit, uel est terra, quæ ab aqua tangitur, uel mari uicina est. Nec solū de mari dicitur, sed etiam de fluminibus. Cæs. Omnia litora à Cæsare tenebantur.

Ripa etiam lacuum est, & aquarum non currentium contra Vallam. Cic. Cum plebs propè ripam Anienis consedisset.

Ora dicitur extremitas cuiusq; rei. Speciatim tamē dicuntur ora fines terrarū. Atq; cum Pli. orā dicit, serè semper regionem littoralē appellat. Cic. ad Att. 7. Ora pro funè nautico. Quint. Permittamus uela uentis, & orā soluētibus bene precemur.

Portus est locus conclusus, in quem importantur merces, & unde exportantur, uel ad quem
locum

locum applicant naues, & in quo persæpe hyemât.
 Cæs. Aditus habebat ad portum, & ad reliqua nau-
 ualia. Inde ex portu prodire, progredi. Cæs. Neq;
 ij sibi cõfisi ex portu prodire sunt ausi. In portum
 cogere, compellere, conijcere, inuehi, defferri, se re-
 cipere, uenire, uel peruenire. Cic. de Senect. Portũ
 capere. Cæs. de bell. Alex. 4. Portũ capere, pro in-
 portum uenire, uel portum capere, pro portum
 occupare. Cic. In nauigando tempestati obsequi ar-
 tis est, etiam si portum tenere non possis. Portus
 pro profugio. Cic. Exilium non supplicium est, sed
 profugiũ, portusq; supplicij. In portu esse, res quæ
 in tuto est. Plau. In portu res est. In portu nauigare,
 est à periculo abesse. Propterea, quod qui medijs
 adhuc in fluctibus nauigant, hi uentorũ, & æstus ar-
 bitrio nauigant. Cõtra, qui iã intra portũ sunt, nihil
 habent negocij cum ãndis, ac uentis. Vnde hominẽ
 incuius præsidio conquiescimus, portũ appellamus.
 Et qui sese ad tranquillã, tutãq; aliquã uitæ rationẽ
 traducũt, in portũ se recipere dicuntur. Verg. Nũc
 mihi parta qes, omnisq; in lumine portus. Et in por-
 tu impingere, de ijs qui statim in principio peccãt.

Portuosus dicitur locus, ubi multi sunt por-
 tus, & nauigatio portuosa, quæ à multis portibus
 excipiur, uel in multos portus incidit. Fam. 6.

SINUS, dicitur illa pars, quæ est intra pectoris brachiorumq; complexum. Cic. E sinu gremioq; patriæ abstrahi. Item pro intima familiaritate qua dam & amicitia accipitur. Cic. Tu uero sis in sinu semper, & complexu meo. Sinus etiam uocantur litora curua ad similitudinem sinus, et quasi brachijs mare amplectentia. Cic. Duo sinus fuerunt, quos trāsmitti oportet. Præterea ponitur pro intima parte urbis. Sall. Alij intra mœnia, atq; in sinu urbis sunt hostes. Verg. Sinus collecta fluentes. Sinus uestium appellat quales erant tunicæ Romanorum, & laxitas illa supra cincturam. Sinus pro concauitate oculorum, ubi lachrymarum cōceptacula sunt. Verg. Sic effata, sinū lachrymis impleuit obortis: Nisi tamē uelis sinum eo loco in propria significatione poni, ut sit: impleuit sinum lachrymis obortis, id est, sinum totum conspersit & madidum reddidit lachrymis. Idem. Totos pande sinus. Sinus accipit Verg. pro uelis, quod uētis flantibus curuatur, & sinum faciunt. Sinuosus dicitur, multos sinus habens, ut mare sinuosum, uela sinuosa, quæ sinus, id est, curuationes faciunt. Claud. Sinuosa draconum Membra tegens, id est nodosa.

ANCHORA est instrumentū ferreū, quo naues in litore Fundamus, retinemusq;. Cæs. Loca sunt egregia

egregia omni illa regione ad tenēdas anchoras. Inde anchoram, soluere, præcidere, tollere. Cic. Malum erigi, uela fieri, anchoras præcidi imperat.

Anchoralia dicuntur funes, quibus religata est anchora. Liuius. Vix dum omnes cōscenderant, cum alij resoluant oras, aut anchoram uellunt, alij ut ne quid teneat, anchoralia incidunt.

Rei Rusticæ dictiones.



TERRA, aliquando pro medio mundi loco ponitur, quod uocant uulgares terræ elementum. Aliquando pro parte mundi, aliquando pro humo, solo, uel gleba. Varro de re Rust. libro 1. cap. 9. Pro medio mundi loco, uel pro elemento. Tusc. 5. Pro parte mundi. Cic. Recordare, quibus laudationem ex ultimis terris miseris. Et alij inde manant loquendi modi, ut terra petere, pro terra iter facere. Cic. Tum consilio repente mutato, iter à Vibone Brundusium terra petere contendit. Et terra, mariq; conquirere. Item. Terræ filius. Olim homines obscuro, ignotoq; genere prognati, terræ filij dicebantur, propterea quod terra sit omnium cōmunis parens. Vel quod iuxta quorundam etiam historias, primitus mortales è

terra nascebantur. Cic. Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Pro humo. Varro. Verum tempus idoneum in terra bona ac pingui.

Terræmotus, est cum terræ incluso spiritu cōtremiscunt magno sæpe habitantium damno. Cic. Terret animos uastitate, pestilentia, terræmotibus.

Territorium est uniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis: dictū quod maximè teratur, uel quod magistratus eius loci, intra omnes fines terēdi, id est, summouēdi ius habet. Cic. Phil. 2.

Terrenus. Cic. Quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorū genere cōfecta, ardore animi concallescunt.

Terrestris. Cic. Vnū te prætorum horruissent, Apronium terrestrem archipiratam.

Mediterraneum, quod est in media terra. Mediterraneū uero mare appellatur, quod per medias funditur terras, cū in ambitu terræ circūfluat oceanus. Cic. Ita fit, ut mediterranei mare esse non credant.

Tellus, ut terra, aliquando pro ipso elemēto terræ accipitur. Aliquando pro dea. Cic. Ad Telluris quidem tuam statuam locaui.

Humus. Columel. Leuem, solutamq; humum desiderant.

desiderant. Cic. Hoc uidetur esse altius, quàm ut id nos humi strati suspicere possimus.

Humare est humo contegere. Et propriè corpora mortua humamus. Cic. Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. Inhumare non dicitur. Inhumatus tamè opponitur humato. Et est idè quod insepultus. Cic. Is cū esset proiectus inhumatus, ab omnibusq; desertus iacèret, amica corpus eius texit Pallio. Inde humatio. Tusc. 1.

Solum appellatur omne, quod sustinet, & unicuiq; rei subiacet, et uaria significata habet. Pro superficie aquæ aliquando ponitur. quæ nauium fundamentū est. In Ver. Act. 7. Solum stellarum, pro celo posuit Ouidius. Astra tenent coeleste solum. Item pro mensa Vergilius, Et cereale solum pomis agrestibus augent. Pro inferiore parte pedis, quam uulgo soleam uocant, quæ callosa fit, & dura. Tusc. 5. Pro solea calciamenti & corio. Mart. Et mordere luto putre, uetusq; solum. Pro pauimento. Cic. in Parad. Pro terra. Col. Solum putre, & solutum res utraque desiderat. Translate. Cic. Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris uides locutionē emendatā, & latinā.

Rus locus est extra urbem, ubi agri sunt, et uille. Dictum autem, ut nonnulli uolunt, quòd in
agri

agris quotannis rursus eadem fiant, id est, colantur, ut rursus percipiatur fructus. Terent.

Rus. ibo.

Rusticari est ruri habitare. Cic. de Orat. 2. Inde rusticatio. Cic. Neq; solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesq; communes. Rusticatus us, ui, idem quod rusticatio. ad Att. 12. Rusticanus est rusticus. Cic. Accessit ad Crassum consulendi causa quidam rusticanus. Rusticus est ad rus pertinens, aut ruri habitans, aut in rure uersans.

Cic. Hunc in prædia rustica relegerat. Trāslatè in urbanum, agrestè, insuauium morum, & difficile significat. Cic. Sensit rusticulus nõ incautus suum sanguinè quæri. Rusticè plenū translationis est, & significat ineptè, uel absurdè. Cic. Cogitanti mihi nihil tam uidetur potuisse facere rusticè.

Fundum, cum neutri generis est, dicitur, fundum uasis, armarij & similiū. Cic. Armarij fundū execut, & auri quinq; pondo abstulit. Fundus cum masculini generis est, dicitur ager, quòd planus sit, ad similitudinem fundi uasorum. Nonnulli fundum esse scribunt quiddam minus, quàm ager. Singula enim propriè prata, singulae uineæ, singuli horti, oliueta, pomaria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, uenatoria, piscatoria, siue uillam

atq;

atq; ædificium, siue piscinam atq; aluearia, siue uiuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, et hoc quidem in agro. Itaq; fundus est possessio rustica. Fam. 13. Fundus quoq; dicitur populus esse rei, quã alienat. Cic. Qui fundi populi facti nõ essent, ciuitatem non haberent.

Prædium est rustica, uel urbana possessio. Cic. Scripsi me in prædijs meis esse. Prædiator, uel prædiatorius. Prædiatorium dicitur, quod ad prædium pertinet. pro Cor. Balb.

Villa dicta est, quod à uillico in eam non uehantur fructus, & euehantur, cum ueneunt. Villam autem uulgo duplicem faciunt, ut sit uilla urbana & rustica. Villa urbana ea pars est, quam dicimus sibi recepisse, quæ quia elegantius, amoeniusq; ædificari solet, & instrui, ideo urbana uocatur, quasi urbani nitoris, et elegantiæ, plusquam rusticæ. Var. de re Rust. lib. 1. Villa rustica est pars uillæ, quam uillicus colonus, uel uinitor, uel arborator habitandam sibi obtinet, & familiæ uillaticæ, atq; instrumento omni rustico condendo, aut continendo. Vel dicitur domus, aut casa extra urbem, quæ habitandi causa constituta est. Cic. Qui ager uillam non habuit. Inde uillicus, dicitur uille custos, uel qui uillæ præest Cic. Dominus ignarus, incõmodi sui gaudeat uillicoq;

uillicoq; delectatur. Villicari est rusticari, in uilla manere, uel animi gratia, uel rei rusticae curandae causa. Terent. Hic uillicor ante urbem. Villaticus, uel uillaris. Villaticum dicitur, quod ad uillam pertinet. Vnde uillatica pastio appellatur alimentum, quod pertinet ad animalia muta, quae ruri nutriuntur, ut puta pecudes, aues, pisces. Sic dicitur uillaticus canis, qui in uilla tenetur. Villaris autem idem est, quod uillaticus. Plin. lib. 10.

Campus est planities siue agrestis, siue urbana. Urbana. Cic. In campo Martio Comitibus consules habebant. Agrestis. Cic. Itaque ubi lati campi, ibi maior aestus. Translate. Cic. Magnus est in republica campus, multis apertus cursus ad laudem. Campestris. Cic. Caepester locus is melior, qui totus aequaliter in unam partem uergit.

Ager pro campo, uel solo. Cic. Qui ager neque uillam habuit, neque ulla ex parte fuit cultus. Pro territorio. Cic. Is habet in agro uolaterrano possessionem. Inde agrum emaciari, uel infestari. Columel. de re Rust. lib. 2. Et agellus. Cic. Dij nec agellos singulorum, nec uiticulas persequuntur.

Agrarius dicitur, qui multos agros possidet: uel Agrarium est, quod pertinet ad agros.

nt, *lex agraria*: & *agrarius*, *suffurator legis agrarie*. *Philip. 2.*

Agrestis dicitur, quod agrorum est, uel quod in agris crescit, pertinetq; tam ad personas, quàm ad res, idq; sine translatione. *Verg. Ignarosq; uic mecum miseratus agrestes. Translatè pro duro, aspero, absurdo, inepto: ductum scilicet ab eorum, qui agris, & ruri agunt, asperitate, & barbaria, morumq; inelegantia. Cic. Fera agrestisq; uita.*

Agricolatio. *Cic. Num igitur eorum senectus miserabilis fuit, qui se agricolatiõe oblectabāt? Agricultura. Cic. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia.*

Agricola. *Cic. Et diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur.*

Colonus. *Colonos uocabant aliquando Romani eos ciues, qui ad aliquam urbem habitandam mittebantur, quiq; non proprijs, sed p̄d. Ro. legibus uiuebant. Cic. In omnes colonias totius Italiae colonos deducant. Hic pro agricola accipitur, uel qui à domino agri agrum ipsum colendū suscipit pacto pretio, aut proposita, expectataq; fructuum, quos ager fert, parte. Cic. Qui colonus habuit conductū de Casennia fundum.*

Aruum,

Aruum, Valla lib. 4. cap. 35. Cic. Frugifera arua Asia tenet.

Noualis, uel nouale est, quod alterius annis seritur, scilicet cum post mensem ager tonsus quiescit in annum unum, uel duos annos, postea ad se mentem colendus. Pli. lib. 18. cap. 19.

Restibile, uel restibilis, ut noualis alterius annis seritur, ita restibilis quotannis. Plinius restibilem segetem uocat, quæ regerminat, quasi cuius fecunditas in sequentem quoque annum resistat. Scribit autem sic. Vbertatis tantæ sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges.

Vernactum. Pli. Quod uere aratum est, à temporis argumento vernactum dicitur.

Iugerum. Pli. lib. 18. cap. 3. quod uno iugo bouum in die exarari potuissent. Cic. Is partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerum.

Hortus ab antiquis dictus pro uilla, autore Festo, ea ratione, quod ibi orirentur, qui arma capere possent. Pli. li. 19. cap. 4. Fiebat uero hortus, uel animi gratia, hoc est, ad uoluptatem, & delectationem, uel etiam utilitatis. Inde hortus olitorius dicitur, in quo olera seruntur, & crescunt in usum nostrum. Oulus autem uocamus unam quamque satiuam herbam, qua uescimur, & cuius folijs, & caule utimur
in edu=

in edulium. Hinc forum olitorium Romæ macellum
 diu uocatū est, quod in eo olera uenderentur, unde
 etiam olitor, qui hortum olerum curat, & excolit,
 à nonnullis etiā hortulanus dicitur. Horti etiam in
 plurali numero non solum oleribus, sed & arbori-
 bus consiti dicebātur, & uoluptatis gratia compa-
 rati, ut Pompeiani, Sallustiani, &c. Quinetiam ui-
 uaria, & aquæ piscatoriæ hortis includi solebant
 uoluptatis et amœnitatis causa. Off. 3. Hortus pro-
 fundo. Cic. Cogite in hortis crassipedis, quasi in di-
 uersorio cœnare. Hortus pēsilis dicitur, qui supra
 columnas, uel ædificia factus quodāmodo pendere
 uidetur. Pli. lib. 19. cap. 4. Hortus riguus, uel irri-
 guus dicitur, qui iuxta aquā est, uel per quem me-
 dium defluunt riui. Ibidem. Pli. Inde hortum face-
 re, parare, fodere, conscrere, instruere. s. quæ ne-
 cessaria in horto sunt comparare, uel hortū ipsum
 componere, & ornare. Off. 3.

Sepes munimentū dicitur rubis, aut spinis cir-
 cū hortis factū ad arcenda ab hortis pecora, unde hir-
 tas sepes dicit Col. lib. 10. Sepes naturalis, uiua di-
 citur. Et sepimentū naturale dicimus. Col. 2. ca. 3.

Ambulacrum siue ambulatio dicitur, spā-
 tium rastro, aut chylindro complanatum, circum
 ipsius horti ambitum, quod interdū etiam pauimen-

to conſtratū erat, in quo colligendi, uel oblectandi
 uel reficiendi animi gratia inambulare ſolemus. De
 Orat. lib. 1. Fiebant autē duplici ratione ambulatio-
 nes in iſtis hortis. Aut enim ſunt teſtæ, aut ſubdia-
 les, quæ interdū pergulis, aut folijs uiridibus ſuper
 admotas, ac trāſuerſa perticas applicatis operiri
 ſolebāt. Cæterū teſtæ ambulationes antiquis fieri ſo-
 lebāt eo lapide, quē ſpecularē Plinius uocat. li. 36.
 Et ſpecularia integumēta ex ſpeculari lapide facta,
 quibus ambulationes in hortis teſtæ erāt. Iuue. ſat.
 4. Quæ uehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Sub-
 diales Ambulationes, ſoli & aëri expoſitæ. Pli. lib.
 27. Viſtru. li. 5. hypetras uocat, quæ latinè etiā ſub-
 dialia, ſubdiualia dici poterūt. Et quia interdū pau-
 mētis ſubſterni ſolebāt, ideo ſubdialia pauimēta uo-
 cauit. Pli. li. 26. quas nos terraceas uulgo dicimus.

Pergula, à pergēdo dicta eſt, quod circum-
 quaſq; uitis uel quicquid aliud ſeritur, pedamento-
 rū beneficio diuagetur, & pergat. Sunt autē iuni-
 perinæ uel etiā ſalignæ perticæ in arcū, aut quadr-
 tam formā ita colligatæ, & diſpoſitæ, ut ſuper iſs
 diſcurrētēs, uinearū aut cucumerū rami, ſuis folijs
 inambulationes per æſtatē ſole feriente operiant,
 atq; ita nō parū iucunditatis & utilitatis adferant.
 Budæus pro parte domus exporrecta & propendē
 te acci-

te accipit. Plin. lib. 35. Sub his enim pergulis res ue-
nales exponebatur. Pergularū hortensiu sunt duo
genera, scilicet recta, & cameraria. Recta pergula
est, quæ pedamentis solo infixis, uel ad murū recta
figura compositis, fieri solet. Pergula uero came-
raria est, quæ uel salice, uel iunipero cōuestitur ad
ambulationes opacandas.

Area dicta est ab arādo, quod primū aretur,
et proscindatur, deinde uero subigatur, & cōplane-
tur ipsa terra in quadratā planitiē ad multos usus,
siue ad exspicanda frumēta in uillis siue ad alicuius
loci, uel etiā urbis ornatū, siue etiā ad hortorū elegā-
tiā. Quæ autē in uilla, aut etiā in agro ipso confor-
mabatur area ad frumēta exspicanda, ut deinde in
horrea recōdi possēt, ea cylindro cōplanari sole-
bat, ut durior esset, & flabelli duros ictus pertinacē
us ferret: neq; granū ipsum dissiliens, aut infissurā
admittere, aut in interiorē mollitiē recōdere possēt.
Verg. Area tū primū est ingenti equāda cylindro.

Cylindrus est lapidea colūna rotūda et uolū-
bilis, ita cōposita, ut p locū, quē cōplanare uolumus
circumacta, facīle inæquales terræ glebas subigat.

Paniculus dici potest, quicquid lignēū, uel
alius materiæ sub oblonga, & rotūda forma cōtine-
tur, uel ad aliquē locū cōplanandū, uel cuius aliis
rei gratia.

Areator, qui in ipsa area frumentum terit, & expicat. Colu. Atq; hoc supremū areatorum emolumentum percipiendorum seminum, quæ terre crediderat.

Area est etiam publicus locus, in quem propter amplitudinem & planiciem, negotiorum causa populus cōmeare solet: in quo etiā merces, & uictus publici diuenduntur. Area, siue areola, potius in hortis fit ad distinguendā inter se semina, ut uioles ab oleribus, ita herbas odoratas, ab ijs, quæ minus odoratæ sunt, & iusculis condiendis, aut acetarijs faciendis magis idoneæ. Col. lib. 11. cap. 2. Palladius spatia hortorum arcas appellat.

Puluinus est areola terram elatam inter duos sulcos complectens, in qua semina obruuntur, quæ in agris porca à porrigendo appellatur. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 35.

Interualla appellamus eos ueluti sulcos, et tramites, qui inter quaslibet areas fiunt, ut circum quaq; discurrere possit olitor: uel qui ipsius horti curā, & delicias diligenter contemplari uolet. Præterea etiam ad aquarum decursus, areæ enim ipsæ in interuallis sese expurgant.

Seminarium locus est subactus, in quo semina aut uiticum, aut arborum panguntur, ut cum
ad certum

ad certam quantitatem excreuerint, in uinetum, uel arbuſtum, uel pomarium transferantur. Col. lib. 3.

Semina non pro granis, ſed ſurculis depaſtis, qui, cum radices egerunt, in ſeminarium, aut uinetum, transferuntur. Col. lib. 5. cap. 10. Inde de ponere ſemina ſcrobibus, id eſt, ſurculos terræ contere. Et ordinaria ſemina, per ordines depoſita dicuntur. Semina pro plantis. Verg. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. Dicuntur et ſeminaria plātaria. Verg. Vt uiua plantaria terra. Nutrix pro ſeminario. Plin. lib. 16. Seminarium ulmorum, pro ulmario, id eſt, loco ulmis conſito, et in quo multa ulmorum ſemina depaſta ſunt. Col. lib. 5. cap. 5.

Arbuſtum. Col. lib. 5. cap. 5. Arbusta pro nemuſculis, et ſyluulis Verg. accipit. Et arbuſtum nomen ſortitur à ſpecie arborū quibus conſitū eſt. Seminarium tranſlatè pro ſomite, fonte et origine alicuius rei, uel loco, in quo res aliqua incrementū coepit, tam in bonū quàm in malū. Cic. in Catil.

Arbor eſt, quod à radice, caudice ſimplici, ramoſum, noduſum, ſurculoſum, haud facile diſſolubile aſurgit, ut olea, ficus, uitis. Inde arbores lætæ pro opimis, elegantibus, et benecultis. Arbor poſuſtra, quæ mala fert, atq; pira, quæ ſub malorum

& pomorum genere comprehenduntur. Col. li. 5. cap. 9. Arbor nouella, uetula. Cic. de Finib. lib. 5. Arbor coliculum agere dicitur, cum attollitur, & ueluti corpus facit, neq; dum fructum profert, sed tantū ipsum alimentū è terra attrahit, ut grandescat. Arborē frondescere. Col. 5. cap. 9. Luxuriare arborem, quū uberiores & diffusiores ramos producit, dicitur. Et arbuscula Col. li. 5. cap. 8. Arbore scere dicuntur plantæ, dū in arboris magnitudinē, & formā assurgunt. uires tamen non easdē, neq; robur tam ualidū habēt, neq; etiā interdū lignescunt.

Hibiscus, bismalua à Dioscoride uocatur. Verg. Hædorumq; gregē uiridi cōpellere hibisco. Arbuscius locus pro loco arboribus consito. Col. lib. 3. cap. 13. Arboretum. Gel. lib. 17. cap. 2. Arbuscuæ uites ab arboribus dictæ sunt, quibus olim applicari & maritari, ac iungi solebant. Arbustare significat agrum arboribus conserere ad maritandas uites. Pli. li. 17. cap. 23. Inde arborator, qui arborum colendarū & conserendarum curam & cognitionem & scientiam habet. Col. lib. 11. cap. 1.

Arbutus est, arboris agrestis genus mala acerrima ferētis, quæ dum matura sunt, fragorum formam & colorem referunt. Fruticosa quidē arbor est, & raram umbram præstans, potissimū in soluis.

Syluis. Verg. Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra. Eius fructū Plinius unedonē appellat, quod asperitate sua, & acerbitate, præsertim dum immaturi sunt fructus, plures edi non possint. Quidā arbutum in neutro genere pro fructu usurpant.

Frutex dicitur id, quod à radice caudice multiplici, ramosumq; se attollit, ut rubus, unde fruticose plantæ, quæ sua natura nunq̄ in arborem attolluntur aut arborefcunt.

Suffrutex, qui mediam quandā habet formā inter arborem & fruticem, uel etiam inter herbam.

Fruticare dicuntur arbores, quæ nisi sæpius purgentur & amputentur à sua natura & forma desciscunt & ab arboribus in frutices degenerant.

Frutetum dicitur locus fruticibus cõseptus. Col. li. 3. ca. 2. Quam ob causam (inquit) syluestris ager præcipue est eligendus, qui etiam si frutetis, aut arboribus obsessus est, facile extricatur.

Radix tam in arbore, q̄ in alia quauis planta, est, id, quo alimentū à terra attrahitur, dicta quod sæpe effossa terra parūper radatur, ut arbor fruticeseat. Cuius partes quædam circumquaq; adherentes, quibus ueluti lacertis nititur, & terrā undiq; cõprehendit, capillamenta appellantur. Col. li. 4 ca. 2. **Viuiradix** pro uina radice. Col. libro. 4. cap. 8.

Radix fibrosa, capillata et capillaris, ad differentiã bulbosæ radicis, id est, rotundæ, & quæ bulbi similitudinem habet. Item limosa radix, quæ dum frangitur, succum quendam limosum emittit, uel quod terræ substantiam ita resoluit, ut semper limo obdita appareat. Radix cauernosa, quæ multas intus cauernulas habet, & quodammodo foraminulenta est, neq; solida & compacta apparet. Et radix geniculata quæ nodosa est. Item corticosa. Pli. li. 20. cap. 19. Radicare arbores dicuntur, uel etiam plantæ, cum ipsius radicis beneficio crescere uidentur. Inde radicem agere, capere, circumfodere, subarare, luxare. Pli. lib. 17. cap. 24. Mittere radicem. Colum. el. li. 3. cap. 18. Radix translata. Cic. Quantum interest, utrum in Massici radices, an in Italiam, alioque deducamini? Radicitus. Cic. Hanc excutere opinionem mihi met radicitus uolui.

Caudex uel codex dicitur in arboribus & fruticibus, id quod à radice supraterram simplex assurgit, estq; comune pariter annuis ac perpetuis arboribus. Antiqui tabulas ligneas, in quibus inclusa cera erat ad aliquid stylo describendum, uel etiã omnino caudiceas, & ex caudicum partibus leuigatis, & tenuioribus factis compositas, codices, siue codicillos appellauerunt, quod ex arborum codicibus,

bus, uel codicum partibus tenuioribus, nempe membranulis & tuniculis fieri solet. Codex etiã pro contextu tabularũ ponitur, cuiusmodi in nauibus, uel edificijs conspicimus. Si arbor inutili quadam fructificatione multos ueluti caudices emittere uideatur, cuiusmodi solent cerasus, prunus, corylus, tantum is caudex iustè appellabitur, qui est medius & robustior, alij autem uicini ab eadem radice prodeuntes, qui quidem desecari, & transplantari solent, ut arbor crassior sit, & ne soboles luxurians parentem enecet, stolones appellantur. Huiusmodi stolones uocantur soboles. Col. lib. 5. cap. 8. In uincis uocantur pampini. Vnde pampinare uites, id est, superfluos stolones resecare.

Truncus pars caudicis. Columel. li. 4. ca. 8. Truncus pro arbore. Cic. Trunci obducuntur libro, aut cortice. Translatè. Cic. Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia?

Stipes est truncus. Translatè. Terent. Caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Pulli. Pullos arborũ uocat. Cato. cap. 51. quos reiectos uulgo uocamus. Et Pulluli. Pli. lib. 17. Inde pullulare uerbum, quasi pullulos emittere, quod et bullulascere dixit. Col. lib. 4. cap. 21.

Lignum est pars arboris interna, præci-

puè in caudice, quæ fissilis est, & dura: estq; ueluti caro ipsarū arborū. Vnde lignescere dicuntur Plantæ quædam, atq; adeò radices, quæ in ligni duriciè concrescūt, & siccantur, qualis est raphani radix.

Pectines à Plinio dicuntur in arboribus, et earum materia, per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ & interualla. In quibus autem arboribus, uariant pectinum lineæ, & interualla, adijcere Plinius solet aliquid, quo uarietas illa possit indicari, obliquos, crisspos, nodososue pectines appellās.

Cortex est pars superior & ultima, atq; ab ipso subiecto corpore separabilis, estq; ueluti coriū & operculum, ac crusta quædam arborū & plantarum. Ver. Ruptus de subere cortex. Vnde decor ticare & excorticare arborem dicimus. Atq; hic quidem cortex quibusdā arboribus leuis, quibusdā rugosior apparet, cuius diminutio, corticula usus est. Columel. lib. 12. cap. 47.

Liber dicitur cortex interior, ipsi ligno adherens. Col. lib. 5. cap. 10. Hinc delibrare arbore, hoc est, usq; ad corticem interiorem diffindere, ut crassior postea euadat.

Matrix dicitur, quod in medio ligni, uel caudici tertium à cortice continetur, quæ à nonnullis cor, ab alijs medulla appellatur. Quin & pulpam

In arboribus id uocat Plin. lib. 106. cap. 32. quod nos in animalium corporibus musculum appellare solemus.

Lachryma est is humor, qui statim de secto caudice, uel ramo, aut aliquibus tantum ipso ligno profilit & apparet. Vnde lachrymantes calamos, hoc est, tales, quæ inseri solent. Plin. lib. 17. capite. 14. uocat.

Muscus est, id quod in ipsa corticis arborum quarundam superficie lanuginosum apparet, ueluti cani quidam ipsarum arborum uilli.

Rami sunt, qui à caule, uel caudice fissi, multiplices sparguntur, quos nonnullis placuit nodos appellare, suntque ueluti quedam ipsarum arborum brachia, quibus sese latius diffundunt, et expandunt, atque in altum attolluntur. Verg. Tum fortes late ramos, & brachia tendens.

Frons proprie id dicitur, quod ipse ramus arcum quoque producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis, ac ueluti caudiculi. Vnde frondosus ramus, frondea corona. Hinc frondare arbores, pro frondes amputare & leuare, hoc est, ramos arborum expurgare, & inutilem frondium propagationem exsecare. Frondatores aut qui hoc munus exequunt, dicuntur. Et frondaria fiscina,

in qua expurgata, & defectæ frondes reponerentur. Frödescere, pro in frondes abire, uel frondibus conuesliri.

Termes, ramus arboris cum fructu decerptus appellatur. Horat. Nunquàm fallentis termes oliuæ. Vnde terminare uerbum, quoniam antiquè diuisiones agrorū, priusquàm metæ inuētæ essent, termitibus signabant. Gellius lib. 2. Spadicem uocauit auulsum è palma termitem cum ipso fructu.

Tabulata dicuntur rami effusiores, & in plana tendentes, non in altiora crescentes, quales in platani potissimum, & ulmis conspiciuntur. Verg. Summas q; sequi tabulata per ulmos.

Surculus est, quod ex ramis, uel caudice oriatur, qui etiam frondes gerit. Et surculosi rami, surculis referti.

Malleolus surculus est utrinq; capillatus è duro. Cic. Malleoli, plantæ, sarmenta, uites, traduces, &c.

Oculi in arborū surculis dicuntur, unde germen producant, siue germinant. Atq; hinc inoculatio, quàm propriè implastrationē uocat Columella, cum oculus surculi aperitur, ut alterius arboris oculum intus inseramus.

Gemma idem est, quod oculus. Verg. Et le

et turgent in palmitate gemmæ. Inde gemmare arbo-
res, quod et gemmas agere dicit. Col. li. 6. Et gem-
mascere lib. 5. cap. 10. Trudere gemmas. Verg. Sed
trudit gemmas, et frondes explicat omnes.

Germen est id, quod ex ipsis arborum sur-
culis primo uere exit, ex quo deinde folium produ-
citur. Nam gemma proprie floris est quinquam
utrumque confundatur. Pli. Densante se frondium ger-
mine. Vnde germinare dicuntur arbores, primo ue-
re, cum germina emittunt.

Folium est id in plâta, uel arbore, quod hu-
niore, et carne constans ipsam arborem, uel plan-
tam uestit. Inde folia agere dicitur arbor, cum folia
producit. Pli. lib. 15. cap. 29. Folium patulum, minu-
tum, densum.

Pediculus uel petiolus est, id quo folium
flos, uel fructus, dependet. Plinius. Tutiores
sunt fungi cum carne cocte, aut cum pediculo
piri.

Flos est ipsarum arborum et plâtarum gan-
dium, unde postea fructus oritur. Cic. In Verr.
Act. 6.

Florere uel florescere dicuntur ipse arbo-
res, plantæ, segetes, uineæ, cum uere nouo, alie suo
tempore flores, emittunt et conspicuæ apparent.

Cic.

Cic. Hec arbor una ter floret.

Fructus cōstat carne, semine atq; cute, quā Plinius putamen uocat lib. 15. cap. 22. Inde fructificare, & fructiferae arbores dicuntur, quae fructum emittunt, decidente prius flore. Dicuntur autē propriè arbores fructu indui, cum fructum emittunt, & palmites fructibus onustos gerunt Verg. Cum se nux plurima syluis Induet. Quin ex arboribus ipsis fructu onustis colligere fructū & decerpere, & percipere dicimus.

Cachrijs latinis amentum, sunt sub longa panicularum modo nucamenta, quae squamatim cōpacta propendent è ramis. Crescunt autē potissimū hyme, & uere dehiscunt in flauescentes squamulas, ut prodeunte folio pergunt, qualia in larice, picea.

Gallæ arboribus omnibus glandiferis cōmunes tantū, & propriè sunt, cuiusmodi sunt quercus.

Iulus auellanae nuci, uel corylo propius, estq; id, quod ueluti praelongus uermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit. Plin. Ferunt & auellanae iulos suos compactili callo, ad nihil utiles.

Paniculæ sunt ueluti nucamenta quaedam, quae in ramis arborum resinam fundentium callo squamatim compactili dependent, ut in larice.

Plin.

Plin. lib. 10. cap. 10. Et panicularum nomine ferè significantur quæcunque sublonga, uel subrotunda tumescunt effigie. Hinc comas milij, panicis arundinis quoq; paniculas appellat, Plinius.

Nucamenta sunt arborum nuces ferentium, dicta nucamenta, uel quod apertissimè in nucibus perpendere uidentur, uel quod sunt eorum rudimenta quædam nature, pineam nucem facere condiscentis.

Viuiradices dicuntur plantule arborum cum sua radice translata. Plinius lib. 17. capite. 23.

Tradux est uiuiradix, uel planta aut semis arboris, uel etiam uitis, aliò inde tractu, & propagatum. Col. lib. 5.

Talea est frustū ligni, aut arboris, ut oleæ, uel salicis, præcisum ex utraq; parte, ut in terrani deponatur. Pli. lib. 17. cap. 17.

Calamus appellatur id, quod ramo alicuius arboris inserere solemus. Pli. 17. cap. 14. Calamus alioqui tessera, siue tessella appellatur Plinio. Columella insitum appellat. lib. 4. cap. 29. Virgulta sunt surculi, qui terræ committuntur, ut in arbore insurgant. Verg. Quæcunq; promes uirgulta per agros. Sparge fimo pingui. Virgas interdū appellat Plinius.

Pli. & Col. Interdū etiam uirgas malleares. Trāſſatè. Cic. pro Cælio.

Stirpes arborum dicuntur quæ sua ſponte proueniunt. Col. lib. 3. cap. 17. Suntq; ueluti palmitēs ſolidiores & trunci. Stirps pro genere, uel cauſa. Cic. Iſtius genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatū. Inde ſtirpare & extirpare, quod ſignificat extrahere, uel euellere. Tranſlatè. Tuſc. 4. Et Stirpitus eſt radicitus. Tuſcul. 4.


Turiones Columellæ dicuntur teneritates ſummitatum ipſarum arborum, quæ ſingulis annis creſcunt.

Flagella dicuntur cymæ arborum, & ipſarum ſummæ partes, quæ ad cuiuſcunq; uenti flatū mouentur, unde etiam nomen traxerūt ab eo, quod flatibus petantur. Verg. Neūe flagella ſūmma pete.


Arbores ſerere. Tuſc. 1. Arbores per ordinem, & paribus menſuris diſponebantur in ſeminariorio, et certis interuallis ipſos ordines diſtinguebāt, quæ interordinia appellarūt. Serere pro plantare. Pli. lib. 17. cap. 15. Arbores metare, aut uineas, eſt diſponere & certis menſuris atq; etiam ordinibus ſerere. Vnde metatores dicebantur ipſis antiquis, qui arbores ita diſponebant. Pli. li. 18. cap. 33. Vnde etiam

etiam vinearum metatio dicta est. Col. lib. 4. Arbores disponere in quincuncē, uel etiam in uites est, quando secundi ordinis arbores ad primas, paribus interuallis sic disponuntur, ut figurā quincuncialem seruare ad inuicē uideātur, Plin. 17. cap. 2.

DECUSSIS. QVINCUNX



QVINCUNX AB ALIIS.



Arbores circumfodere. Col. 11. cap. 11. Circumfossor, unde et circumfossura. Arborum plantas circummunire caueis, est ipsas plantas, uel spinis, uel palis circūpositis munire, ne à pecore corrodantur. Col. lib. 5. cap. 8. Arbores ablaqueare est hyeme potissimum, terra defossa, superuacuas radices, quæ per æstatem succreuerant, abscindere, ne inutili propagatione succum ipsi matri necessarium eripiant. Col. lib. 4. cap. 8. Dicta ablaqueatio à lacubus, siue lacusculis, qui fiunt, dum ipsas radices amputamus. Cæterum orbem ablaqueationis appellat Colu. Fossuram, siue fossionem illam, quæ

m circum

circum ipsam arborem in orbem fieri solet. lib. 4. cap. 4. Arbores aggerare. Col. Stercoratā terram circa aggerato. Arbores operire, uel adobruere, pro aggerare. Col. lib. 11. cap. 2.

Scrobem facere, aut fodere est foueas facere, in quibus arborum surculi depangantur, & demittantur in seminario. Col. lib. 5. cap. 9. Subigere scrobes. uel inuertere. Cato. cap. 17. Scrobes fossiones sunt, siue foueae intra terram manu factae ad uineas uel arbores conserendas. Vnde scrobuli. Plin. libro. 21.

Incilia sunt fossae ad deducendam circa ipsas arbores aquam factae, quas ab eijcienda aqua dictas fuisse inciles fossas Festus arbitratur: Vnde incilia excitare, pro foueas facere. Col. lib. 3. cap. 11.

Arbores delibrare, aut uites dicunt agricolae, cum ipsum corticem aut exesum, aut aridiam & uermibus, aut alio quopiam uitio inquinatum tollunt, ut melius ipsae sordibus liberatae conualescant. Col. lib. 4. cap. 24. Arbores surculare, uel plantas, est surculos adnascetes ex ipsis arboribus adimere, et taleas praecidere, ex nouellis ramis, quas seminario conserere possimus. Col. li. 5. cap. 9. Insecare etiam dicimus pro surculare. Idem lib. 12. cap. 4. 7. Arbores frondare, luxuriantes frondes amputare.

amputare. Verg. *Leuare fronde dixit, pro frondibus superuacuis spoliare. Frondator inde & frondatio ipsa, frondium amputatio. Arbores attendere, uel interraderere, est luxuriei comprimendi causa cacumina flagellorum confringere. Columel. libro 4. cap. 27. Quod interlegere dixisse uidetur Vergilius : Et frondes manibus carpere, quod interpurgare uidetur. Pli. li. 18. ca. 26. dicit. Decacuminare. Colu. lib. 5. cap. 6. Castrare, uel disrarare. Columel. lib. 4. cap. 32. Quod opus rustici castrationem uocant. Plinius deputationem lib. 17. Cato capite. 50. Interpretationem unde putare arbusculas dixit Columella. Arborem exturbare, est herbas, quæ circumquaq; adnascuntur auellere, ut melius terræ alimentum capiat. Columel. lib. 4. cap. 31. Quod Plinius sarcire dixit lib. 17. cap. 10. Arborum ramos interlucare, pro ramos seu germina inutiliter pullulantia cum interuallo resecare, ut solem & lucem alij rami possint recipere Plini. lib. 17. capite. 33. Vnde Interlucatio. cap. 27. Eadem etiam collocatio dicitur. Columel. libro. 2. cap. 22. Arbores cadere, hoc est resecare, eruere, præcidere, & ex ijs detrahere, quod nobis utile futurum speramus, cum percreuerunt, uel ad asse=*

res ex piris, & nucibus, aut quercubus faciendos uel etiam ad materias domuū & adificiorum. Col. lib. 4. cap. 21. Inde etiam Varroni detruncare dictum est. hoc est, usq; ad truncum resecare. Arbores transferre ex seminario in arbustum est, transplantare. Pli. lib. 17. cap. 11. Hinc traduces dictæ pro seminibus, quæ traducuntur, & transferuntur.

Arbores inserere est surculo unius arboris ingeniose detracto, & in aliam cōmisso, ac conglutinato ipsarum arborum naturā ita immutare, ut eas ueluti cogere uideamur, tales fructus producere, quales surculorum natura proferre solet. Vnde insitum uocant surculum, qui inseritur. Insitio. Pli. lib. 17. ca. 14. Inoculatio. Col. lib. 5. cap. 11. Emplastratio, uel scutulata insitio.

Taleis serere, est figere, uel affigere. Vnde inhumare taleas & demittere dixit Plinius.

Seges nonnunquam pro ipsa humo accipitur ad accipienda semina subacta, nondum sata tamen. Nam quādo ager satus est, noualis dicitur. Pli. lib. 18. Translatè pro materia, causa, argumento. Cic. Quid odisset. Clodium Milo segetem ac materiam suæ gloriæ.

Fruges nomen generale, non modo frumenta leguminaq; complectitur, sed quicquid ex fructu
ter=

terre in alimoniã uertimus. Pli. li. 18. cap. 7. Trãslatè. Cic. pro Cæl. Inde recipere se uel redire ad frugem bonam, id est, qui reiectis uitijs uirtuti se dedunt, & uitam honestam sequuntur.

Colere pro culturã adhibere ponitur. Cic. Erat ei res rustica sanè bene culta & fructuosa. Translate. Cic. Nunc planè nec uictũ, nec uitam ullam colere possũ. Inde cultor, & cultio. De Senect. Cultura. Tusc. 2. Cultus. Cic. de leg. Trãs. Fam. 9.

Arare est aratro perstringere. Cic. Qui ager possit arari & coli. Arator est colonus & bubulcus. Philip. 3. Aratio modo, actionem arandi significat, modo rem ipsam, id est, agrum aratum, uel agrum ad arandum aptum & idoneum. Tusc. 5.

Aratrum est, quo terram aramus. Partes aratri. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 3. scribit. Dicimus uertere terram, conuenitq; & proscindēdo & nuando & iterando & subigendo agro. Et dicimus proscindere cum primum terram aramus, uel cum terrã uertimus grandioribus glebis relictis. Pli. li. 18. Trãslatè. pro cõtumelijs laceßere, uel lacerare, Suet. Hunc foedissimo conuitio corã prosciderunt.

Subigere. Cato. Locus bipalio subactus est. Offringere, quod fractum est, & offringi terra dicitur quando iterum transuerso sulco aratur. Var.

de re Rust. li. 1. Nouare pro nouū facere. Fam. 15.
 Ad rem rusticam pertinens. De Orat. 11. Iterare.
 Col. Priusquā exilem terram iteremus, stercora
 re cōuenit. Translatè, pro geminare, duplicare uel
 repetere. Cic. Quod dixit, iteret. Iteratio. Propriè
 Col. de re Rust. 11. Translatè. Cic. Ornatum habet
 uerborū iterationes. Tertiare, est ter arare. Col.
 Postea circa mensem Martium tertiato.

Stiua est aratri manita, quæ tenetur mani-
 bus cum aratur. Verg. Stiuaq; quæ currus à tergo
 torqueat imos.

Temo est, qui iugum continet, lignū scilicet
 ad iugum usq; protensum inter utrunq; bouem.

Dentale est lignum, cum quo uomere indu-
 citur: quod & dens à Varrone dicitur. Dētale pro
 uomere posuit. Col. lib. 7.

Vomer est ferrū indentale immissum, quo
 profcinditur terra. Phil. 11.

Occare est glebas comminuere. Dicitur ab
 occa, quæ instrumentum significat, quo tracto, re-
 ptanteq; super terram, ferreis, aut ligneis dentibus
 quibus instructū est, glebæ conteruntur, & agri su-
 perficies coæquatur, & semina cooperiuntur, quā-
 nis & cratibus id saepe fiat. Verg. Rastris glebas
 qui fregit inertes. Viniueasq; trahit crates. Occa-

tor. Col. de re Rust. lib. 2. & occatio. Ibidem.

Mollire. Col. Sine quibus terram commodè mollire difficile est.

Lætificare agrum. Cic. de Nat. Deo. 2. Et oblimare pro circumlimare, superlimare, & reple re limo. Ibidem. Fermentare pro pinguefacere. Var. de re Rust. lib. 1.

Stercorare est stercus, uel fimum agris fecunditatis gratia adhibere, sic pro pinguescere ponitur. Col. Vitia & faba stercorare agrum dicuntur. Inde Stercoratio. Col. Vini optime stercoratio nis exhibet.

Stercus est fimus. Et stercus aliud est naturale ut stercus equorū, boum, ouium, auū. Aliud fit stramentis, lupino, paleis, fabalibus frondibus, &c.

Sterquilinium locus est stercoribus plenum, seu stercoris receptaculum. Col. li. 1. Translatè. Plaut. Eho lutum lenoninum cōmixtum, ehotus sterquilinium publicum.

Stercorarius. Stercorarium dicitur, quod ad stercora pertinet. Var. de re Rust. lib. 1.

Fimū est stercus, siue brutorū, siue hominis. Pli. lib. 17 cap. 9. Fimetum locus fimo plenus, uel in quo colligitur fimus. Ibidem.

Sulcare est sulcos facere. Columel. In sub-

acta iam terra latiores porcæ sulcantur. Inde sulcus, quòd est, terræ proscissio. Vnde tertio, quarto, quinto, sulco serere dicimus, id est, ter quater, quin quies arando apud Plinium. Festus. Sulci appellantur, quâ aratrum ducitur, uel sationis faciendæ causa, uel urbis condendæ. Vel est fossura relictis lateribus, ubi arbores serantur. Pro fossa posuit Verg. Ausim uel tenui uitæ committere sulco. Vel. Sulcus quicquid in longitudine aculeatû est dicitur. Verg. Et linguis micat ora trisulci.

Lirare. Col. Est lira ei similis porcæ, quâ in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem uitent. Inde lira. Col. Liras rustici uocant, easdem porcæ, cum sit aratrû, ut inter duos latius distantes sulcos mediûs tumulus siccam sedem frumentis præbeat. Liratim, est per liras. Col. 2. cap. 3.

Porca dicitur terra elata inter duos sulcos quod ea seges frumentum porrigat. Cato. Porcam plana facito, paululum concauam.

Versus interdum rei rusticæ est, & dicitur tractus, uel ordo ut sunt ordines sulcorû, ulmorû, uel uitium. Col. lib. 2.

Gleba est terræ cæspes, uel est glebulus terræ. Cic. Non adimitur cuiquam gleba de sylanis agris.

Sementis

Sementis dicitur uel satio ipsa, uel semen, uel seminandi tempus. Cic. Nemo ignorat, quid sit sementis, ac messis, quid arborum putatio, ac uitium. Inde sementem facere, conficere, peragere. Oui. Vilitate da requiem terræ, semente peracta. Translatè. Cic. Hanc igitur à dijs immortalibus tantâ arbitramur malorum sementem esse factam?

Semen est materia serendi. Columel. Quod ubi feceris ligneis rastris, statim iacta semina obruantur. Translatè pro genere. Cic. Virtus quæ propria est Romani generis, atq; seminis. Pro causa, uel materia. Off. 2.

Serere. Non solum significat sementem facere, uel semen spargere, sed seri etiam dicuntur arbores & plantæ. Cic. Ut tantum decumæ sit, quantum uis seueris. Translatè. Cic. Non temere, nec fontuito sati, aut creati sumus. Inde sator pro seminatore, Translatè. Cic. Tuq; celestium sator. Satio modo pro semine & pro tempore serendi, modo pro actione serendi. Cato. Pabulum cum seres, multas sationes facito. Satus, us, ui, est serendi actus. Cic. Quid ego uitium ortus, satus, incrementa commemorem? Translatè. Cic. Vos qui deorum satu orti estis. Satiuus. Satiuum dicitur, quod seminetur, uel quod idoneum est, ut seminetur. Pli. Si satiuæ soluestribus
 m 5 inferantur,

inserantur, degenerant in feritatem. *Conferere* pro *ferere*, & *seminare*, uel *plantare*. Cic. Ager cōseptus et diligenter confitus. Inde *confitio*. Cic. Nec cōsitiones modo delectant, sed etiā *infitiones* et *confitura*. Cic. Quæ uidelicet ille nō ex *agri confitura*, quam cernebat, &c.

Seminare est *semen spargere*, *sementē facere*, *semina terræ mandare*. Cic. *Seminari* debet *ordem* post *æquinoctiū*. Inde *seminator*, qui *seminat*. *Traslatè*. Qui est *prorsus oīm seminator malorū*.

Surgere semen dicitur, cum *germine edito* & *radicibus actis* è *terra* uelut *emergit* et *existit*. Col. *Vbi uenit humber*, multorum *dierum sementis* uno *die surgit*.

Exire. Col. *Glareosis, sabulosisq; aruis* *melior exit*. *Var.* *Primum plerumq; è terra exit hordeum* *diebus septem*.

Prodire semen. *Varro.* *Serius aliquantō procedit seges*.

Grandescere est *grandem fieri*, & *quicquid grande fit* & *adolescit*. Sic *grandescere* dicuntur *frumenta*, postquàm è *terra exierunt*. *Pli.* *Crescente luna frumenta, grandescunt*.

Sarrire est *surculis fodere*, & *purgare*, *Id quod fit cum segetes leuiter scalpendo rastris à no-*

xijs herbis purgamus. (Noxiæ herbæ sunt, lolium, tribulus, carduus, auena, lappa. Lolium græcis est æra quod granum minutum est in cortice aculeato, quod cum & in pane celerrimè in capite uertigines facit. Aegliopem Verg. auenam uocauit. Infelix, inquit, lolium, & steriles dominantur auenæ) Cato. Frumenta bis sarrias, runcesq; auenãq; destingas. Inde sarritor est, qui, sarrit. Col. lib. 11. Sarritio, uel sartura est sarriendi actio. Pli. Sartura nocere & uinea & segeti existimatur.

Sarculare genus est sarriendi, dictum à sarculo instrumento rustico, quo segetes purgantur. Col. li. 6. Inde sarculatio, quod est sarritio, quæ sarculo perficitur. Sarculatio induratã hyberno rigore tristitiam laxat temporibus uernis.

Runcare est herbas inutiles & noxias uelle re. Cato. Primo uere apperito, sarritoq; runcatoq;. Eruncare. Colu. de re Rust. lib. 2. Inde runcatio. Col. Frugibus plurimum detrahatur, si relinquitur runcatio.

Vagina etiam segetum est integumentum scilicet, qua culmus adolecens inclusus est, & spica continetur. Cic. De Senect.

Culmus frumenti calamus dicitur à radice usq; ad spicã. Var. Frumentũ quod culmus extulit.

Stipula

Stipula dicitur calamus frumenti, ordei, & similium, quod scilicet cōtinet spicam. Pli. Fœcunda sed gracili stipula. Stipula quoq; dicitur culmus cū spica non collectus, sed in metendo derelictus, quem cum otium suppetit, rustici deinde metunt. Item stipula appellatur ea pars, quæ à frumento demesso contusa spica superstat. Verg. Atq; leuem stipulã crepitantibus urere flammis. Culmi uero & stipule internodia genicula dicuntur, & aliquando genua à similitudine genuum animalis. Pli. Genicula sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. A geniculo geniculatū dicitur, unde geniculatus culmus appellatur, id est, geniculis distinctus, atq; discretus. Cic. de Senect.

Spica ea, quæ mutica non est (*Spica mutica* dicitur, quæ non habet aristam) in hordeo tria habet continentia, Granium, glumam, aristam. Vide Varr. lib. 1 cap. 48. *Spica*. Cic. E quibus cū emergerit, fundit frugem spicæ ordine structam.

Arista. Verg. Molli paulatim flauescit campus arista. Granū. Cic. Mydæ illi phrygio, cū puer esset dormienti formice in os tritici grana congesterunt.

Metere uel *demetere* est messem facere, id est, segetes maturas secare, & in manipulos contrahere.

here. Cic. Vt sementem feceris, ita metes. Inde messor. Verg. Rapido festis messoribus aestu. Et Messorius. Cic. Messoria se corbe cōtexit. Et Messis. Varr. lib. 1 cap. 10. 51. & 52. de re Rust.

Tribula, & uel tribulum li. Genus est uehiculari, quo frumenta in area teruntur à tribus lateribus sic appellatum. Verg. Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere rastro. Inde tribulariū, quod significat locum, ubi tribulæ reconduntur.

Traha genus est uehiculari siue retis, à trahendo dictum.

Vannus est cribrum uimineū latum, in quo propter capacitatem rustici cogere primitias frugū solent, & frumenta purgare. Verg. Et mistica uannus Iachi. Inde uannare uel euennare, quod est uentilare, ut fit cum frumenta purgantur.

Spicilegium est collectio spicarum.

Granarium est locus, in quo grana frugū reconduntur. Horat. Cum tua plus laudas cumeris granaria nostris.

Horreum ab horrore dictum uolunt, quasi horridum propter asperitatem aristarum, quoniā prisci fruges cum suis spicis in granarijs condiderunt. In. Ver. Act. 5.

Vinetum

Vinetum dicitur, plaga, uel regio aut magnus soli, uel terreni alicuius tractus uineis consitus. Verg. Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem. Ordinare, & instituere uineta dicimus. Itē emundare & extirpare. Columel. lib. 3 cap. 2. Vinetum serere. Idem cap. 2. Quinetiam uinetum restibile appellauit, quod repastinatum est, uel singulis annis repastinatur, hoc est restituitur, & reseritur.

Vinea locus uitibus consitus est. Vnde uineā ordinare paribus interuallis dixit. Col. Et agrū uineis uestire. Instituere uineas in agro. Cic. contra Rul. Vineam quoque conseminea dicta est pro agro unius tantum speciei, & nota uitium consito. Vineam aut à uino deducitur, aut à uiminibus, quibus ipsa uinea arboribus uel palis obuincitur, quemadmodū à uinciendo uitem dictam uolunt. Vineam etiam est instrumentum bellicum. Et uinitor, qui uineas excolit, & uinitorius. Falx uineatica et semina. Col. li. 4 cap. 1. Vinealis terra uineis conserendis maximè apta & habilis. Vinearij colles, uel caules. Col. li. 5 cap. 6.

Vitiarium ferè idem ac uinetum significat, sed hoc à uinea dictum est, illud à uite. Est autē uitiarium, ager uitibus uestitus. Varr. libro pri

no capite secundo. Inde uitiarium facere.

Vitis est tertium quiddam, quod neq; arbor
rem neq; fruticē dicere possis. Dicta uitis, eo quod
inuitetur ad uuas pariundas. Vide Varro. lib. 1.
cap. 31. Vitis pro ipso ligno nodoso ex planta decer
pto, & folij nudato ponitur. Vitis pro gestamine
Centurionū. Pli. li. 14, cap. 1. Etiam sub uite prælia
ri milites dicuntur. Vitifator. Verg. lib. 7. Viticula
diminutiuum, pro mediocri uite. Cic. de Nat.
Deor. 3.

Radix in uite, id est, quod in alijs stirpibus,
unde confirmare radices dicitur malleolus, uel mer
gus subactus, cum aliò transmissus uires resumit.
Truncus id est in uite, quod à radice sursum ascen
dit, & crassum, ac ruginosum & flexuosum ap
paret. Caput trunci, quod summum in trunco
apparet. Quod autem ex duro trunco enasci
tur, id antiqui agricolæ pampinarium appel
lare soliti sunt.

Materia. Columella. Vbi uino con
sulimus, uitis eligatur, quæ uino ualet, & in
materia.

Sarmentū prælongas uitū uirgulas com
prehendit, in quas uitis luxurians spargitur. Var.
capite tertio libro. 1. Inde emucidum sarmentum
infir

infirmum & imbecillum dicitur; quodq; propter infirmitatem sterilefcit. Et nouellum & uetus sarmentum, uel unius uel plurium annorum est. Sarmentum autem duarum, uel trium gemmarū quod è uite præfracta deponitur, cum in pollicem tondetur, ut anno fequenti renouetur, appellatur à Columel. lib. 4 cap. 21. custos, uel reflex aut palmes præfidiarius, à Catone uinarij custodes dicuntur.

3. Palmites dicuntur qui è sarmentis ac surculis ueluti palmæ quædam è brachijs quotannis prædeunt. Multa genera palmitum facit. Pli. li. 17 cap. 22. Eum enim qui è duro exit, ac præuenit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinariū palmitem uocat. Col. uirgā pampinariā, quod pampinos tantū promittat: ubi supra cicatricē est, tunc fructuarius, uel etiam fructuosus palmes dicitur. Col. li. 5 ca. 5. Palmites anniculi dicuntur unius anni, quemadmodum & ueteres palmites, qui multorum annorum sunt, quos palmites emeritos, pluribusq; induratos annis uocat Colu. Ita quoq; & nouelli palmites, & qui & custodes dicuntur. Item palmes focaneus dicitur, quasi in faucibus ipsius uitis enatus. Item profundere palmites dicitur uinea, cum ex surculis ramos emittit. Col. lib. 5 cap. 5.

4. Duramenta uel duramina. Col. Quinter-
nisq;

nisq; brachijs, quæ duramenta quidam uocant diuidatur in totidem partes.

Coles uitis appellat Varro eos, qui inter geniculos sarmentorum apparent.

Surculi in stirpibus ac uineis dicti sunt uelut gemina, quædã ex ipso trunco, uel caudice producta, unde surculos uirgineos Cato appellauit, q̄ ex una uite demuntur, ut in aliam conserantur, uel inserantur. Cæterum surculi in uite, qui nihil adferunt, & nullo fructu ferendo proprij sunt, aut habiles: ab agricolis antiquis spadones appellabantur pulchra metaphora. Inde surcularis fit, quos propagines. Pli. lib. 27. & .23. uocat.

Scirpiculus in uite iugata, id quod hac atq; illac per iuga serpit, atq; ipsis iugis fulcitur. Var. lib. 2. cap. 2.

Sagitta est sarmenti, uel malleoli, aut semitus summa ac superior pars.

Flagella uitium appellat Varro minorem uitem, id est, ramos uitium oblongiores & productiores, alijs tamen minores, ab ipsis brachijs sursum ascendentes, dicta flagella prius à uenti flatu. Inde flagella fructuaria. Col. lib. 5. cap. 5. pro ijs flagellis, in quibus oculi fructuarij apparent.

Mater truncus ipse uocatur, in quo est me-

dulla & humor præcipuus, à quo surculi flagella,
& qui nepotes uocantur prodeunt.

Palma dicitur maius uitis flagellum, unde
nascuntur uue. Col. lib. 4. cap. 21.

Pollex dictus, quod præ cæteris sarmentis
aut brachijs uiribus polleat.

Caput uitium, aut seminum, uel sarmento-
rum capitulum, extrema est pars eorum, quem-
admodum crura uicinas radicibus partes.

Ceruix uel pro ipso uitis capite, uel pro par-
te capiti proxima, quæ in uite est sumitur, quæ =
que ipsi uiti robur præstat. Columel. libro. 4.
capite. 7.

Capreoli colliculi sunt intorti, ueluti cincinni
quidam in ipsis pampinis tenerioribus apparentes,
quibus uitis ueluti manibus quibusdam adminicula
complectitur. Idem etiam clauiculi appellantur.

Crines uitium appellat Pli. lib. 17. cap. 23.
Idem etiam uiticulas appellat. lib. 27. cum de uite
syluestri loquitur.

Gemma in uite idem, quod & oculus, quia
ueluti ocellus quidam conspicuus, aut gemma que-
dam excellens, conspici possit, cum primum è uite
prodit, aut sarmento. Cicero de Amic. Fructuarij
oculi. à Columel. uocatur. Idem trigemines malleo

dos uocat. Inde gemmare, uel gemmescere uites, cum uere ineunte gemmas, siue oculos ostendunt.

Articuli uocantur internodia in malleolo, uel palmitē, aut sarmento uitis. In alijs herbis geniculi, uel genicula. Pli. lib. 18.

Pampini uitium, dicuntur uirgæ, seu rami foliosi, à brachijs, uel palmitibus, atq; adeo ipsis caulibus prodeuntes. Et Columel. uocat racemarios pampinos & steriles. Pampinarium dicitur, siquidem è duro trunco enatus sit palmes. Vnde pampinare pampiuator, & pampinus reser.

Malleolus nouellus est palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusq; à similitudine rei, quod in ea parte, quæ deciditur ex uetere sarmento, prominens utrinq; malleoli speciem prebet. Columel. libro 4. Malleolus palmipedalis, qui habet longitudinem pedis unius & palmi. Item præsidarij malleoli, qui quasi ipsius uitis præsidio, & ad uitis tutelam relinquatur, qui etiam custodes & subsidiarij, atq; adeo fructuarij dicti sunt. Ita quoq; & trigemmes & bigemmæ palmites atq; eiiã steriles dicti, quod execti duas uel tres gemmas ostenderent, uel positi sterilescerent, neq; fructum afferrent.

u. 3. Furuna

Furunculus est palme iuxta alium palmitē (qui custos dicitur) enatus.

Mergus in uite dicitur palme, qui supra terram incuruatur iuxta suum adminiculum, à mergendo nominatus.

Nepotes sunt palmites, qui postea nascuntur translatione sumpta ab hominibus, eorūq; sobole.

Dracones in uitibus dicuntur à Plinio palmites, emeriti, pluribusq; annis indurati, unde rasilem draconem uocat, cum præcisus, quàm maxima amplitudinē, tribus partibus longitudinis de raso cortice, quatenus obruatur, sulco deprimatur. Iuniculus idem in uite, quod draco.

Traduces in uitibus dicuntur palmites uel malleoli, qui aliunde detracti ac propagati sunt. Vel ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit, quos traduces quidā rumpos uocant. Inde traducem bimum, qui duorum annorum est dicimus.

Viuiradix planta, quæ cum radice scribitur, quasi uiuam radicem habens.

Suffragines dicuntur uitis soboles, quæ suffringuntur & exputantur, uel ad gericulum confringuntur, ut alio transferri possent.

Propago dicitur uitis uetula depressa, atq; in terrā per inflexos arcus submersa, ut ex una plu-

res emer-

res emergant. Inde propagare uerbum est uitam uetulam suppressere ac prosternere in terram, ut multam sobolem faciat.

Virgæ sunt, quas uitis ex radicibus. aut caudicis lateribus ciet. Etiam soboles appellatæ.

Viticulæ ipsa flagella appellantur, quæ uitis modo reptantia, longè lateq; uagantur.

Tori, Callosa illa & prominens ueluti pulpa appellatur, quæ ut hominibus muscoli, ita etiam uitibus uires ac robur præbet.

VITIVM DIFFE-

rentiæ.

Vitex è uinciendo dictus. Et frutex est nõ multum à salice, uitilium usu distans, foliorum quoq; aspectu, nisi odore gratior esset.

Vitilia uocantur quæcunq; lenta & flexilia sunt, ut os ad uimina tum uitium, tum aliarum rerum uti possimus. Græci eum fruticem agnon uocant, id est, castum, quod eius semen potum, aut eius folia substrata conseruent castitatem.

Vitis syluestris satiuæ congener, latinis **labrusca**. Græcis **ampelos agria**. Diosco. lib. 5. Item **uites insanæ** dicuntur & **trifera** à Plinio, quoniam in his alia maturescunt alia, turgescunt, alia florent.

Dicimus cōstituere uineas, uel instituere. Col. lib. 3. Conserere, ponere, & disponere uineas: Vnde positio seminum dicta, pro facere plantas. Semina deprimere in regeſto. Regeſtum appetlat, terram è ſulcis egeſtam, cum ager bipalio mouetur, et ita egeritur humus, ut ſolum tumidiuſ ap-
pareat.

Paſtinatio cum ipſa ſemina ſcrobibus demittuntur in regeſto. Paſtinare eſt ſcrobis in agra facere ad deponendas uineas. Paſtinum ferramentum bifurcum eſt, quo ſemina panguntur. Item dicimus uineas ſemitare et limitare, pro diſtinguere. Plin. libro 17. cap. 22. Vineam ordinare paribus interuallis. Columel. lib. 5. cap. 5.

Anſes Verg. extremos uinearum ordines appellauit, hoc eſt, ab anteſtando. Quidam eminentiores lapides qui interponuntur ad materiã ſuſtinentandam interpretantur. Ordinaria inde uitis.

Limitare uineas decumano, eſt ſemitis uel decumanis diſtinguere, hoc eſt, ita limitare, ut ab ortu ad occaſum tendant. Limes enim ſecans agrũ ab ortu ad occaſum Latinis decumanus dicitur.

Quemadmodum eidem latinis cardo appellatur, limes

limes per agrum currens à septentrione ad meridiem. Decussare uineas, est in stellam deformare & ducere et facere ut, ordines uitiū literæ græcæ figuram referant ad ornatum.

Vineam frequentare nouellam & anniculā, cū multis malleolis, qui præfidiarij uocantur propagatis, fit frequentior, ut altero anno plures ostendat propaggines. Vineam fodere, cum prima cultura uineæ datur, unde omnes orationes uinearum fossuræ dici possunt. Var. lib. 1. cap. 31. Vineas nouellas fodere, aut arare, postea occare oportet. Est occare ab occidendo deductum, nempe cum agricolæ glebas confringunt secunda aratione, ita comminuunt, ut eas occidere uideantur, puluerationem uocat Col. lib. 11. cap. 2. Puluerare Plinio est puluerem ex glebis super ipsis uuis excitare, ut deinde maturescant. Inde puluerem excitare. Collumella. Vites post meridiem fodito, pulueremq; excitato. Eares & à sole & à nebula maximè uuam defendet.

Repastinare est iterum uitem pastinare, nempe cum refoditur, & Repastinatio, pro secunda aratione ponitur.

Foderetertiā fossuram, quod nos iterare dici mus. Vide Col. li. 3. cap. 13.

124 Joz. 10. 100
124 Joz. 10. 100
124 Joz. 10. 100
 Vitē mergis propagare, cum eam iuxta suū
 adminiculum incuruant, ac sic producitur uitis ad
 uacantē palum. Supplantare. Col. lib. 4. cap. 7. pro
 explantare, deluxare, & prosternere. Plinius di-
 xit uuas supplantat, pro lēdit, conuellit, ac delum-
 bat. Vineam sternere factis sulcis, ut renouella-
 ri possit. Et prosternere in terram uineas. Et pro-
 strata uinea. Submittere propaginē, uel Pampiniū
 uitis pro eodem. Col. lib. 4. cap. 7. Vineas putare,
 est sarmenta inutilia, uetera malè nata, contorta,
 falce uinitoria præcidere. Et attendere & interra-
 dere Plinius dixit, uel incidere pro putare. Expu-
 tare uitem, cum materia ferro coërcetur, ad secun-
 dam, interdum usq; ad tertiam gemmam, quò robu-
 stiores palmites agat, quod & infecare dicitur, &
 amputare.

Ablaqueare uitem, est circumfodere. Vi-
 tem resecare, uel procidere, est radicū summas par-
 tes resecare, Stercorare, inferere, adæquare, ado-
 bruere, aggerare, & propagare. Vineam pampi-
 nare, est pampinos superfluos ex uinea detrahere,
 posteaquàm fronduit. Vitē pampinis spoliare pro
 eodem. Col. lib. 1. ca. 2. Vineam adumbrare, est cum
 aduectis frondibus & stramentis propter æstū um-
 bram facere uuis, Tegetes et tegeticulas Varro uo-

at. Vitem renouellare pro refodere, reparare, & iterum nouum facere.

Frondes ponere uinea dicitur, cū ante pampinationē frondescit, & ramos ac brachia sursum attollit. Vineam progemmare, uel gemmare dicimus, cum gemmas producit. Pubescere, cum primā maturitatem assequitur. Retorrescere, quando nō profilit, neq; adolescit legitimo incremento. Vitem repullascere dicimus, cum resurgit et subnascitur, ac ex nouellis pullulis, palmitibusq; exit. Col. li. 4. cap. 24. Etiā dicitur repubescere, cum in pristinā pubertatē, iuuentutisq; florem reuertitur. Col. li. 2. cap. 1. Vitem adminiculare, est adminiculis, hoc est, statuminibus & pedamentis fulcire. Pli. li. 14. cap. 1. Vineas palare est, palis fulcire, adiungere & stabilire.

Palus lignum est altera parte acutū, quod in terram defigitur ad aliquid sustinendum.

Vites alligare, uel nodare. Cato cap. 32. Vire & uincire. Item uites statuminare est, idē quod pedare. Pli. lib. 17 cap. 22. Impedare uites, & pedare quod est sustentaculū uiti addere, ex quo uineæ pedatæ dictæ sunt. Vallare pro eodem uites iugare, cum perticis tum rectis, tum etiam transuersis alligatæ sursum ascendunt.

Pedamenta dicuntur, quibus stat recta vinea, hoc est, quibus ueluti pedibus nititur. Etiam pedamina dicuntur. Quæ transuersa iunguntur, iuga appellantur: unde uineæ etiam iugatæ dicuntur. In gationis species duæ sunt, una directæ, altera cõplata in longitudinem & latitudinem iugata.

Cantherius dicitur ordo uineæ simplicis iugo porrectæ. Col. lib. 4. cap. 28. Inde uitis cantheriata.

Pedamentum robustum est, quod optimum solet afferri ex quercu & iunipero. **Ridica** etiam appellatur. Est autem pedamenti genus fissile, sed tamen firmum.

Rumpotinae arbores dictæ, nempe à quarum tabulatis traduces uitiû ad alios traduces alligantur: etiam rumpotineta dicuntur.

Statumina à statu arborum uel uinearû nomen habent, quod pedamentorum & statuminû beneficio, uites, quæ per se alioqui stare nequeût, sursum erigantur, pro ut crescendo statû accipiunt rami. **Vitruuius** aut statumina et statuminationes pro pauimentorû solidationibus, et statuminare pro manire & solidare posuit.

Tignû. Omne quod ad surrigendas, fulciendas, & statuminandas uineas necesse est.

Vallus

Vallus firmior palus appellatur, cui alligatur ipsa uitis, unde uallare pro fulcire uites & sustinere.

Instrumenta quibus uinea foditur, ac colitur.

Bipalium instrumentum est, quo primū terra subigebatur & subuertebatur. Dictum bipalium, quod utrunq; patulum esset, & ab utroq; latere palæ uitæ præberet.

Pala utebantur in cultura agri ad uertendum solum, dicta pala à pangendo.

Pangere est figere, unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. Pli. lib. 18.

Bidens instrumentū ad uineæ fossurā aptum à duobus dentibus appellatū. Horat. Vnde bidentis amans, & culti uillicus horti.

Pastinum uinitoriū instrumentum est, quo pangebantur semina, & scrobibus demittebantur.

Ligo ad ablaqueationem utilis, uel ad refoffionem & radicum detectionem. Dicitur, quod circa ipsas radices ligetur & implicetur: uel à legendo, quod eò facilius legatur, quod sub terra est propter latitudinem.

Merga instrumentū, quo semina in propagatione

tionem mergebantur. Plau. Palas sibi uendundas, & mergas datas, ut hortum fodiat.

Marra instrumentum est ad excidendas herbas inutiles, in uineis sua sponte succrescentes.

Sarculum à sarriendo dictum, & tam hortis quàm uineis purgandis utile instrumentum. Inde rastellum. Col. Medica obruitur non aratro, sed ligneis rastellis.

Rutrum instrumentum, quo cuertitur terra, diruuntur uel eruuntur inutiles radices, cõplana tur solum. Cato. cap. 2. Et rutellum.

Serrula instrumentum est ad defecandas, & deturbandas radices post ablaqueationem, dum uitium radices inutiles expurgabantur.

Falx uineatica instrumentum, quo uinitores putabant uites, & arida ac uetera in sarmentis amputabant. Col. lib. 4. cap. 25.

Runca, uel rücina sunt quædã ueluti ferræ, uel ferrule apud antiquos, quibus & segetes & materias arborum defecabant.

Dolabra acuta utebantur antiqui ad abradendum, ubi falce uinitoria amputare nõ poterat sarmenta propter duritiã. Inde dolobella. Col. Semper circa crus dolobella dimouenda terra est.

Scirpicula falx dicta est, qua rustici utebantur

tur ad uites alligandas. Scirpare enim antiq̄s ligare est, à scirpis, id est, iuncis, quibus utebantur ad uineas alligandas.

Terebra ueteres utebantur ad inserendas uineas. Col. lib. 14 cap. 29.

De uuarum generibus.

VVa græcis staphyle dicta. Qui autem ueluti baculus uuā in sarmēto sustinet scipio appellatur. Vuā pro uite posuit Verg. Et turpes auibus prædā fert uua racemos. Sumitur & uua pro apū examine cōgregato, qd' in ipso alueo ad uua similitudinem dependent, uel etiam super odoratis arboribus. Appellatur quoq; uua in hominis corpore, siue uuula, quæ inter tonsillas ultimo palato dependet, sub qua est minor lingua, quæ dicitur epiglottis.

Racemus pro uua accipitur, neq; tantū uitis est, sed etiā hædera & aliarum herbarū, aut fruticū uuas quasdam producentiū. Hinc racemosus, et racematus adiectiua. Racem. trij itē malleoli sunt pampini. Col. li. 3 cap. 18, infœcundi & minus feraces. Inde racematio, racemorum uindemia. Pro racemo latini botryonē dixere. Est et botryon medicamentū Pli. li. 28, quod ex racemis uinearū componebatur. Etiam est fructicosa herba, luteis ramulis.

Acinus,

Acinus, siue acinum, id in uua dicitur, quod uulgus granū appellat. Col. lib. 12 cap. 43. rugosa acina dicit. Hinc acinaceus, quod ex acinis fit, & acinosum qd' multos habet acinos, & acinosa uua. Acini quatuor partibus cōstant, carne, humore (qui uinosus est) nucleo, membroso cute, qua conteguntur, quam folliculum Varro dicit.

Scapus ramosum id appellat Varro, quo ipsi acini in uua dependent.

Vinacei pes, pro acini pediculo. Col. lib. 12 cap. 43. Acinus pro herba etiā ponitur ocimastro.

Vua oenanthe dicitur labrusca, quam uites syluestres ferunt. **Vua apiana**, græcis slica, alij muscatellam uocant ab apibus, quas muscas uulgo dicimus. **Vua passa**, arida, græcis astaphis, à patiendo dicta. Plinius lib. 23. **Vua semiuieta**, uel semicaduca, quæ præ nimia maturitate periclitatur, Columella libro decimo capite decimosexto. **Vua conditana**, uel conditanea, quæ uel in ollis, uel in sappa, uel in dolia uinaceorum plena, uel in palea, uel in piscinam picatis amphoris, uel in marinam aquam feruentem, uel muriam permisto uino mersa, et deinde super hordeaceis paleis expansa, feruatur. **Vua pēsilis**, dicta quæ ad diurnitatem de solario suspēdebatur, uel etiā tabulatis, ad escā.

Vua miscellana, uel miscella, quæ mixtum saporem habet inter dulcem & austerum. Miscellæ uites, quæ in quouis agro positæ, optimè proueniūt. Vua præciæ, dictæ, quæ ante alias maturescunt. Vua præcoquæ. Columel. lib. 12 cap. 37. Vua acerba, uel peracerba, dicitur priusquàm maturescat. Vua leporaria uel lageos, quod ea plurimum delectentur lepores. uua briffa, cum pedibus calcatur ad exprimendum uinum. Vua serotina, siue corda, quæ sero maturescit, qua etiàm ratione scænum cordum, & frumenta corda Catoni dicuntur. Vua duracina, quæ acinos fert folliculi durioris, quàm aliæ. Vua bumastos, quæ crassa est, & oblonga in mamme bubulæ similitudinem. Vua dactilæ ab acinorum forma dictæ, quemadmodum bruna dactylina, quod prælongis acinis porrecta digitalem quandam longitudinem referrent. Vua heluolæ, quod inter purpureas, nigrasq; insignes essent, medio sæpius uariante, & ob id uariante dictæ. Heluolus color inter rufum & album medius, unde heluolum uinum. Vua uariari dicitur, cum colorem accipit, & iam incipit maturescere. Vua lanata à lanugine. Vua taminia syluestris generis est, dicta quod tam mira sit, quàm est ninium. Vua agigartos, quæ sine interioribus seminibus

uel

uel grauis, aut uinaceis, qui in acinis continentur, arte nascitur. Vua uenūcula, uel uenicula, aut uenuecula antiquis uua ollaris dicebatur. A patria quoq; multæ uuarum species nomē acceperunt. Hinc rho dia, lybica &c.

Vindemia, à uino demendo, hoc est, colligendo dicta. Verg. Non eadem arboribus pendet uindemia nostris. Vnde uindemiam facere, colligere, uel celebrare. Hinc uindemiare & uindemiator: Et uindemitor pro eo qui uinum uel uuas legit. Cato Legulum appellat. Vindemiator pro sydere à Plinio ponitur. Vindemiam & uindemiolam pro collectione, & compilatione multarū rerum & fructu, quem ex nostris studijs, uelut ex uinca quadam secunda, decerpimus. Cic. Vindemiolas meas eò reseruo. Vindemiæ maturæ congnoſcendæ rationem apud Palladium inuenies.

Instrumenta & uasa ad uindemiam & uinum faciendum.

COrbulæ cistæ erant uimineæ, siue instrumenta & uasa, in quibus uua atq; etiã oliuæ dum legebantur, à uindemiatoribus reponi solebāt. Varro lib. 1. de re Rust.

Canistri salignis uirgulis fiebant, etiã frumenta

frumenta canistris legebantur olim.

Scirpiculum pro canistro & corbula.
Col. lib. 10.

Fiscinæ uel fiscellæ pro uasis prædictis tum ad uindemiam colligendâ, tum etiam ad fructus arborû reponendos, dum excerpuntur. Verg. Et facilis rubra texatur fiscina uirga.

Qualis, uel qualum vimineû uas erat, sed spissis admodum uirgis, & multum duris, neq; iucis contextum, quod prælo supponebatur, uel iu ipsi cuppis, dum calcabantur uua, ne crassior acinorum materia, & sex ipsa cum puriore uini liquore deflueret.

Cola, instrumenta erant ad defecandum uinû & colandum apta, uel dum diffundebantur, uel posteaquàm expressum erat.

Bennæ uehicularia sunt ad conuehendas uuas è uineis in præla, siue etiam oleas & fructus quosuis. Vnde antiquitus combennones appellati, in eadem benna sedentes.

Dolia uasa sunt grandia, quibus uinum reconditur. Varro. Contrudatur in dolia plena uina ceorum, hoc est acinorum, & seminû quæ in uuarum granis continetur. Calpar hoc genus uasis dictum prius Dolium sesquiculare. Col. triginta amphorarum.

phorarum dolium appellat, & uentrosa dolia olea
riaq; & picata, id est, pice illita.

Culeus uas uinarium. Col. lib. 3. cap. 3.

Cadus uas uinariū est, amphoras duas &
bessēm capiēs: fuit autē Cadi forma apud antiquos
turbinaria, ut apparet Plinio, id est, cono & stro
bylo & nuci pineæ similis.

Amphora uinarium, & aquariū uas fuit
apud antiquos. Amphoræ forma tessararia fuit, et
in ceruicem gracilescens.

Dolia uincere et alligare. Cat. Dolia plūbo uin
cito. Dolia ablucere, eluere, et cōmundare dicimus.
Col. li. 12. ca. 8. Vide de ratione picandorū doliōrū.

Radula instrumentū à pice ueteri abraderi
da dictum. Col. lib. 12. cap. 18. Vnde radulana pix.

Cuppæ torcularia uasa. Cato. cap. 21.

Lacus inter paulò minora uasa numeratur.
nempe in quibus uinum ex uineis super bennis ad
fertur, atq; ij quidem lacus uinarij dicuntur. Ap
pellantur & labra lignea, quibus uindemiæ apud
nos importatur, quibus etiā in balneis utimur. Sunt
& lacus torcularij, in quos uinū ex torculari deflu
it, & è quibus exhauritur, ut alio transferatur. Va
sa autē ea, in quibus transferebatur uinū & è lacu
bus demittebatur, aut alio cōportabatur. Colu. Ap
pellat fora, à ferendo, quod à duobus deferrentur.

Tinna est instrumentum uinarium.

Cortinæ, uas rotundū ex ære, tres pedes altum, quo utebantur ueteres ad defrutum conueniendum, in cortibus uillaticis, ut inde uinum diffunderent & inueterarent. Col. lib. 1. cap. 6. Eadem defrutaria uasta dicuntur.

Cortinale locus, in quo cortinæ sunt ad coquendum defrutum.

Falculæ instrumenta, quibus uuæ eximebantur è uitibus.

Vngues ferreæ, quibus quæ arbutiæ erant, uuæ demebantur.

TORCULAR machina est, quæ præmēdis ac torquēdis uuis apta & cōmoda est, ut deinceps uinū eliciamus post primā tamen calcationem, quæ pedibus in cuppa fieri solet, unde mustū elicitur.

Præla propriè dicuntur trabes in torculari, quibus uua calcata præmitur. Itē sunt instrumenta præssoria, quibus pennarij, chartarij & librorum impressores utuntur. Pli. lib. 12.

Cochlea in torculari lignum est erectū clauiculatum, id est, spiculatim, & capreolatim strictū per quod medium prælū, striatum, & ipsum trāsectum uertigine sua tollēdo, demittendoq; prælo inuentū est. Vnde & Cochleæ in edificijs dictæ, quæ

scalæ cochlides etiam dicuntur.

SUCULA in torculari, tractatorij generis machina, constat ex tereti ligno, duobus aut pluribus ueclibus traiecto, utrūq; æqua extantibus longitudine. Hic dum uersatur, funis qui ductarius appellatur, circum ea obuoluitur, præla sursum ac deorsum abducens.

UECTES baculi sunt ualidi, per mediã machinam traiecti, quibus manu ductis, machina dũ uersatur, funẽ ductariũ aduoluit. Inde uectarij dicti, quæ uectes intorculari uersantur, sucula manu ducunt.

TROCHLEA totam illam machinationẽ significat, quæ continet axiculum per rotulam traiectam in torcularibus antiquis, circa quem rotula uersatur, & præterea ductariũ funẽ continet, qui circa orbiculũ æneum currit, qualem in puteis uidemus.

LINGULA lignum uel lapis concavus dicitur, è quo uinum in locum defluit. Colatorium nonnulli appellarunt.

TRAPETUM est area ipsa lignis compacta, circa quam uertitur ac circumagitur mola in torculari oleario, uel ipsa rota in uinario.

VINORUM GENERA.

Vinum à ui deducitur, quod uim menti inferat. Oui. Et uerus in uinis, ignis in igne fuit.

Antiquis

Antiquis autē temetū appellabatur. Pli. li. 14. ca. 13. Vnde temulētia. Oenos græce dicitur, unde Oenophori, pueri ministratorij appellati. Poëtæ etiam πῆλον uocant uinū, quasi uibrare mentē faciat.

Omphacium succus est acerbæ uuæ, qui potissimum ex pergulanis uuis apud nostrates exprimitur, uel ab ijs, quæ post factas uindemias immaturæ inueniuntur.

Vini sapes quatuor præcipui, dulcis qui & mustæus: tener, qui & lenis: asper qui & durus & austerus dicitur. Vinum infirmi saporis, quod sapore diu non retinet, neq; perenne est. Dulce uinum. Pli. lib. 14. cap. 9. cum sponte defluit antequā carentur uuæ. Protropon Pollux uocat. Submustū potes uocare, ut Plautus submerum. Vinū tenerum cum pubescit & suauius iam efficitur, cui contrarium est asperum. Celsus austerū. Pli. toruum dixit pro aspero. Molle uinū, pro delicato & leni sumitur. Verg. Tunc agni pingues, tunc & molissimā uina, hoc est, asperitate carentia & defecata.

Vinorum notæ à bonitate sumuntur. Vnde primæ notæ uinū dicitur, quod est generosissimū, & secundæ, tertiæ, id est, secundæ & tertiæ bonitatis ac loci inter excellentia, atq; ita gradatim prout bonitate præstant.

Vinum bonum & odoratum. Var. cap. 9.
 dere Rust. Ab essentia & cōsistentia uina nomen
 habent: ut uinum tenue, quod tenuis est substantiæ,
 & celerrimè inueteratur. Vinū lene, fugiens quod
 cito fugit, & in uitium inclinat. Inde uillum. Vinum
 cedens annis, consistens. Off. 3. Fernum, crassum,
 uehemens, forte, pro generoso & potenti: uinū ma-
 gnæ uetustatis & perenne, uinum uetustatem pa-
 tiens, uinum euanesens, uinum uestutate dentu-
 lum, inueteratum, uetulum, uinum paucorum an-
 norum.

A colore uina dicuntur, alia alba; alia ni-
 gra, alia purpurea, alia rubella. Rubellū dicitur
 quod mediū est inter atrum & album. Fuscum est
 subnigrū. Medium uinum à media ætate uini deda-
 ctum, quod cum dulce non sit, neq; austerū mediā
 tamen consistentiā inter utrunq; habet, & rubellū
 plerunq; apparet. Vinū pendēs, quod in uinea pen-
 det, contrariū illius: Vinū in dolijs, uel doliare. Vi-
 num factū, cum in dolijs conditū est. Feruere uinum
 in dolijs dicitur, posteaq; iam conditum est. Vinum
 deinde quietum. Vinum elutriare, hoc est, trans-
 fundere de uase in uas. Pli. li. 14. Vinum promere
 & nutrire Col. dixit lib. 12. cap. 4. Præliganeum
 uinum, quod uel præmaturū est, uel præ omnibus
 legitur

legitur & uindemiatur, quod etiã præciũ à Verg. dicitur. Et præliganeũ appellatur, id quod ad operarios ex miscellis uuis præmitur. Pli. uocat operarium uinum. Nouellum uinum, seu nouitium, cuius contrarium est uetus. Resinatum uinum & picatũ, quod picem uel resinam sua sponte respit. Vinum proticum, quod primum exprimitur, & in lacum ex torculario defluit. Mustum lixiuum. Col. lib. 12. ca. 27 appellat, hoc est, antequã prælo præsum sit, quod in lacu defluxerit, tollito. Vinum tortiuũ, quia prælo concusso, torquentur uue. Cat. 23. Col. li. 12 cap. 37. Varro circũcisitia uocat cum calcatis à prælo uuis, scapium folliculis prælo iterum subijciuntur, hoc est, ubi desijt fluere circumcisis extremis. Vinum fecatum, quod ex fecibus acinorũ expressum est. Feces uini Col. uocat floces, unde flocipendere uerbum. In oliuis autem fraces dicuntur. Græci trigona uocant. Secundaria omnia uina, Græci deuterias appellarunt. Vnde passum secundarium. Pli. lib. 14 cap. 10. Latini loream, siue loram deuteriam uocant. Varro. Expressi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur, ea uocatur lora, quod sunt lota acina, ac pro uino operarijs hyeme. Vulp. acinaccum uinum, Plinius operarium dicunt.

Posca dicitur, uinū quod iam acuerit, & acetī nomē habet, aqua maceratum & cōmixtum, Græci Oxycraton uocarunt. Plin. lib. 30.

Vinum hornotinū siue annotinū, quod unius anni est. Vnde hornotinæ plantæ, nuces, pro uiridibus. Et hornæ fruges. Ita quoq; bimum & trimum uinum dicimus, quod duorū aut trium annorū est. Vinum acratophoron, non mixtum & purū. Turbulentum et fecatū uinum dicitur, cui uel per trāslationem ex loco in locum, uel commotionē aut tonitrua, & calores immodicos sex est permixta, ut iam amplius non sit lympidum. Dilutum uinum dicitur aqua temperatū, nempe cum generosum & uehemens est, ne caput feriat. Vinum præfaminiū, quod cum præfationibus accipitur Cato. cap. 141. Vinum passum, cum decoquitur mustum. Passum secundarium, qd' secundo fit, nempe post tustas uuas & expressas, dum tantundem aquæ puteanæ adijcimus, quantum extrahimus.

Defrutum est uinum ad dimidiam mensuræ partem coctum, à deferuendo dictum, quia ubi ad spissitudinem fortiter distumauit, conficitur. Hinc defrutare, defrutum conficere: & defrutarium, locus, in quo defrutum coquitur: & defrutaria uasa, coquendo defruto idonea, et cella defrutaria, in qua
defru-

defrutum deponitur. Columella lib. 2 cap. 23.

Vinum *siræum*, quod alij *hepsema*, Latini *sapam* appellant, ingenij, non naturæ opus est, nepe cum mustum ad tertiam usq; partē mensuræ decoquitur. Mellacum etiam dicitur. Calenum uinum, cum ad partes è tribus duas mustum redigitur, hoc est, cum ex tribus partibus, perdita tertia, duæ remanserunt.

Murrhina, uinum erat dulce, laudatum, et aromatibus conditum, atq; odoratum. Et Murinulū uel murinula dicitur, alij myratū, à myro, quod est odoriamentum. Vinum *aigleuces*, hoc est, semper mustū. Vina dulcia, bellaria, sunt Liberi patris. Vinum *parachyton*, uel *diachyton*, fit uuis in sole siccatis, loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedibus à terra altè, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Vinum *melitytes*, uel *melitydes*. Pli. lib. 14. cap. 9. Vinum *mulsum* Græcis *oenome* li dicitur, hoc est, mellitum. Inde *mulsa aqua*, græcis *melicrator* dicitur. Ex musto fit *mulsum*, quod græci *nectar* uocant. Item uinum *adynamon hypocraticum*. Vinum *opianicum*, ab Opio, qui primus uineas bene colere docuit. Vinum *opimianū*, ab opimio, qui primus uinū diutissime seruare docuit, sic uinum *Anitianum* ab Anitio. Vinum *diffusum*, nos

transuasatum dicere possumus. Cic. 2. de Fimb. Vinum uernaculum, uinum autoceras, quod est exile, & quod dilui non debeat. Vinum ananthium fit è la-brasca.

Vini uitia.

A cetum aqua mixtum Græci oxycraton, Latini poscā uocant, uel puscā, alij phuscā. Acetum mulsum, Græce opymeli dicitur. Acetum scyllinum, siue scylliticum, quod in eo temperata scylla, fieri solet ad medicinam.

Vappa uinum id dicitur, quod odorem saporēque amisit. Plin. lib. 14. Probrosum etiam uocabulum est, in eos, quibus à uirili degenerauit animus.

Mucidum uinum est quod euauit & mucorem resipit. Plin. lib. 14. Et mucor peculiare uini uitium est.

Vina quæ tum à regionibus tum ab urbibus, & solo, in quo optima proueniunt, nomina traxerunt.

Falernum uinum, uel phalerynum. Dicta à Falerno Capanis agro, in quo uitiferi colles assurgunt optima uina producetes. Quæ summis collibus proueniunt, Gaurana: quæ medijs, faustina: quæ imis, falerna. Statim falerno simile est. Itē uenafranum, præ

non

non, egosthene, ab oppido, Carystiū à uilla. Vinum
 achaicū, phliasium, albanū à monte. Buxentiū. Cæ
 cubum à Cæcubis Cāpaniæ populis. Signinum à Si
 gninis populis. Col. li. cap. 6. Surrentinum uinum à
 Surrento oppido.

Rhegina, pinguis, celerius ad bibendum utilia.

Priuernna, tenuia.

Formiana, paulò crassiora.

Tiburtina, tenuia, à decimo anno bibebantur.

Prænestina, pinguis.

Gaurana, præstantia, ualida & præcrassa.

Marsica, austera.

Vluana, leuia decimoquinto anno poculenta.

Caliena, salernis præferebatur ad stomachum.

Fundana, plus iusto alebant, parciora conuiujs.

Sabina, omnibus lenitate præponebantur.

Nomentana, nec leuia, nec admodum suauia.

Spoletina, suauia, coloris aurei.

Caulina, omnibus prælata, circa Capuā crescunt.

Trebellica, circa Neapolim crescunt, optima.

Herbula, nigra, non multo post cantida, de
 licata, leuia.

Tarentina, tenera & dulcia, amica stomacho.

Lagaria, non procul à Grumento nascens, sa
 lubritate etiam insignia.

Bene

Beneuentana à Beneuento oppido Italiae dicta, quo in loco infumatum fiebat uinum, quod Capnias à græcis dicitur.

Chia uel Thasia uina, maxime laudata.

Nostratia uina à regionibus, ac prouincijs cognominata.

Allobrogica Vasconica Suesionensia

Rhetica Vindonica Bellouaca

Lusitana Andiana Campana

Gallica Burgundiana Gastinia.

Ab urbibus-

Aureliana Belnensia Isantiana

Biturica Miraualia Grauia

Furdegala Tornutia Gallacia

Rupellana Masconiana Arminacia

Turnonia Neracia Rhemensia

A pagis.

Sangermana Femongiana Medoniana

Fixana Curtonia Fontiniana

Pringeiana Gentilina Arcoliana

Marchiana Vanuiana Itiana

Cosonia Campinia Vissouiana

Milleriana Yuriana Castiniana

Samporciana Viluiliana Atisiana

Derbosiana Susiana.

A Collibus.

Aynia Hardriana Dommartiriana

Risiana Valeriana Mommortiniana.

P R A T V M.



Ratum dictum, quod semper sit pa-
ratum. Var. Si prata irrigua habe-
bis, simulac foenum sustuleris, irri-
gato. Pratum cratire est inducta cra-

te coequare, quod fit in pratis, dum grumos disti-
pamus, ita, ut nec ubi ferramentum foenisecae possit
offendere. Pli. li. 18 cap. 28. Prata cadere, uel seca-
re. Pli. 8 cap. 128. Pratum scilire Pli. Prata quoties
secta sunt scilire oportet, hoc est, quod foenisecae pra-
tereunt, secare. Pratum renouare uel restituere. Pli. li.
18. cap. 28. Inde pratense, quod est ex prato. Col. li. 7.

Foenum est herba arida, quae ex prato per-
cipitur. Col. de re Rust. 2. Cordum, quod serotina fo-
tura natum est, ut cordum foenum, quod autumnis se-
catur. Pli. 18. cap. 28. Appellatur etiam frumenta
corda, quae sero maturescunt. Et cordi agni, uocan-
tur serotini, qui post tempus debitum nascuntur.
Plin. lib. 8. Foenum secare, uel demetere. Plin. li. 18.
Inde foenifex, uel foenifeca, qui uel quae foenum se-
cat.

cat. Var. Quæ scænesecæ præterierunt. Fœnifecitiã dicitur, fœni sectio, & ueluti messis fœni, uel tempus, in quo fœnum secatur. Col. lib. 2 de re Rust. Fœnum furculis uersare. Var. Fœnum secari falci bus debet, & quò perarescat, furcillis uersari. Fœnum colligere. Col. li. 2 construere. Pli. 18 cap. 28. Fœnũ in striã coartare. Col. 2. Stria est canalicula et sulcus quidã, quo quoddã columnarũ excauatur. Vitr. 3. A stria fit striare. Et striare uidetur boues cũ peracto, aut nõ peracto priore uersu alius initur Pro polire, uelleuigare, Pli. posuit. Et cõchæ striata, pro strijs distinctæ. Et striatæ uestes, quæ diurno cinctu strias contraxerunt, quas postea in diuersum contrahere uix possunt. Dicimus etiam fœnũ in manipulos colligere. Col. 2. ca. 19. Fœni metas facere. Col. li. 2 ca. 19. Meta est cõgeries, seu strues in acutum tendens, ut turbo inuersus. Fœnum in metas extruere. Fœnum sub tectum congerere. Col. 2. Fœnum in tabulata cõponere. Col. Ferijs ritus maiorum etiam permittit prata sicilire, & fœnũ in tabulata componere. Fanile, locus est, in quo fœnum seruatur. Col. 1 cap. 6.

Nemus dicitur, quod uoluptatis causa comparatum est, & in quo greges atq; armenta depasci soleant. Cic. ad Att. 15.

Sylua,

Sylua, appellatur, quæ cædua est, id est, quæ in eũ usum habetur, ut ex ea materia cædatur, siue ad comburendũ, siue ad ædificandũ. Cic de Orat. Syluam de herbis, dixit Verg. Subit aspera sylua, lappæq; tribuliq;. Translatè, pro abundanti materia, uel argumento uberiore. Aut pro eo quod extempore scribitur uelocissimè, estq; uelut prima materia. Cic. Sylua rerum, ac sententiarum cõparanda est. Inde syluestris quod est syluæ. Cic. Locis delectatur montuosis & syluestribus. Translatè. Cic. in Bruto. Syluaticus, quod est syluæ, et quod ad syluam pertinet. Var. Falces uineaticæ opus sunt sex, syluaticæ quinq;, arboreæ tres, rusticariæ decẽ. Et syluescere, est in syluã redigi, aut infructuosas arbores, sarmenta q; fieri. Col. Ne patere uitẽ superfluis frondibus luxuriantem syluescere.

Cœlestis rei dictiones.



Cœlum aut à cælo, id est, sculpo, eo qd' sit cælatũ, hoc est, scyderibus sculptũ: aut à cauo. (Κοιλου enim cauiũ dicunt) dici uolunt. Cœlum pro orbe signifero. Cic. Summus ille cœli stelliferi cursus. Pro ære. Cic. Vestigal cœlo, ac loco calamitosum. Cœli grauitas uel loci, pro malo ære. Cic. Corpore uix sustineo grauitatem cœli illius.

Et

Et coeliū discedere dicitur, cum in coelo apparet, quidā uelut hiatus insolito fulgore, splendoreq; circumlucens; uel cum coelum diuidi uidetur. Cic. de diuinat. 1. E coelo lapsus, uel delapsus, in homines eximia & diuina uirtute conuenit, quasi è cœtu deorum in terram missi. Cic. ad. Q. Frat. 1. Inde coelites pro dijs, qui in coelo sunt. Cic. Ira coelitem infectum malū. Coelestis, quod coeli est, uel quod ad coelum pertinet. Cic. Agnatio nobis est cū coelestibus. Trāslatè. Cic. Res à te gesta est memorabilis & penè coelestis.

Polus, pro coeli quasi cardine ponitur. Cic. Extremusq; adeo duplici de cardine uertex Dicitur esse polus.

Olympus mons est Macedoniae altissimus, & qui propter sublimitatem uidetur cōtingere nubes, et pro coelo ponitur. Verg. Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo.

Sydrus est, idem quod stella, uel signum complurium stellarū, ut aries, taurus &c. Cic. Nocturna coeli forma undiq; syderibus ornata.

Stella est sydrus, uel astrum. Cic. Sunt autē stelle naturae flammæ.

Astrum est stella. Cic. Has igitur ob causas nata sunt astra. Astrologus interpretis est astrorū.

Cic.

Cic. Qui unus ex stoicis astrologorū prædictare iecit. Et astrologiā. **Cic.** In astrologia **Cic.** Sulpitiū audiuius. **Pli.** lib. 2. cap. 6.

Planeta est stella erratica & uaga, latini ab incessu uocant errantia, uel erraticas stellas.

Cometes est stella crinita. **Pli.** Fit & candidus cometes, argenteo crine ita refulgens, ut uix contueri liceat.

Sol est phœbi fax, uel rota feruida. **Cic.** Simul cū sole experrectus sum. **Translatè.** **Cic.** ad Att. 10. Soles pro diebus. **Verg.** Tres adeo incertos cæca caligine soles. **Erramus pelago.** Et pro radijs solaribus. **Horat.** Hybernis obiecta locis specularia pueros. **Admittunt soles.**

Solarium locus est, in quo horæ ad solem conspiciuntur, uerutro umbram faciente, uel pinnula. **Cic.** Quintius non ad solarium, non in campo, nõ in cõuiuijs uersatus est. Est etiã locus in domo superior stratus. **Plaut.** Certe neq; solariū apud nos est, neq; hortus ullus, neq; fenestra nisi clatrata.

Solatus dicitur sole adustus, uel sole correptus, ut syderatus, qui sydere correptus est. **Col.** li. 4. Et solaris, quod est solis, ut radij solares, annus solaris, & solaris herba.

Solstitiū dicitur solis statio, cum sol ultra non

progreditur, sed retro cedere incipit. Col. 9. c. a. 14.

Et solstitialis est ad solstitium pertinens. Tusc. 1.

Luna à lucendo nominata est. Cic. Luna accessu suo, & recessu solis lumen accipit. Et lunaris est ad lunam pertinēs, ut lunaris annus, qui uno mense suū cursum efficit. Cic. Grauiſſimo autē sono mouetur hic lunaris, atq; infimus cursus.

Aether est coeli, & stellarum compago, uel ignea regio. Cic. Ex æthere innumerabiles flāmæ existunt. Inde æthereus. Cic. de Nat. deor. 2.

Aër est coelum, æther, uel spiritus. Cic. Aër spiritu ductus alit, & sustentās animantes. Inde aërius, uel aëreus. Cic. Primū ipse mundus eiusq; omnis ordo, & ornatus: deinceps aërei uolatus, &c.

Pluuiā & alia nonnulla quæ in aëre fieri solent.

Pluuia. Cic. Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica uera sunt. Inde pluuius, a, um. Cic. Tu scis ut aquæ pluuiæ arceantur. Et uer pluuiū, in quo sæpe fit pluuia. Pluuialis idem quod pluuius. Col. li. 10. Pluere, idē est, quod imbrē effluere. Cic. Sanguinē pluuisse, Senatui nūtiatum est. Impluere. Plaut. Atq; ut uetē uerberari, si huic imperabo prope tectū habebō, malū cum impluit, cæteros ne impluat mihi. Impluuiū est quo aqua impluit colle-

ēta de tectō, uel est locus in medio domus relictus ut
 lucē caperēt deorsum. quo impluebat. Plaut. De-
 uolant angues iubati deorsum in impluuiū duo ma-
 ximi. Compluuium est, quo de diuersis tectis aqua
 pluuialis confluit in eundē locum. Compluuius. a,
 um, Varro lib. 1. cap. 13.

Tonare personale uel impersonale est. Ci. Io-
 ue tonāte cū populo agi fās nō est. Inde tonitrus, us
 ui, uel tonitru, uel tonitruū, ui. Cic. de diuinat. 11.

Fulgurare. Trāslatē. Cic. Pericles si tenui
 genere uteretur, nunq̄ ab Aristophane fulgurare,
 tonare, permiscere Græciā dictus eſet. Inde fulgur
 q̄ est flāma inter nubes coruscās, quæ tonitru præ-
 cedere solet. Cic. Quid de fulgurū ui dubitare pos-
 sumus? Pro fulguribus latini ponūt etiam fulgores.
 Fulgurator & fulgurū inspector. Cic. de Fini. 2.
 Fulguralis ad fulgur pertinēs. Cic. de diui. 1. Et ful-
 getrū est, fulgur, uel coruscatio. Plin. 1. cap. 54.

Coruscare de fulgetro dicitur. Cic. Flam-
 ma inter nubes coruscat. Vnde dicitur coruscatio.
 pro fulgure, & coruscus pro fulgurali. Cic. Iace ob-
 secro in te uim coruscā fulminis.

Fulmen est, cum nubium conflictum ardor
 expressus se emiserit. Pli. lib. 2. ca. 49. Inde ful-
 men iacere, uel emittere. Cic. Iupiter multa fulmina

emittit. Et fulmine icere. Ci. Legū era fulminū icēis
liquefacta sunt. Fulmine percutere. Cic. Hęc igitur
nec Iupiter fulmine percussit. Translatè. Tusc. 12.

H O M O.



HO M O appellatur mortalis, ani-
mal scilicet prouidum, sagax, mul-
tiplex, acutum, memor, plenum ra-
tionis, & consilij, humo eam ob rē
excitatum, celsum & erectum; ut deorum cogni-
tionem cœlum intuens capere possit, uel ad deorum
potius diuinitatem accedere, &c. Cic. Homines ho-
minū causa generati sunt: ut ipsi inter se alij alijs
prodesse possint. Laudis exemplū. Cic. Homo pru-
dens & gratus. Vituperij. Cic. Libertum habeo sa-
nè nequam hominē. Homo non semper de uiro dici-
tur, sed interdū de muliere. Fam. 4. Venustior qui-
dā hominis usus. Cic. Homo neq; meo iudicio stultus,
et suo ualde sapiens. Inde quid sit hominis dicimus,
pro quis, uel qualis sit. Cic. Nescio quid sit hominis,
uel nescio quid eius sit. Homo comic & superuacue
additur. Terent. Est quidam parasitus Phormio,
homo confidens. Et: Ita est homo. Terent. Ut homo
est, ita morem geras. Nemo homo. Teren. Nun-
quis hinc me sequitur? nemo homo est. Homo sum.
id est, ea ad quæ me impellit natura imbecillitas se

quor

quor. Terent. *Vah censens hominē me esse? Homo es-
id est, uirtute uirili es.* Plaut. *Frugi es, bene pugna-
sti, homo es.* Inde *homulus.* Cic. in *Piso.* *Homuncio.*
Terent. *Ego homuncio non facerem? & homuncu-
lus.* Tusc. 5.

*Vir aliquādo ad etatē, aliquando ad sexum,
aliquando ad uirtutē refertur, ut sit uir, qui forti et
prestanti aīo est præditus.* Cic. *Vir omnibus rebus
ornatus.* Inde *uirilis, quod est uiri, ut uirile opus, ani-
mus, oratio, uox, &c.* Cic. *Fortis & uirilis oratio.*
Dicimus etiā *uirilis pars, uel pro uirili parte.* Cic.
Plusq̄ *pars uirilis* postulat, oneris suscepti. Et, pro
se quisq; pro *uirili* dicimus. Liu. *Prose quisq; armis
abiectis diffugiūt.* Inde *uiriliter, pro uirili fortitudi-
ne & cōstantia.* Cic. *Aegrotare uiriliter nequeūt.*

Viritim est pro singula capita uirorū. Cic.
Nolim mea bonatibi uiritim diuidere liceat. Ta-
men aliquando de uno dicimus. Curtius. *Si quis ui-
ritim dimicare uellet, prouocauit.*

Mas. Cic. *Sacra maribus non inuisa solū, sed
etiam inaudita.*

*Mulier à mollicie dici uolunt, ut sit mulier
immutata & detracta litera, quasi mollier.* Cic.
*Quod mulier sine tutore autore promiserit, non de-
betur.* *Muliercula.* Cic. *Num suas secum sunt mu-*

lierculus in castra ducturi. In de mulierarius, qui nimum amat mulieres, uel quod mulieris est. Cic. pro Cael. Mulierosus, qui nimum mulieres appetit. Cic. de Fato. Mulierositas, quod est nimius mulierum amor. Tusc. 4. Muliebris, quod ad mulierem pertinet: ut muliebre uestimentum, malitia muliebris. Propriè. Cic. Venustatè muliebrè ducere debemus. Translatè. Cic. Vos etenim iuuenes animū geritis muliebrè. Muliebria in plurali numero ponitur p libidine. Quintil. Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. Et Muliebriter pro effœminato.

Fœmina est mulier, & tā de brutis, quàm de rationis participibus. De brutis. Ci. de leg. 2. De rationis capacibus. Cic. Quos certè scio dignitatis optimarū fœminarū non pœnitere. Inde fœmincus, est ad fœminam pertinens. Cic. Ad Heren. 3.

Effœminare est mollire, uel frangere, ad molliciè scilicet fœmineā redigere. Cic. Nunc quidè cogitationibus mollissimis effœminamur. Et effœminatus. Ci. Furiatis uox nefarijs stupris effœminata.

Persona uarie à latinis ponitur. Modo enim pro homine ipso accipitur, uel pro speciali hominis natura, moribus, uel statu, et nonnunq̄ pro qua sita etiā cōstituta dignitate uel existimatione. Cic. Non obscuris personis res agetur. Idem. Ea remini

scere

scere, que digna tua persona sint. Pro onere, uel quibusdam quasi agendi partibus, munere uel officio, uerba ferè ea habet, que oneri, uel officio attribuuntur. Cic. Illam grauitatis, seueritatisq; personam non appetiui. Imponere. Cic. Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum tuerer. Suscipere. Cic. Possumus petitoris suscipere? Sustinere. Cic. Tres personas unus sustineo, meam, aduersarij, iudicis. Gerere. Cic. Ipsi, quam personam gerere uelimus, à nostra uoluntate proficiscitur. Tenere. de Orat. 2. Tueri. Phil. 8. Deponere. Fam. 7. Personam pro uno ex ijs, qui ad fabulam agendam in scenam producuntur, ut est Simo, Pamphilus &c. Terent. Eas se non negat personis trāstulisse in Eunuchum suam. Itē pro conficta facie, ut, Heredis fletus sub persona risus est. Et pro larua, ut histriones in scenis accipiunt, hoc est, facies serui, aut ancillæ, aut patris. Inde personatus, quod est persona indutus uel tectus. Cic. Cur ego personatus ambulem?

Corpus truncus est totius corporis. Cic. Rarus coitus corpus excitat, frequens soluit. In de dicimus corporis infirmitas, uel imbecillitas. Cic. Tullie meæ morbus, & imbecillitas corporis me examinat. Corpori tempus dare uel seruire. Cic. In de corpori omne tempus datur. Corpus alienare. Cic.

Acastus ea quæ uellē, de alienato corpore tuo nunciabat. *Corpus reuocare.* Fam. 7. *Conformare.* Fam. 16. *Corpus translātē.* Fam. 5. *Corporatus est corpore cōcretus, corpus scilicet habens.* Cic. *Mundus cernitur & tangitur, et est undiq; corporatus. Corporeus est idē, uel corporeū est existēs ex materia atq; substantia corporea. Et ediuerso incorporeum, ut lapis est res corporea, uirtus incorporea. Corporale uero existēs in materia, substantiaq; corporea. Et ediuerso incorporale, ut domus, fundus, mancipium, corporalia sunt, non incorporea. Legatum, hereditas, iura, incorporalia sunt, non incorporea. Corpulentus corporis obesi homo. Plaut. Euge, corpulentior uidere, atq; agilior. Corporatura est magnitudo, uel statura hominis, aut bruti animalis. Col. li. 7. Habilis & modica corporatura pecoris operarij esset debet. Corporatio idem est. Col. lib. 7.*

Corporis humani onomasia alia est exteriorum, alia interiorum, alia similarium, alia instrumentarum. Exteriorū onomasia, ut capitis, colli, thoracis, uentris, pudendorum, artuum.

Caput dicitur tota ea pars, quæ supra colum est. Quo significato dicimus, abscissum esse aliam cuius caput. Vide primum Tomum. Dicimus etiam

elegantè caput tegi, uel aperiri, cū aliquē alloquen-
do, uel prætereundo honoris causa, pileum deponi-
mus, ut depositum reponimus. Cic. Cum mulier fle-
ret uberius, homo misericors ferre nõ potuit, caput
aperuit, in collum inuasit. Capitis partes sunt,
frons, synciput, uertex, occiput, tempora, aures,
facies.

Frons est pars capitis anterior supercilia ex-
cedens pilis uacua, inter utranq; aurem sita. Gel.
lib. 15. cap. 9. Tu annotato frontem animi mo-
tibus sæpe inferuire, uel ipsorum animi motuum ta-
bulam uelut quandam esse, in qua, uel tristitiæ, uel
hilaritatis, uel grauitatis, uel leuitatis signa nota-
mus, atq; obseruamus: unde dicimus, Frontē obdu-
cere, corrugare, contrahere, caperare, explicare,
porrigere, exporrigere. Pli. lib. 11. Inde frons nubi-
la, serena, explicata. Inde etiam prouerbiū: perfri-
ctæ frontis homo, qui pudorē omnem dediticit. Et
effrons de inuerecundo dicitur. Frontalis quod ad
frontem pertinet. Pli. lib. 37. Frontati lapides, qui
utraq; parte parietis faciem certam ostendunt, ex
quibus fiunt quæ uulgo catenæ & crura dicuntur,
quibus totius operis firmitas constat, quæ eam ratio-
nem in ædificio habet, quam ossa in homine Græce
diatori, uel diatoni, Artifices, perpennas appellant.

Synciput pars est supra frontē capillis in-
 tecta quasi semicaput. Pli. 8. cap. 51.

Vertex est media capitis regio synciput ex-
 cedēs: unde prouerbium. A uertice ad calcem. Cic.
 pro Rosc. Comœd. Vertex pro monte. Cic. Celso è
 uertice montis. Sunt item uertices altissimæ cœli par-
 tes, quas etiam polos dicunt. Verg. Hic uertex no-
 bis semper sublimis.

Pilus nomen generale est. Cic. Munitæ sunt
 palpebræ tanquàm uallo pilorum. Prouerbialiter.
 Cic. Egône pilo quidem minuste amabo. Et pili fa-
 cere. Cat. Non faciunt pili cohortem. Pilum præte-
 rea instrumentum, quo quidpiam in mortario teri-
 tur. Plin. lib. 18. Pilare pro pilos emittere. Accius.
 Tum primum pilabant genæ: Pilare pro pilos de-
 trahere. Mart. Quod pectus, quod crura pilas, id
 est, pilis nudas. Pilosus est pilis plenus. Cic. Non co-
 lor iste seruilis, non pilosæ genæ.

Capillus. Terent. Vix me contineo, quin in-
 uiolē in capillū. Capillamentū. Sue. Per ganeas atq;
 adulteria capillamento celatus, & ueste longa no-
 stibus ambularet. Capillatus dicitur, qui longos &
 spissos capillos habet. Cic. Adolescens non minus be-
 ne nummatus, quàm bene capillatus.

Crines à discretiōe dicuntur. Verg. Et crines fla-

uos. Crinitus à crinib. dicitur, ut capillatus à capillis

Villus est pilus. Cic. Quid oves aliud afferūt, nisi ut earum uillis cōfectis, atq; contextis homines uestiantur?

Iubæ sunt crines animalium à colla pendent.

Cic. Huic equus ille iubā quatiens fulgore micanti Summū contigit caput. Et iubatus. Iubatum dicitur id quod iubas habet, ut iubati leones. Et iubati an-gues & dracones, id est, cristati & ceruicibus ere-cti. Cic. ad Heren. 4.

Occiput post uerticē adusq; ceruicē poste-riore parte descendit, quod etiam occipitiū dicitur.

Pl. Quæ in accipitio quoq; habet oculos pessima.

Tempora partē supra aures in utroq; la-tere syncipitis sitā appellamus. Habet caput duo tēpora: Vnū à dextra, alterū à sinistra sic dicta, quia anni in eis cognoscantur. Cic. ad Heren. 4.

Aures in temporum terminis sitæ sunt. La-tini pro aurium sensu sæpe usurpant. Translate. Cic. Auriū sensus fastidiosissimus. Inde hij loquendi modi: Aures erigere, uel arrigere. Ter. Arrige au-res Pamph. Aurē patefacere. Off. 1. Admouere ad aurem, uel aurem admouere. Admouent ad aurem, qui locuturū, uel insusurraturū admittit. Terent. Ad fores suspēso gradu placidē ire perrexi, accessi,
astitis

astiti, animam compressi, aurē admoui. Aurē præbere. Cic. ante exil. Aures dare, uel debere alicui. ad Att. 1. Patere. Fam. 3. Compleri. Cont. Rull. Ad anres peruenire. Cic. pro Syl. Auribus accipere. Phil. 8. Aures calere re aliqua. Cic. in Sall. Aures claudere rei alicui. Cic. de Amic. Auribus æquissimis alicuius uti, id est, libenter, & nō inuito ab aliquo audiri. Fam. 9. Aures peregrinari, auribus dare, uide

de primum Tomum. Auribus lupum tenere dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrū, neque tolerari possit. Inde auricula. Et prouerbiū: Auricula infima mollior. Cic. Q. Fra. lib. 2. Et auritus, qui prælongas habet aures. Verg. Auritosque sequi lepores. Aurium officium est audire, uide primum Tomum.

Facies incipit sub fronte & auribus, desinit ad mentum. Cic. Adfers faciem nouam, nomen uetus, id est, speciem oris. Translatè. Cic. Formam, & tanquam honesti uides.

Faciei partes sunt, Supercilia, palpebræ, oculi, nasus, maxilla, Genæ, maxillæ, os, labra, mentum.

Supercilium ex super & cilio est. Ciliū autē dicitur pellis, que oculos claudit & aperit.

Plin.

Plin. 11. cap. 37. Pro superbia, uel grauitatis, aut seueritatis ostentatione. Cic. Hic uos rugis, supercilioq; decepti.

Palpebrę sunt quę oculos tegunt, scilicet capilli quos homines in genis utrinq; habent. Dicitur à palpando, id est, tremendo: uel à palpando, id est, preten- dendo. Cic. Munitę sunt palpebrę tanquàm uallo pilorum.

Oculus, quasdam partes habet, ut pupilla. Et est pupilla, parua oculi pars, qua continetur uis uidendi, acies scilicet ipsa, qua cernimus. Pli. 28 cap. 6. Oculi uero sunt ipsa lumina, quibus inspicimus atq; circumspicimus. Cic. Ad eum puniendum aliquando oculos aperuisti. Translatè oculos arborum uocamus. Et lumina, pro rebus et personis præstantissimis uel illustrissimis. Cic. de Nat. Deor. 3. Inde ocellus. Translatè. Cic. Cur. ocellos Italiae uillulas meas non uideo? Locutiones ex oculo ductas, in primo Tomo demonstramus.

Oculorum officio uoces sunt propria, aspiciere, inspicere &c. Aspicere est oculos in aliquem conijcere, intueri, uel contueri. Cic. in Catil. Aspectare. Cic. Quid me aspectas? Inde aspectabilis & aspectibile, quod aspectari potest. Cic. Deus animal unū aspectabile, in quo animalia omnia continentur.

tur efficit. Aspectus tã acliue quàm passiuæ signi-
ficacionis est: ut sit uel eius, qui aspicitur, uel eius
qui aspicit. Cic. Copias in conspectũ hostium addu-
 xi. Præclarus uel pulcher ad aspectum. Cic. Res ad
 aspectum pulchra. Sub aspectum uenire, uel cade-
re. Cic. de Orat. 2. Aspectum referre. Cic. de pro.
 Cons. In aspectum proferre. pro Arch. poët. Aspe-
ctum uitare. pro Syll. Aspectu priuare. Fam. 4.

Conspicere Aspectum amittere. Tusc. 1. Conspicere est aspice-
re, uel uidere. Cic. in Catil. Est etiam considerare.
 Cic. Vt conspiciatis eum mentibus uestris, quẽ ocu-
lis non potestis. Conspectus est aspectus, uel præ-
sentia. Fam. 1. Dare in cõspectũ. Cic. Nec sepe de-
 dit in conspectũ corde capidus. Ponere. Cic. de Leg.
cadere, uel uenire. Cic. Casurus ne in conspectum ui-
deatur animus. Conspectũ fugere. Cic. contra Rull.

Inspicere Conspectu priuare. pro Mur. Inspicere aut aspi-
cere, uel cõspicere. Cic. Vt signũ publicũ inspexit,
dixit, etc. aut pro rem penitus cõsiderare, uel cogno-
scere, & obseruatione accurata prosequi, diligen-
ter æstimare, ut faciũt mercatores, agrum, domum,
aut aliud simile empturi. Fam. 9. Illud adhuc præ-
diũ suũ nõ inspexit. Inspector nomẽ est artificij, atq;
etiã muneris et officij: ut sunt ij, qbus res inspiciẽda
mandantur, & æstimandæ, antequàm emantur. In-
spectores

Spectores quoq; erant apud antiquos episcopi hly,
 qui de panificijs & reliquis uenalibus pro potesta
 te cognoscebant: quales sunt apud nos, quos magi-
 stros opificiorum uocant, quibus opifices opificia
 sua, ut approbent, inspicienda dant. Inspectio est co-
gnitio & iudicium. Phil. 2. Circumspicere, est oculis
collustrare. Fam. 5. Circumspectare circumspi-
ciendi frequentatiuum est. Cic. Dubitans, circum-
spectans, hæsitās. Circumspectus, us, ui. Phil. 12. Sus-
picere est in altum suspicere. Cic. Cum coelū suspe-
ximus, cœlestiaq; contēplati sumus. Translatè pro
admirari. Inde Dispicere, prospicere, perspicere.
Prospectare. Cic. Quæ nauis prospectare iam exi-
liū uidetur. Prospectus, us, ui, et est actiua & passi-
ua significationis. ad Att. 14. Spectare pro aspice-
re, ad aliquid uel aliqd. Cic. Altè spectare, et coelū
contueri. Spectatus pro probato & bene cognito.
 Cic. Lacedæmoniorū spectata & nobilitata uirtus.
Spectator, pro eo qui spectat, & pro admiratione
etiam ponitur. Fam. 2. Spectatio. Fam. 7. Spectacu-
lum pro spectatione. Cic. de Nat. Deo. 2. Pro eo qd'
spectatur, ut sunt ludi: unde dicimus, dare, uel præ-
bere spectaculū. Cic. Circuitus solis, et lune specta-
culum hoibus præbēt. Pro loco unde spectatur. Cic.
Magnus ex omnibus spectaculis plausus excicatus
est.

Circum
spicere

#

#

est.

est. Inspectare, est intueri. Cic. Me in spectate saepe eum seducerent. Cernere, uide in primo Tomo. Vi dere. Cic. A porta Exquilina uideo uillā tuā. Visus, us, ui, quod est uidēdi actus, uel quaedā species, quae uisu apprahēditur. Verg. Horrerdū uisu. Intueri à tueri cōponitur, et significat uidere, uel aspicere. Verg. Talia dicentē iam dudū auersa tuetur. Aliquādo pro aspicere, & uel leuiori attentione, qd' uide mur oculis tantum intueri, non adhibita grauiori animi attentione & contemplatione. Cic. Ille terrā intuebatur. Vel cū grauiori attentione, quando pro cōtemplari, animū aduertere, uel obseruare accipitur. Cic. Intuemini paulisper iuuentutem. Aliquan do cum in, uel ad. Tusc. 5. Contueri est aspicere. Cic. **#** Aspicite ipsum, contuemini os. Obtutus est spectatio uel inspectio, uidendi scilicet intenta acies, & cō tortus in aliquid oculorum uisus. Cic. Cum idem obtutus esset amborū oculorū. Speculari est prospicere, sed id maximè ex specula. Specula aut est locus editus & eminens, unde aliquid longe uidere, & speculari possumus, siue sit mons, siue turris, siue quid aliud eminens. Saepē pro uigilia ponitur. Cic. Rex semper in speculis fuit, cū à te esset animo alieno. Speculator est, qui partes speculari subit. Cic. Iste speculator communium miseriarum, Speculatrix.

trix. Cic. Furia dea sunt speculatrices, & uindictas facinorum & sceleris.

Nasus dicitur ea pars faciei, quæ à superciliatorum confinio oriens, & quasi æquali, porrecta iugo utramq; aciem simul & discernit & muniat. De Nat. deor. 2. Pro acrimonia & dicacitate, aliquando accipitur. Vnde prouerbium. Naso suspendere. Id est, uasrè, ac subdole irridere. Horat. Naso suspendis adunco. Et nasutus, qui docte alios nouit irridere. #

Nares sunt nasi foramina, uel latiores nasi partes. Cic. Fasciculum ad nares admouebat.

Mungere uel emungere, est muccum emitte. Cic. Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solet. Emungere alicui oculos. Plaut. in Casin, dixit. Emungere quoq; ponitur pro spoliare. Plaut. Emunctus sum auro. Emunctæ naris dicitur homo facetus & elegans, uel acri & exacto iudicio, quasi purgatis auribus, muccoq; emunctis. Horat. Emunctæ naris, duros componere uersus. Contra obese naris dicuntur, qui sunt stupidiores & ingenio rudiori. Horat. Nec firmo iuueni, neq; naris obese. Nasi officium est olfacere & odorari, unde olfactus & odoratus. Odoratio. Cic. Tactionum & odorationum uoluptates. Odoratus. Cic. Nihil necesse est.

de odoratu & gustatu loqui. Odor est actiue & passiue significationis, sed sæpius passiue, ut sit odor qui percipitur odoratu, ut qui afflatur è floribus, uel ex re alia bonus aut teter. Cic. Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. Translatè. Cic. pro Cluent.

Kaloy
 Malæ partes hæ sunt faciei, quæ bellè coloratis & ingenuis pudore suffusis rubent. Plin. lib. 21. Maxilla à malis ad mentum descendunt, suntq; hæ partes, in quibus fixi sunt dentes. Quamuis etiã de parte exteriori dicuntur, quæ barbam emittit. A maxilla fit maxillaris, id est ad maxillam perti- nens, unde dens maxillaris, qui & molaris dicitur Plin. lib. 33.

Bucca inferior pars malarum. Cic. Consul processit, grauibus oculis, fluentibus buccis, Plaut. pro exterioribus maxillis posuit. Buccas, inquit ru- bruceta intinxit tibi. Inde dicimus in buccam ueni-
 # re, qua significatur quicquid ex tēpore cogitamus. Cic. Tu ad me crebro scribe, uel quod in buccam uenerit.

Os propriè concauū illud dicitur, in quo sunt lingua & dētes. Et dicitur de homine, brutis et auibus. Cic. Draco cum radiculū in ore teneret, locutus est. Os pro cōspectu passiue significationis. Cic. In

Oculis tuis, in ore tuo, uultuq; acquiesce. Actius.
 Cic. Sic expectabat populus, atq; ora tenebat. Os
 pro impudentia, uel audacia uel temeritate. Cic. No-
 stis os hominis, nostis audaciã. Os perfricare, Tus.
 3. Os sublinere, o, pro equod est dare uerba, & ar-
 te quadam illudere. Tractum à ridiculo quodam
 risus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Di-
 cimus etiam, uno ore, pro uno consensu. Terent. in
 And. Exire ex ore, uel excidere. Cic. pro Syll. Os
præbere. ad Att. 1. Os pro recta pronuntiatione.
 De Orat. 11. Os translatè pro introitu. Cic. Alterũ
 signum in ponti ore & angustijs.

Osculari. Cic. Vt eum dormientem oscula-
 retur. Osculatio. Cic. pro Cluent. Osculum pro par-
 uo ore. Ouid. Videt igne micantes. Syderibus simi-
 les oculos uidet oscula.

Labia & labra indifferenter dicuntur. Te-
 rent. Labijs demissis. Apud antiquos dictæ sunt la-
 bie genere foeminino pro labris. Gell. Labias sen-
 sum primores emouemus. Labrum pro marginibus
et extremis oris, fluminis, lacus, fontis, quæ leni mo-
 tu aque perluuntur. Etiam est genus uasis ad la-
 uandum aptum. Cic. Labrum si in balneo non est,
fac, ut sit. Labrum item uinarium, lupinarium uel
olearium dicitur, in quo lupinus conditur, uel

in quod uinum à lacu, oleum è cortina transfertur.
 Cato. Oleum in labrum primū indito. Hic pars est
 faciei. Cic. In cuius labris leporem habitasse ferunt.
 Inde primoribus labris degustare, uel attingere, est
 leuiter aliquid attingere. Ductum ab ijs, qui cibum
 aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stoma-
 chum transmittentes. Cic. Quæ isti rhetores ne pri-
 moribus quidem labris attigerunt. Labellum dimi-
 nutium est à labro, Cic. Platoni paruulo dormenti
 apes in labellis confederunt.

Mentum ab eminendo dici uolunt, quod à
 gula emineat. Est autem mentum, quod inferiori la-
 brorum parti subiacet, Cic. Altero ad mentum de-
 presso supercilio.

Collū est, quod caput ad humeros usq; exci-
 pit. Cic. Procerū & tenue collum. Colli partes, an-
 terior. Guttur & iugulum, Posterior ceruix.

Guttur, colli pars exterior est, quod poëtae
 saepe pro interiori faucium parte ponunt. Verg.
 Et letæ pecudes & ouantes gutture corui.

Iugulū pars anterior colli, unde uox halitusq;
 procedit. Pli. dixit esse dextrū et sinistrū iugulum.
 Cic. Mucrones gladiatorū à iugulis uestris reiecimus.

Ceruix posterior pars colli. Medici tēdines
 appellant. Cic. Prætorem tu accusas? frange cerui-

cem. Translatè. Cic. Qui tanta munia suis cervicibus sustinent. Pro audaci. Cic. in Verr. Act. 5. Cervical, uel cervicale significat cervicis sustentamentum & munimentum. Iuue. Conducit comites, sellam, cervical, amicas.

Humeri sub ceruice sunt, utrinq; prominent, Quorum uerticè Acromion, quasi dicas summitum, humerū Græci nominant. Quod ab hoc prorsum uergit, Clauiculæ sunt. Cic. Sagittæ pendebant ab humero. Translatè. Cic. Italia Cicronem exulem humeris suis reportauit.

Thorax incipit anteriori & elatiori sua parte à clauiculis, desinit ad mucronatam cartilaginem. Posteriori parte incipit, ab humeris, defluit ad duodecimam metaphreni uertebam, à lateribus autè utrinq; costis determinatur, Thoracis partes sunt anterior, pectus: posterior, dorsum.

Pectus est pars anterior thoracis à gula usq; ad uentrè. Pli. ii. ca. 37. Pectus pro sensu interiore et pro ijs, quæ sub pectore sunt, scilicet pro corde, animo, cogitatione, &c. Cic. De hortis toto pectore cogitemus.

Dorsum, uel dorsus dicitur tota posterior pars, quod ea corpori pars deuexa sit deorsum. Plaut. Timeo quid rerū gesserim, ita dorsus totus

prurit. Translate, pro duriore harena, quæ reme-
antibus fluctibus & euntibus densatur accipitur,
quòd à nautis puluinus dicitur. Verg. Dorsum im-
mane mari summo.

Venter est, qui à pectore ad pubē termina-
tur, sæpe pro ipsa alio ponitur. Ci. Sciebā Catilinā
non latus, aut uentrē, sed caput & collū solere pete-
re. Ventriculus diminutiū à uentre. Ventriculum
tamē dicūt latini & cerebri, & cordis pro quibus-
dā partibus, et locis cauis, uel receptaculis. Cic. de
Nat. deo. 11. Vētriosus qui magnū habet uentrem.
Plaut. Canus, uarus, uentriosus. Ventrale uestimen-
tum est uentrem contegens. Pli. li. 8. Venter circū-
scribitur epigastrio, seu abdomine, lumbis & ossi-
bus iliorū. Epigastrium incipit à mucronata cartha-
ligine desinit ad pubē. Abdomē est pinguedo, quæ
spine adheret, & in qua renes iacent. Pli. lib. 11.
Translate pro uitio uentris ac gutturis, quam gu-
lositatem uocant. Cic. pro Sest. Epigastrij partes
sint præcordia, seu hypocondria, partes scilicet su-
p̄a umbilicum. Pli. 11. cap. 37.

Ilia sunt partes ad umbilicum attinentes. Pli.
lib. 11. cap. 37. Etiam ille dixit Plinius, Græcis co-
lon dicitur: Celsus lib. 4.

Hypogastrium, seu imus uenter partes

sunt sub umbilico. Gal. 2 aphorif. 35. Quas partes etiam uocant aqualiculum.

Lumbi incipiunt à decima metaphreni uerte bra, quo loco solemus succingi, finiunt aut ad os sacrum. Catul. Qui duros nequeunt mouere lumbos.

Pudenda sunt tam in mare quàm in foemina, pudenda maris sunt colis, oscheon, seu scrotum, testiculi. Colem uocant medici partem uirilisi membri prominentem cuius, hæ sunt partes, Glans, præputium. Glans est colis summitas, à glandis similitudine dicta. Præputium, est quod glandem contegit. Oscheon seu serotū dicitur, quod testiculos ambit. Testiculi sic in homine appellatur, quod uirilitatis testes sunt. ad Heren. 3. pro testiculis coleos dicūt. Eī pensilia pro coleis. Verg. Accedunt duo qui latus tuetur, pulchrè pensilibus speculati.

Pudenda mulieris: Vulua, alæ, nympha caruncula.

Vulua est sinus pilis decoratus. Vuluā uerò in animalibus dici uideas, quod uterus est in mulieribus. Pli. 2 cap. 37. Eiecticia uulua et porcarium Romanis in delitijs fuit.

Alæ dicuntur in pudendis mulieribus, quæ sinum uuluae ambiunt. **Nympha** uerò caruncula est, quæ alæ bifariam excreuit.

Priapus, pro deo hortorum ponitur. Ouid.
At ruber hortorū deus, & tutela priapus. Et pro
uirili membro nonnunquam.

Mentula etiam membrum uirile est. Mart.
Mentula custodis luxuriosa dei. Mentulatus, qui
mentulam ingentē habet. Verg. Deus priapo men-
tulatio non est.

Penis etiam est membrum uirile. Verg. Com-
moditas hæc est in nostro maxima pene, Laxa quod
esse mihi scemina nulla potest.

Cauda etiam membrum uirile est. Horat.
Accidit, ut quidam testeis, caudamq; salacem De-
meteret ferro.

Muto, onis, est mentula. Et mutoniatus pro
mentulato. Mart. Dormis cum pueris mutoniatis.

Veretrum quoq; pro uirili membro poni-
tur. Et membrorum appellat Latini, qui mentu-
lum ingentem prælongam habet. Verg. Sed ruber
hortorum custos membrorsior equo.

Inguen. Inguina sunt genitalia tam scemina-
rum quam uirorum. Verg. Qui testum nullis uesti-
bus inguen habet.

Cunnus mulieris est, & idem quod uulua.
Verg. Si qua est fatua puella cunni. Connilingus di-
citur qui impotenti libidine ardens, eò animi molli-

tie,

tie, uel dissolutione rapitur, ut lingua pro pene u-
tatur. Et cunnilingi dicuntur muliebriū inguinum
liguritores.

Tentigo est pruritus libidinis, quo uirilia ex-
tenduntur, uel uulua incalcescit.

Prurigo propriè est excursus humoris in-
clusi contra naturam, qui scabendi libidinem exci-
tat. Hæc uoluptas, quoniam in libidine similis est,
fit ut etiam hæc uoluptas prurigo dicatur, & cum
tentiginis significatione cōueniat. Mart. Poenitet ob
scenæ pruriginis.

Prurire, à quo prurigo ducitur, est scabendi
libidine ardere. Dicimus etiā caput, uel dentes, aut
dorsum prurire. Arrigere dicimur, cum futuendi
cupiditate mentula tēditur. Mart. Nō nisi per sum-
num arrigis. Coire dicitur, siue homo, siue brutum,
cum libidine incēsum rem cum fœmina habet, unde
coitus illud opus appellatur. Futuere dicitur homo
uel fœmina cum Veneri operam dat. Verg. Pedicē
re puer, moneo, futuere puella. Exfututus est nimia
futuitione exhaustus. Verg. Ipsi cernitis, exfututus
ut sim. Idem defututus. Catul. A me illa puella defu-
tuta. Fututor. Verg. Ne desit sibi, me rogat fututor
Futuutio. Cat. Domi maneas, paresq; nobis Nouem
continuas futuiones. Vitiare pro futuere. Vitiuna

inferre, uel afferre, Rem habere cū aliquo, uel rem
esse alicui cum aliquo. Dare operam liberis, idem
quod futuere.

Salire dicuntur animalia ratione carentia, quā
do mares ineunt foeminas, Verg. Leta salitur ouis.
Cenere est clunes mouere, quod fit re uenerea,
& propriè de maribus dicitur: Pers. An Romule
ceues? Crissare est mulierum aptè se motantium,
dum in re uenerea sunt, Iuue. Frictum crissantis
adorat. Tollere pedem. Tollit propriè pedem mu-
lier in opere uenereo, ut cunni os patentius præbe-
at, uel clunibus elatioribus crisset. Mastubare, uel
Mustuprare, & uirilia tractando manu rem uene-
reā peragere. Inde mastuprator. Irrumare, qui ui-
rilia fellatori præbent. Catul. Pedicabo ego, uos,
& irrumabo. Irrumator. Catul. Præsertim quibus
esset irrumator prætor, nec faceret pili cohortem.
* Fellare propriè est lac exugere & succum ebi-
re. Transfertur ad rem obscenā. Et fellare di-
cuntur, qui uirilia intra os recipiunt, & illa perin-
de ac papillas exugunt. Pedicare est præposter am-
cum masculis libidinem exercere. Verg. Pedicare
uolo. Pedico, uel pedicator dicitur puerarius, pue-
rorum scilicet amator & concubitor. Verg. Et
pediconum mentula smerdalea est. Subigere pro

præ

Pathicus

pædicare ponitur. Pathicus est masculum scor-
 tum, puer scilicet, qui se iniri turpi libidine patitur,
 commune nomen tam pueris quàm puellis. Verg.
 Sceptra quod petunt pathicæ puellæ. Catamitus
 est puer meritorius, quo quis ad præposteram libi-
 dinem abutitur. Cinædus est pathicus. Verg. Cui
 dant oscula nobiles cinædi. Cat. Hic illa, ut decuit
 cinædiorem. Exoletus, significat masculum scor-
 tum, scilicet pathicum, uel cinædum. Verpus est
 decorticatus, pellem, qua tegatur, mentulæ glans,
 non habens. Aliquando pro membro uirili po-
 nitur. Spado & Eunuchus significatione conueni-
 unt, suntq; quibus detracti sunt colei.

*Consistunt
 tamen de
 rentiam inter
 libidinis
 huius asse
 propriis nam
 nam cum
 tas tas
 totus colos
 computatus
 et Spado
 un cui ta
 timodo in
 re h. tas
 ticali.*

Amor inhonestus Cic. Verres ardebat amo-
 re illius hospita.

Libido pro cupiditate effrenata, & im-
 petu quodam animi non recto, uel pro quali-
 bet uoluntate temere suscepta. Voluntas enim
 est, quæ aliquid cum ratione desiderat. Quæ
 autem aduersus rationem incitata est uehemen-
 tius, ea libido est. Cic. Vbi libido dominatur,
 innocentia leue præsidium est. Aliquando uero
 pro luxuria & mulierio sitate ponitur, & ad
 rem ueneream refertur, siue opus sit uenereum
 siue

suis appetitus uenericus. Cic. Rep̄te exorta est mulieris importunæ nefaria libido. In bonam partem. Sall. Magis in decoris armis, et militaribus equis, quàm in scortis, & conuiujs libidinem habebant. Inde libinosus, qui est intemperans, uel mulierosus. Cic. Libidiosa & intemperans adolescentia. Libidinosè. Cic. Off. 1.

Venus aliquando pro dea, uel stella, aliquando pro libidine accipitur. A uenere fit uenericus, uel uenerius, id est ad uenerem pertinens. Cic. de Senect.

Luxuria libidinè significat. Cic. Turpe est diffluere luxuria. Inde luxuriosus. Cic. Nihil isto sciote esse luxuriosius, nihil libidinosius.

Lenonis est, qui scortorū productor est, etiam inuitarum personarū. Cic. Ille improbissimus et impurissimus leno. Lenas appellat Vlpianus, quæ mulieres lenæ quæstuaris prostituunt. Item eas, quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercent, ut si quæ cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habeat, prostitutas mulieres habere dicendū est, et lenæ appellatione cōtineri. Trāslatè. Cic. Nūuides, quàm blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena natura? Lenonius res ad lenonem pertinens. Lenocinium est lenonis actus, unde lenocinium facere dicimus. Cic. Qui egestatem domestico lenocinio sustentauit.

tauit. Lenocinium pro exquisitori elegantia. Suet. #

Quamquam omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriosus. Lenocinium pro delinimento, uel allestameto. Cic. Perspicuum est, quae corporum lenocinia processerint. Lenocinari est lenocinium facere.

Translatè pro blandiri, uel allicere. In Ver. Act. 1. #

Perducere puellam dicimus, pro producere, unde perductor, pro productore, id est, amanti intermuntio & administro libidinis. Leno scortorum perductor inuitarum puellarum est. In Ver. Act. 3

Prostituere propriè de scortis dicitur. Suet. Suam pudicitiam usq; adeo prostituit, ut contaminatis &c. Prostibulum dicitur ipsum scortum, uel lupanar. Plaut. Bellum & pudicium uerè prostibulum populi. Prostibulae, idem quod meretrix. Corpus uulgare, uel euulgare, & sui copiam facere, est prostituere se. #

Lupanar uel lupanarium dicitur locus, in quo sunt scortae & meretrices, uocaturq; à lupis, quas pro meretricibus ponunt nonnunquam latini. Lustrum idem. Cic. Vino lustrisq; confectus. Ganea, uel ganeum meretricum taberna. Ganeo dicitur à ganeis, ut popinones à popinis. Cic. Catil. #

Scortum dicitur meretrix Cic. In uino, & alea, commestationes, & scorta querere. Scortari est

est scorta frequentare, uel cum scortis rem habere
 unde scortator, scortorum amator. Meretrix ap-
pellatur scortū, mulier scilicet, quæ se omnibus per-
uulgat, uel quæ domum suam patefacit omnium li-
bidini. Cic. Vt non solū meretrix, sed procax etiā
uideatur. Meretricius, res quæ meretricis est, uel
ad meretricem pertinens. Cic. Cur te in istā uicinita-
tem meretriciam contulisti?

Pellex. Gel. 4 cap. 3. Et ea est, quæ cum co-
cui uxor est, corpus miscet. Sall. Filia matris pel-
lex. Pellicatus est pellicis actus, uitiū et crimē. Off. 2

Concubina est scortum, sed maximè pri-
matum tam cœlibis, quàm alius. Dicta à concubo.
 Cic. de Ora. 1. Concubinatus à concubina dicitur, ut
à pellice pellicatus.

Mœchus est adulter. Cic. Ocella nemini
persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis depræ-
hensus esset. Adulter, idem quod mœchus. Cic. Clo-
dius sororis adulter. Adulterari est cubile alterius
inire Off. 1. Adulteriū. Cic. in Senect. Adulterare
est corrumpere, uitiare, & falsificare. Cic. Ius ci-
uile pecunia adulterari non potest. Adulterinus nō
est uerus, non naturalis, fucatus, adumbratus, ut ta-
bule adulterinæ, nummi adulterini. Off. 3.

Stuprū generaliter dicitur coitus lege uetitus.

Aliqui

Aliqui uolūt Stuprū in uirginē et uiduā committi. Stuprum duplex unum cum nupta, quod adulteriū est: alterum cum uis infertur cuilibet persone, siue sit puer siue sāguine cōiūctus, siue uirgo, siue uidua. Stuprum etiā ponitur pro turpitudine. Et probrū uel flagitium sepe pro stupro ponitur. Cic. Probrī insimulasti pudicissimam foeminam. Stuprum inferre. Cic. in Piso. Stuprū offerre, pro uitium, uel uina inferre. de Finib. 5. Stuprum facere. Cic. in Cat. Stuprare est stuprum inferre, uel pudicitia eripere. Fam. 3. Cōstuprare. ad Heren. 4. Translatè. Afflicta Respublica est empto, constupratoq; iudicio.

Incestum dicitur flagitium in affines admittū, generale tamen nomen est, ut stuprum. Et dicitur incestum facere tam mulier q̄ uir. Tus. 3. Incestum facere. Cic. Peperit, fecit igitur incestū. Incestus uis, ui, idē quod incestum. Cic. in Brut. Incestus, a, um, dicitur foedus et pollutus. Cic. Clodius ex incoesto stupro emissus. Incestare est polluere. Verg. Totāq; incestat funere clāse. Incestè est pollutè uel foedè. Cic. Ideò aquā adduxi, ut ea tu incestè uterere.

Partes maris & foeminæ communes.

VTriusq; communes partes. Anus, nates perineon, seu interfoemineum. Anus est pars,
qua

dibus quibusdam montes ascensu faciliores fiunt.

Temporis. Cic. pro Quint. Orationis Cic. Oratio articulis, membrisq; distincta. Inde articulatè uel articulatim, est per singulos artus, uel singulis articulis obseruatis. Translatè pro distinctè, uel nominatim. Cic. Puerum interea obtruncat membraq; articulatim diuidit.

Membrum est caro artus tegens. Ponitur tamen etiã pro singulis corporis partibus. Propriè Terent. Membra metu debilia sunt. Translatè pro parte. Cic. Sæpe sapienda mēbris minutioribus oratio est. Inde membratim, id est, per membra, uel per singulas partes. Cic. Quo pacto deceat, incisè, membratimue dici, iam uidebimus.

Membrana. Cic. Natura oculos membranis tenuissimis uestiuit. Et membranula. ad Att. 4. Et dicta quod tracta sit de membris animalium, in quorū tergoribus primū ab uno latere scribi ceptū, deinde ab utroq; de rasis pilis. Pergami usum membranæ inuenerunt. Vnde Pergamena charta dicta.

Artus sunt, manus & crus. Manus dicta à manando, quod ex brachijs manet. Cic. Natura dedit homini manus multarum artium ministras. Locutiones à manu ductæ hæ sunt. Plena manu, pro abundanter & affluenter. Cic. At hercle alter tuus
r familiaris

familiaris, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit? Manibus pedibusq; , pro extremo conatu, & omnibus membris. Terentius in And. Manum de tabula. Plinius lib. 35. cap. 10. Manũ habere sub pallio, de ijs qui languent otio. Quintil. lib. 12. Manum ferulae subducere, est literas discere, & præceptorum operati. Nam antiquitus literatores discipulorum manus ferula cædebant. Vnde manum ferulae subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario uersari, neq; iam docendi, sed utcunq; docti sunt. Incidere, uenire, peruenire in manum. Off. 3. Accedere ad manum. ad Att. In manum sumere. Cic. Qui hos libros in manus sument. In manu tenere. Phil. 12. ad manus habere, uel esse, dicitur, quod in promptu est, ut quasi manu teneatur. De Orat. 3. In manu esse, quod in potestate est. Fam. 14. In manu esse pro suppetere, uel diuitẽ esse. Plaut. Tenẽ ego de fraudem, cui ipsi nihil est in manu? Ponere, deponere, dimittere, è, uel de manibus. Cic. in Acad. Manumittere, cum seruis libertatem damus. Cic. [Pro Mil. Manumissio. Ci. pro Cæl. De manu tradere in manu. Fam. 7. Iacere de manu. In Ver. Act. 6. Ad manus uenire, uel reuocare, id est, ad dimicandum, uel ad arma uenire. Cic. pro Cluent. Manum uertere.

tere, De Finib. 5. *Manus tendere*, quod eorum est, qui aliquid deprecantur, ut solent ij, qui deditionē significant. Cic. in Catil. In manum conuenire. Cic. in Top. *Manum afferre*, uel inferre idem quod uim inferre. Off. 1. *Manus abstinere*, uel cōtinere. Cic. in Catil. Inter manus quod collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Translate significat in potestate esse. Fam. 8. *Sub manu esse* idē est, quod expeditum esse, uel in promptum usum. Fam. 10. *Sub manus succedere* est aliquid feliciter, & ex sententia contingere. Plaut. Lepide hoc succedit sub manus negotium. Per manus. Cæsar. Per manus tractus seruatur. Per manus tradita disciplina, uel historia, dicitur, quæ non monumentis literarum, sed uerbo tantum traditur, & à maioribus ad posteriores sine literis transmittitur. Quintilia. lib. 12. *Præ manibus* quod insulse dicunt, in manibus. Plaut. Reddidi patri omne aurū, quod mihi fuit præ manibus. *Præ manu dare*, quod uulgo dicunt ante omnia, uel ante manum dare. Terent. Atq; hinc paululum aliquid præ manu dederis, unde utatur *Manu factus*. Off. 2. *Manus pro proboscide* elephantī, quod ea in decerpando pabulo pro manu utatur. Curtius libro. 4.

Manus officij
uerba.

TAngere est manu apprehendere. Cic. Ita est ut dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si tactus non sis. Attingere idem. Propriè. Fam. 11. Translatè. Cic. Primus ille locus, qui maximè naturam attingit humanam. Contingere, est tangere & personale est uerbum. Cic. Luna tanta humilitate fertur, ut terram propè contingat. Translatè. pro leg. Manil. Tactio. Tusc. 3. Tactus. pro Cal. Tractare manu uersare est, uel frequenter tangere. Tusc. 5. Tractabilis. Cic. de uniuers. Attrectare. Plin. Pro Cal. Attrectatus, us, ui. Cic. Attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem. Contrectare. De Orat. 3. Contrectatio. Cic. de Nat. deor.

Manus partes

MANUS partes sunt, brachium, ulna, summa manus, Brachiū ab humero incipit finit ad cubitum. Cic. pro Cal. Translatè dicimus, Brachio molli aliquē obiurgare, pro leuiter obiurgare. Et aliquid leui brachio agere, cum indiligentem operā adhibitam significamus. ad Att. 2. & 4. Ulna desinit ad brachiale, locus, quo cum summa manu

manu coarctatur Cubitus idem est. Et sæpe pro cubitali spatio ponitur. ad Att. 13. Summa manus incipit à brachiali, finit ad extremos unguis. Summæ manus partes sunt, interior uola, Exterior pecten, siue metacarpium.

Digitus, *Digitus* à derigēdo deriuatur, quod natura miro, decentiq; ordine digitos digesserit, id est, disposuerit. Cic. in Parad. Inde digitum tollere. In Verr. Act. 3. Item digito liceri. *Digitis* primus attingere, est supremis labris gustare. Cic. pro Cæl. Transuersum uel latum digitum, aut unguem discedere, pro eo quod est. quàm minimo spatio ad Att. 7.

Digitorum nomina.

Digitorum nomina: sunt Pollex, index, medius, medicinalis, minimus. Pollex est digitus manus crassior, ita dictus, quod ui, et potestate inter cæteros digitos polleat, nec in sinistra cessat, nec minus quàm tota manus, semper in officio est. Off. 3. Index est digitus pollicis proximus, quem alio nomine ueteres salutarem uocarunt. Medius digitus alia nomina habet. Nam dictus est uerpus, à uerrendo podice, ob quam causam etiam im-

pu^dicus & infamis uocatus est. Et quando porri-
gebatur, signum derisionis & contumeliæ erat.
Mart. Ostendit digitum sed impudicum Alconti.
Medicinalis alio nomine annularis dicitur. Gel-
lius libro 16. capite 10. Minimus est digitorum po-
stremus.

Vngues sunt digitorum extremæ partes:
& propriè eorum animalium sunt, quæ digitos ha-
bent separatos, ut sunt homines, simiæ, aues. Cic.
pro Dom. Vnguis uel unguiculus. Et prouerbium.
Ne latum uel transuersum unguem discedere. Et
A teneris unguiculis, pro eo quod est à prima pue-
ritia. Trãslatum à catulis, quorum unguiculi non-
dum duruerunt. Vngula ab unguibus denominati-
uum est. Et de ijs dicitur, quæ digitis carent. Plin.
libro. 11. cap. 45. Omnibus unguis, quod significat
omnibus uiribus, manuumq; pedumq; & totius cor-
poris conatu, ut etiam ungues, qui sunt in extre-
mitate collocati, intendantur, quod Plin. existimat
esse summas neruorum clausulas. Tusc. 11. Vn-
guium functionis uerbum est scabere, id est scalpe-
re, & quasi unguibus fodere. Pli. libro. 8. Præse-
gmen est amputatio rerum superfluarum. Vnde
quæ ex unguibus animalium scinduntur, præsegmi-
na dicuntur.

Pugnis

Pugnus est ipsa manus compressa, uel cum manu digiti contracti. Cic. Comprimere digitos, pugnumq; facere. Palma dicitur planum illud & concuum manus quod in digitos desinens, decore patet, Off. 2. Palma pro arbore. In Ver. Act. 7. pro uictoria. Philip. 11. Inde palmam dare, uel deferre. de Orat. 2. Ferre. ad Att. 4. Accipere, uel habere. Cic. ante Exil. Palmaris dicitur uel à propria significatione palmæ, uel à translata, scilicet cum pro uictoria ponitur, unde statua palmaris, quæ alicui propter uictoriam erigitur. Phi. 6. Palmariū quod palma dignum. Ter. in Eunuch.

Crus incipit à ceruice coxendicis: finit ad extremos pedis digitos. Philip. 11. Cruris partes sunt: Coxa, quæ pars est supra femora, uertebraq; ipsum, quod quoties uitiatum est, aut os illud, quod in uertebro uoluitur, fractū, coxa uitiata, fracta uē dicitur. Celsus li. 4. Coxendix & coxa pro eodem. Plau. in Bacchide.

Femur, uel femen à coxis incipit, finit uerò ad genua. Val. lib. 4 cap. 57. Femoralia pro brachis. Suet. in Aug.

Genu nodus est ille, in quo femora desinūt, cuius pars posterior poples dicitur. Verg. Genua labant

Poples pars posterior genu. Cic. Redundat tuus deus, poplitibus & pedibus.

Tibia à genu incipit, finit ad malleolos. Interdum instrumentum est musicum quo tibicines canunt. Cic. Tibicen sine tibijs canere non potest. Tibicen, uel tibicina dicitur à tibia, scilicet, qui, uel quæ tibia canit & modulatur. Cic. Tibicen repete contuit. Tibicines etiam sunt columnellæ, quibus rustici tecta sua fulcire solent, uel appellatur tibicen, quæ quid in sustentaculū rei alicuius ponitur. Iuue. Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Tibiæ partes. Crea, pars anterior. Sura uero posterior, quæ tantum homini inesse dicitur. Verg. Suras uincire cothurno. Suras pro toto crure posuit.

Pes incipit à malleolis, finit ad ungues. Cic. Quod ante pedes est, nemo spectat. Multi pulchri modi loquendi hinc sumuntur. Vt pedibus proficisci, iter facere, uel conficere, ire, uenire, uel reuerti, ingredi, transire, uel transmittere. Pedē ponere, conferre, referre. Philip. 12. Pedibus trahi. Designatur per hoc loquendi genus pessimus quidam rerū status, uel quædam rerū desperatio, uel exprimitur ad calamitatē assensus. Cic. Trahantur per me pedibus omnes rei, non laboro. Nec pedes, nec caput habere.

Fam. 7. Ad pedes se abicere, uel sternere. Cic. pro
Sest.

Sest. Ad pedes iacere, uel uolutari. Ibidem. Pedibus stipendia facere. Luius. Qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecissent. Ad pedes desilire. Cæs. Cōsuetudine sua ad pedes desilierunt. Pes pro pedali spatium. ad Att. 7. Pes pro fune nautico, quo in naui tenditur uelum. Vergilius. Vna omnes fecere pedem. Pro mensura metrica. Cic. in Orator. A pedibus seruus, quo in itinere faciendū utimur. ad Att. 8. Pediculus pedis diminutiuum est. Pediculi etiam uocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. Pediculus præterea dicitur uermis in capite. Vnde pedicosus, uel pediculo sus, id est, pediculis plenus. Plaut. Pedicosus, squalidus, ubi me uidit, scabit caput. Pedicularis, ad pediculos pertinens, ut pedicularis morbus, quo corpus pediculis scetet. Pedū functionis uerba sunt ire, ingredi, ambulare, peragere, & similia. Vide primum Tomum.

Pedalis pedale dicitur, quod est pedis, scilicet, quod magnum est ad longitudinem pedis. Col. lib. 4. A pedali fit sesquipedalis, id est, pedis unius et dimidiati, pedarius, uel pedaneus. Pedarij appellantur, qui in senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam cōprobant, mouentes se loco & in partem eius, qui dixit, discedentes: propter quod, qui

ita faciunt ire in sententiam pedibus dicuntur, & ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarij sunt appellati. ad Att. 1. Pedaneus aliquando idem, quod pedalis. Col. lib. 5. Pedaneus uerò iudex dicitur, qui à præside constituitur, ut minora iudicia discernat: dictus pedaneus, quod is magistratus non uehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum.

Pedissequus, qui dominū sequitur. ad Att. 2. Pedissequa. Terent. Accedo ad pedissequas. Trās Latè. de Orat. 1.

Pedetentim à pede fit, & significat quasi suspensio gradu, id est, sensim & moderatè, & cautè. Cicero. Timidè & pedetentim istuc descendunt.

Pedis partes sunt. Talus, tarsus, planta. Talus est postremum cruris, pars scilicet pedis, in qua os propè calcaneum extuberat. Hor. Ad talos stalla demissa & circumdata palla. Talus etiam os in articulo pedis uentre cminens dicitur, quod est bifidus tantū animalibus nō homini, neq; cæteris animalibus. Plin. 11 ca. 45. Talus inde dicitur, quatuor laterū, quo luditur. Plaut. in Bacchid. Talaris uestis dicitur, quæ ad talos usq; propèdet. In Ver. Act. 7. Talarius. Talarium dicitur, qd' ad talos pertinet, ut lex talaria, aduersus eos lata, qui talis lusitant. Vnde

de

de talarij ludi, quibus uidentur usi saltando. Off. 1.
 Talaria dicuntur calceamenta alata Mercurij. Verg.
 Et primū pedibus talaria neclit. Inde talaria indue
 re, pro eo, quod est fugam adornare, quasiq; uelle
 quopiam auolare. ad Att. 14

Calx pars pedis. Cic. Hic subsellium quoddā
 calce praeuens dextra pedē defringit. Pro percus-
 sione pedum & plaga Tusc. 5 pro fine. Cic. Nunc
 uideo calcem, ad quem decursum est.

Tarsus est prior à talo. Planta uerò est pe-
 dis infimum Plin. 7 cap. 2.

Similariū partium nomenclatura.



Similares partes sunt corpora, quae
 una circūscriptione clauduntur, eo
 qd' oēs partes tum sibi mutuo, tum
 totas similes habeant. Interdū uerò
 simplices dicuntur quod cōpositas cō-
 stituant. Gal. 8 de plac. Hip. et plat. Quales sunt.

Cutis est innatum corpori amiculū & cooperi-
 mentum. Fam. 10. Pinguedo & adeps differunt.
 Adeps crassior, neque facile liquefcit fusus tamen
 celerrime coit, ac conglaciatur multò pinguedine
 durior. Pinguedo autem celeriter liquefcit, sed non
 facile concrefcit. Pinguis dicitur optimus, uel foecundus,
 unde horti pingues, & ocium pingue.

Pinguis

pinguis pro crasso et impedito, uel inepto. de Di. 1
 Et pingui Minerua agi, uel ferri dicitur, quod incō-
 ditius, simplicius, quasiq; indoctius fit, non autem
 exquisita arte, uel exactissima cura. Pinguari-
 us dicitur, q̄ pingui delectatur. Mart. Carnarius sum,
 pinguiarius non sum. Id est carnosam & corpulen-
 tam amicam opto, non nimis pinguem. Pinguescere
 & pinguem fieri. Col. lib. 2.

Adipalis idē quod pinguis, adipales cense
 sacerdotum. Adipatus Iuue. Feruēt adipata ueneno

Sagina aliquando est pinguedo superuaca-
 nea arte, non natura adaueta per totum corpus di-
 spersa. Plaut. Sagina planē est. Est etiam cibus quo
 quis pinguis efficitur. Cic. pro. Flac. Saginare est
 pinguem facere. Col. li. 7. Saginarium locus est, ubi
 saginantur altilia. Varro. Pullos anserum includūē
 in saginario. Saginarius, a, um, quod saginatū est,
 ut mulus, bōs saginarius &c.

Membranæ tunicae sunt, quæ partes inter-
 nas uestiunt, cute multo rariores, ut peritoneum,
 quod uentrē. Perioftion, quod ossa, pleura, quod co-
 stas: Meminges quod cerebrū ambit. Caro est de-
 fensorium ac tegmē aduersus æstus & frigora. Car-
 nem uerò mortuorum dicit Donatus. Est etiā caro
 arborum. Plin. 16. cap. 38. Carnarius dicitur qui

carnes

carnes uendit, uel qui carne plurimum uescitur & oblectatur. Carnarium modo pro ipsa carne accipitur, sicut cibariū pro cibo. Plau. Ridiculus qui mihi carnariū pararit. Modo pro loco ubi uēditur caro quam tabernam carnariam uocat Varro. Plau. Carnam à carnario emit. Modo pro loco ubi conditur caro, uel suspenditur. Plau. Adueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium.

Arteria est receptaculum sanguinis rarioris, & purioris commixti cum spiritu, natura pulsatis. de Nat. Deorum. 2.

Vena est uas sanguinis, confusi cum spiritu naturali, in qua tamen plus sanguinis, minus spiritus insit. Plin. lib. 11. cap. 37. Inde uenas incidere. Cic. in Piso. Translatè uenæ interra sunt subterranei scilicet meatus, per quos unda manat, quæ alius liquor. Auri & argenti uenæ. Et uenæ arborum. Transfertur uena ad carnem, uel orationem. Cic. in Catil.

Nerui appellantur instrumenta, quæ sensum & motum, qui per uoluntatē fit, in omnia animantis membra traducunt. de Nat. Deor. 2. Nerui pro chordis, uel fidibus. Tus. 1. Neruus pro uinculo ferreo, in quo pedes impediuntur, & nonnunquam ceruix. Plaut. in Capt. Translatè pro robore & uiribus

bis ponitur : in neruis enim robur maximè consistit, unde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Dicimus intendere, contendere neruos, & incidere. Cic. Poëtæ neruos uirtutis elidunt. Neruosus, qui multos neruos habet. Translatè. Cic. Quis Aristotele neruosior? quis Theophrasto dulcior. Neruosè, id est, adhibitis neruis. Off. 3.

Ligamenta Galenus nominat, quæ ex ossibus procedunt, quemadmodum qui de cerebro & spinali oriuntur, neruos.

Ossa sunt corpora sicca, terrestria frigida, & sensus expertia. Cic. in Ver. Act. 3. Translatè. Cic. in Brut.

Cartilago est os mollius, quod inunctionis utilitatem præbet articulis.

Instrumentariæ partes.



Instrumentariæ partes sunt ipsa organa functionum, ut caput, pedes, manus, de quibus satis dictum est. Capitales interiores partes. Pericranion, Cranion, torcular, meminges, cerebrum, conarium, psalloeides corpus, uentriculi quatuor, porus, gloutia, uermiformis explantatio, posteriorius cerebellum, ptyelon, choani, seu infundibulum.

Iam. Idem recti formis plexus, septem neruorū coniugationes, palatum, uuula, fauces, tonsillæ, lingua, dentes gingiuae. Pericranion, est membrana, quæ cranion ambit. Cranion est galea, quæ & caluaria dicitur. Gal. 7 de usu part. Meminges membranæ sunt cerebrum ambientes, quarū altera crassa, altera subtilis, quæ & choriformis appellatur. Conarium est corpus substantia aden, et glandula, figura cono perquā simile Cerebrum. Gal. 8. de usu part. Cerebellū posterius est, aliàs parencephalim. Cerebrosus dicitur peruersi cerebri, & insanus, uel ad insaniam facilis, uel qui totus suo consilio hæret: uel qui iracundiæ plus satis obtemperans sine ratione fertur. Et dicitur tam de brutis, quàm de homine. Cerebri functiones, ratio, cogitatio, ratiocinatio, meditatio.

Vulua gargariorum, & columna, & columnella dicitur. Et est carnosæ quædam particula summa parte oris suspensa. Tonsillæ sunt circa uulua ex utraq; parte infra fauces: uocanturq; aliquando glandule ob quandam glandis similitudinem. Plin. 2. capite 37. Palatum est oris pars interior, quæ labijs, dentibusq; munita est. Cic. Voluptatē persequitur, quæ palato percipiatur. Palati functionis uerba hæc, Gustare est rei alicuius sapore percipere.

Trans

Translatè, pro leuiter aliquid attingere. Fam. 12.
 Degustare. Translatè tam ad personas, quàm res
 ipsas pertinet. ad Att. 1. Gustatus us, ui, de Orat. 3.
 Gustus idem, quod gustatus. Cic. de Senect. Trans-
 late. Philip. 2. Libare interdum est leuiter degusta-
 re, & quasi primis labris attingere Verg. Purpu-
 reosq; metunt flores, & flumina libant. Translatè
 de Orat. 1. Interdum pro sumere uel recipere. 4.
 Pro sacrificare ponitur. Cic. Certes fruges, certasq;
 baccas sacerdotes publicè libanto. Delibare est de-
 cerpere, uel quasi libando minuere. Fam. 10.

Fauces pro spatio ponuntur illo, quod inter
 gulam & guttur periacet. Vel superiorem partè
 gula significat mento proximam, sed interiorem,
 ubi os angustatur. Plin. li. 11. Translatè. Cic. Pate-
 factus faucibus terræ.

Lingua. Cic. Oratores quidam lingua celeri
 & exercitata. Lingua pro sermone, uel sermonis
 uarietate, ut latina lingua, Gallica &c. Linguae
 functionis uoces. Loqui, loquela, locutio. Hæsitatio
 uel hæsitantia linguae. Fam. 3. Vox dicitur
 omne quod sonat. Et ponitur sæpe pro sermone, uel
 ipsis uerbis. Off. 1. Inde uocem excitare, intendere,
 contendere, flectere, mutare, mittere. Et uoces ha-
 bere, pro mittere. Cic. pro Mur. Vocula. Fam. 2.

Vocalis

*batofal fiv
 legendum.*

uocalis idem est quod uocē habens. Vnde appella-
 te sunt uocales differentes à consonantibus, quod
 plenioris sunt soni, quàm consonantes. De perso-
 nis dicitur. Cic. in Brut. De literis. Cic. Non est tam
 rusticus, qui uocales nolit coniungere. Vocabulum
 est, uox nomen, uel uerbum. Cic. pro Cecin. Voca-
 re est appellare, accersere, uel adducere. Dicimus
 etiam uocare senatum, aliquem ad laudem, in lu-
 ctum, &c. Vocatus, us, ui, De orat. 3. Vocitare. Cic.
 Qui Demetrius Phalereus uocitatus est. Vocifera-
 re uel uociferari, est exclamare, uel clamorem ede-
 re, In Ver. Act. 7. Vociferatio Ibidem. Clamare
 est clamorē edere, uel contendere uoce. Cic. Cum et
 de suo & de uxoris interitu clamaret. Clami-
 tare. Cic. pro Ros. Com. Clamator. De Orat. 3.
 Clamosus ad Heren. 2. Clamor de Orat. 1. Clamo-
 rem edere, profundere, tollere. Cic. Clamorem sa-
 tis magnum sustulerunt. Inclamare est altiore uoce
 clamare, uel uocare: unde dicimus inclamare ali-
 quem, pro aliquem uocare. De Orat. 1. Exclama-
 re. Philip. 2. Exclamatio. Cic. Acutas uocis exclamatio-
 nes uitare debemus. Proclamare. In Ver. Act.
 7. Proclamator. Cic. Non causidicum nescio quem
 neq; proclamatorē, aut rabulam conquirimus. Sug-
 clamare. Fam. 11. Conclamare. Philip. 6.

Dens generaliter ad omne dicitur, à quo aliquid teneri, uel extrahi potest. Dentes hic sunt qui cibum conterunt & conficiunt. Sunt autem ut plurimum triginta duo. Quatuor infra, supraq; incisori. Canini utrinq; duo, maxillares postea ab utroque latere quaterni, quiniue. Genuini dentes dicuntur dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Plin. 2. cap. 37. Dente maledico carpere dicuntur obtrectatores. Cic. pro Cor. Bulb. Et dentatus, qui dentibus est munitus. Translatè detata dicuntur mordacia. Cic. Dentata etiam charta res agetur. Dentire dicuntur pueri infantes, cum dentes emittunt. Vnde dentitio Latinis est dentium emissio. Pli. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores, dentitionisq; morbos.

Gingiua est caro quæ dentes comprehendit, ubi primum è stabulis suis emergunt. Plin. 23. capite. 6.

Dentium functionis uerba.

Dentium functio est mandere, id est, cibum terere, & conficere. Cic. Dentibus manditur, extenuatur, & molitur cibus. Translatè. Cic. de Arusp. Resp. Mansum quod dari solet infantibus. De Orat. 2. Mordere, Cic. Alij canes & lacerare, & mor-

Et mordere possunt. Et mordere frenum, pro eo quod est, uel leuiter repugnare seruituti. Fam. 11. Mordax dicitur ad morsum proptius, uel qui mordendo dedit. De Orat. 2. Morsus. Off. 2. Translatè. Cic. Acer morsus doloris. Mordicus idè est, quod arctè frictū: Vnde dicimus aliquid mordicus tenere, pro summa pertinacia tueri. Ci. Verba tenèt mordicus.

Colli partes interiores.



GOLLI partes interiores sunt. Gula, seu stomachus, et œsophagus, Aspera arteria, iugulares uenæ, et arteriæ, Nerui recurrentes. Gula meatus ille est, per quem ingrediuntur cibi et potus. Eam partem, quæ inter fauces, et os uentriculi media est œsophagum nominant, alij Stomachum medici nostro tēpore gulam. Stomachus tamē quando fistula sit, per quē cibus descendit, attamen pro uentriculo à Latinis ponitur, id est, receptaculo ciborum. Iuue. Si stomachus domini feruet, uinoq; cibusq;. Stomachi functionis uoces. Digerere. Translatè. Cic. Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Concoquere. Cic. Cibus facillimus ad concoquendum. Translatè. Fam. 9.

pubicus & *infamis* uocatus est. Et quando porri-
 gebatur, signum derisionis & contumeliæ erat.
 Mart. Ostendit digitum sed impudicum Alconti.
 Medicinalis alio nomine annularis dicitur. Gel-
 lius libro 16. capite 10. *Minimus* est digitorum po-
 stremus.

Ungues sunt digitorum extremæ partes:
 & propriè eorum animalium sunt, quæ digitos ha-
 bent separatos, ut sunt homines, simiæ, aues. Cic.
 pro Dom. *Unguis* uel *unguiculus*. Et prouerbium.
Ne latum uel transuersum unguem discedere. Et
A teneris unguiculis, pro eo quod est à prima pue-
 ritia. Trâslatum à catulis, quorum unguiculi non-
 dum duruerunt. *Ungula* ab unguibus denominati-
 uum est. Et de ijs dicitur, quæ digitis carent. Plin.
 libro. 11. cap. 45. *Omnibus unguis*, quod significat
 omnibus uiribus, manuumq; pedumq; & totius cor-
 poris conatu, ut etiam ungues, qui sunt in extre-
 mitate collocati, intendantur, quod Plin. existimat
 esse summis neruorum clausulas. Tusc. 11. *Un-*
guium functionis uerbum est scabere, id est scalpe-
 re, & quasi unguibus fodere. Pli. libro. 8. *Præse-*
gmen est amputatio rerum superfluarum. Vnde
 quæ ex unguibus animalium scinduntur, præsegni-
 na dicuntur.

Pugnus

Pugnus est ipsa manus compressa, uel cum manu digiti contracti. Cic. Comprimere digitos, pugnumq; facere. Palma dicitur planum illud & concuum manus quod in digitos desinens, decore patet, Off. 2. Palma pro arbore. In Ver. Act. 7. pro uictoria. Philip. 11. Inde palmam dare, uel deferre. de Orat. 2. Ferre. ad Att. 4. Accipere, uel habere. Cic. ante Exil. Palmaris dicitur uel à propria significatione palmæ, uel à translata, scilicet cum pro uictoria ponitur, unde statua palmaris, quæ alicui propter uictoriam erigitur. Phi. 6. Palmariū quod palma dignum. Ter. in Eunuch.

Crus incipit à ceruice coxendicis: finit ad extremos pedis digitos. Philip. 11. Cruris partes sunt: Coxa, quæ pars est supra femora, uertebraq; ipsum, quod quoties uitiatum est, aut os illud, quod in uertebro uoluitur, fractū, coxa uitiata, fracta uē dicitur. Celsus li. 4. Coxendix & coxa pro eodem. Plau. in Bacchide.

Femur, uel femen à coxis incipit, finit uerò ad genua. Val. lib. 4 cap. 57. Femoralia pro brachis. Suet. in Aug.

Genu nodus est ille, in quo femora desinūt, cuius pars posterior poples dicitur. Verg. Genua labant

Poples pars posterior genu. Cic. Redundat tuus deus, poplitibus & pedibus.

Tibia à genu incipit, finit ad malleolos. Interdum instrumentum est musicum quo tibicines canunt. Cic. Tibicen sine tibijs canere non potest. Tibicen, uel tibicina dicitur à tibia, scilicet, qui, uel quæ tibia canit & modulatur. Cic. Tibicen repete contuit. Tibicines etiam sunt columnellæ, quibus rusticici tecta sua fulcire solent, uel appellatur tibicen, quæ quid in sustentaculū rei alicuius ponitur. Iuue. Nos urbem colimus tenui tibicine sultam. Tibiæ partes. Crea, pars anterior. Sura uero posterior, quæ tantum homini inesse dicitur. Verg. Suras uincire cothurno. Suras pro toto crure posuit.

Pes incipit à malleolis, finit ad ungues. Cic. Quod ante pedes est, nemo spectat. Multi pulchri modi loquendi hinc sumuntur. Vt pedibus proficisci, iter facere, uel conficere, ire, uenire, uel reuerti, ingredi, transire, uel transmittere. Pedē ponere, conferre, referre. Philip. 12. Pedibus trahi. Designatur per hoc loquendi genus pessimus quidā rerū status, uel quædā rerū desperatio, uel exprimitur ad calamitatē assensus. Cic. Trahantur per me pedibus omnes rei, non laboro. Nec pedes, nec caput habere.

Fam. 7. Ad pedes se abijcere, uel sternere. Cic. pro Sest.

Sest. Ad pedes iacere, uel uolutari. Ibidem. Pedibus stipendia facere. Liuius. Qui tum stipēdia pedibus propter paupertatem fecissent. Ad pedes defilire. Cæs. Cōsuetudine sua ad pedes defilierunt. Pes pro pedali spatio. ad Att. 7. Pes pro fune nautico, quo in naui tenditur uelum. Vergilius. Vna omnes fecere pedem. Pro mensura metrica. Cic. in Orator. A pedibus seruus, quo in itineri faciēdo utimur. ad Att. 8. Pediculus pedis diminutiuum est. Pediculi etiam uocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. Pediculus præterea dicitur uermis in capite. Vnde pedicosus, uel pediculo sus, id est, pediculis plenus. Plaut. Pedicosus, squalidus, ubi me uidit, scabit caput. Pedicularis, ad pediculos pertinens, ut pedicularis morbus, quo corpus pediculis scatet. Pedū functionis uerba sunt ire, ingredi, ambulare, peragere, & similia. Vide primum Tomum.

Pedalis pedale dicitur, quod est pedis, scilicet, quod magnum est ad longitudinem pedis. Col. lib. 4. A pedali fit sesquipedalis, id est, pedis unius et dimidiati, pedarius, uel pedaneus. Pedarij appellantur, qui in senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam cōprobant, mouentes se loco & in partem eius, qui dixit, discedentes: propter quod, qui

ita faciunt ire in sententiam pedibus dicuntur, & ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarij sunt appellati. ad Att. 1. Pedaneus aliquando idem, quod pedalis. Col. lib. 5. Pedaneus uerò iudex dicitur, qui à præfide constituitur, ut minora iudicia discernat: dictus pedaneus, quod is magistratus non uehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum.

Pedissequus, qui dominū sequitur. ad Att. 2. Pedissequa. Terent. Accedo ad pedissequas. Trās latè. de Orat. 1.

Pc detentim à pede fit, & significat quasi suspenso gradu, id est, sensim & moderatè, & cautè. Cicero. Timidè & pedetentim istuc descendunt.

Pedis partes sunt. Talus, tarsus, planta. Talus est postremum cruris, pars scilicet pedis, in qua os propè calcaneum extuberat. Hor. Ad talos stola demissa & circumdata palla. Talus etiam os in articulo pedis uentre eminentis dicitur, quod est bifidus tantū animalibus nō homini, neq; cæteris animalibus. Pli. in ca. 45. Talus inde dictus, quatuor laterū, quo luditur. Plaut. in Bachid. Talaris uestis dicitur, quæ ad talos usq; propēdet. In Ver. Act. 7. Talarium dicitur, qd' ad talos pertinet, ut lex talaria, aduersus eos lata, qui talis lusitant. Videtur
de

de talarij ludi, quibus uidentur usi saltando. Off. 1.
 Talaria dicuntur calceamenta alata Mercurij. Verg.
 Et primū pedibus talaria nectit. Inde talaria indue
 re, pro eo, quod est fugam adornare, quasiq; uelle
 quopiam auolare, ad Att. 14

Calx pars pedis. Cic. Hic subsellium quoddā
 calce præmens dextra pedē defringit. Pro percus=
 sione pedum & plaga Tusc. 5 pro fine. Cic. Nunc
 uideo calcem, ad quem decursus est.

Tarsus est prior à talo. Planta uerò est pe=
 dis infimum Plin. 7 cap. 2.

Similariū partium nomenclatura.



Similares partes sunt corpora, quæ
 una circūscriptione clauduntur, eo
 qd' oēs partes tum sibi mutuo, tum
 totas similes habeant. Interdū uerò
 simplices dicuntur quod cōpositas cō=
 stituant. Gal. 8 de plac. Hip. et plat. Quales sunt.

Cutis est innatum corpori amiculū & cooperi=
 mentum. Fam. 10. Pinguedo & adeps differunt.
 Adeps crassior, neque facile liquescit fusus tamen
 celerrime coit, ac conglaciatur multò pinguedine
 durior. Pinguedo autem celeriter liquescit, sed non
 facile concrescit. Pinguis dicitur opimus, uel fo=
 cundus, unde horti pingues, & ocium pingue.

Pinguis

carnes uendit, uel qui carne plurimum uescitur & oblectatur. Carnarium modo pro ipsa carne accipitur, sicut cibariū pro cibo. Plau. Ridiculus qui mihi carnariū pararit. Modo pro loco ubi uēditur caro quam tabernam carnariam uocat Varro. Plau. Cenam à carnario emit. Modo pro loco ubi conditur caro, uel suspenditur. Plau. Adueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium.

Arteria est receptaculum sanguinis rarioris, & purioris commixti cum spiritu, natura pulsatis. de Nat. Deorum. 2.

Vena est uas sanguinis, confusi cum spiritu naturali, in qua tamen plus sanguinis, minus spiritus insit. Plin. lib. 12 cap. 37. Inde uenas incidere. Cic. in Piso. Translatè uenæ in terra sunt subterranei scilicet meatus, per quos unda manat, quæ alius liquor. Auri & argenti uenæ. Et uenæ arborum. Transfertur uena ad carnem, uel orationem. Cic. in Catil.

Nerui appellantur instrumenta, quæ sensum & motum, qui per uoluntatē fit, in omnia animantis membra traducunt. de Nat. Deor. 2. Nerui pro chordis, uel fidibus. Tus. 1. Nerus pro uinculo ferreo, in quo pedes impediuntur, & nonnunquam ceruix. Plaut. in Capt. Translatè pro robore & uiribus

bus ponitur : in neruis enim robur maximè consistit, unde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Dicimus intendere, contendere neruos, & incidere. Cic. Poët. & neruos uirtutis elidunt. Neruosus, qui multos neruos habet. Translate. Cic. Quis Aristotele neruosior? quis Theophrasto dulcior. Neruosè, id est, adhibitis neruis. Off. 3.

Ligamenta Galenus nominat, quæ ex ossibus procedunt, quemadmodum qui de cerebro & spinali oriuntur, neruos.

Ossa sunt corpora sicca, terrestria frigida, & sensus expertia. Cic. in Ver. Act. 3. Translate. Cic. in Brut.

Cartilago est os mollius, quod inunctionis utilitatem præbet articulis.

Instrumentariæ partes.



Instrumentariæ partes sunt ipsa organa functionum, ut caput, pedes, manus, de quibus satis dictum est. Capitales interiores partes. Pericranion, Cranion, torcular, meminges, cerebrum, meconarium, psalloeides corpus, uentriculi quatuor, porus, gloutia, uermiformis explantatio, posterioris cerebellum, ptyelon, choani, seu infundibulum.

lam. Idem recti formis plexus, septem neruorū coniugationes, palatum, uuula, fauces, tonsillæ, lingua, dentes gingiuae. Pericranion, est membrana, quæ cranion ambit. Cranion est galea, quæ & caluaria dicitur. Gal. 7 de usu part. Meminges membranæ sunt cerebrum ambientes, quarū altera crassa, altera subtilis, quæ & choriformis appellatur. Conarium est corpus substantia aden, et glandula, figura cono perquā simile Cerebrum. Gal. 8. de usu part. Cerebellū posterius est, aliàs parencephalim. Cerebrosus dicitur peruersi cerebri, & insanus, uel ad insaniam facilis, uel qui totus suo consilio hæret: uel qui iracundiæ plus satis obtemperans sine ratione fertur. Et dicitur tam de brutis, quàm de homine. Cerebri functiones, ratio, cogitatio, ratiocinatio, meditatio.

Vulua gargariorum, & columna, & columnella dicitur. Et est carnosae quaedam particula summa parte oris suspensa. Tonsillæ sunt circa uulua ex utraq; parte infra fauces: uocanturq; aliquando glandulæ ob quandam glandis similitudinem. Plin. 2. capite 37. Palatum est oris pars interior, quæ labijs, dentibusq; munita est. Cic. Voluptatē persequitur, quæ palato percipiatur. Palati functionis uerba hæc, Gustare est rei alicuius saporē percipere.

Trans

Translatè, pro leuiter aliquid attingere. Fam. 12.
 Degustare. Translatè tam ad personas, quàm res
 ipsas pertinet. ad Att. 1. Gustatus us, ui, de Orat. 3.
 Gustus idem, quod gustatus. Cic. de Senect. Trans-
 late. Philip. 2. Libare interdum est leuiter degusta-
 re, & quasi primis labris attingere Verg. Purpu-
 reosq; metunt flores, & flumina libant. Translatè
 de Orat. 1. Interdum pro sumere uel recipere. 4.
 Pro sacrificare ponitur. Cic. Certes fruges, certasq;
 baccas saccrdotes publicè libanto. Delibare est de-
 cerpere, uel quasi libando minuere. Fam. 10.

Fauces pro spatio ponuntur illo, quod inter
 gulam & guttur periacet. Vel superiorem partè
 gulæ significauit mento proximam, sed interiorem,
 ubi os angustatur. Plin. li. 11. Translatè. Cic. Pate-
 factus faucibus terræ.

Lingua. Cic. Oratores quidam lingua celeri
 & exercitata. Lingua pro sermone, uel sermonis
 uarietate, ut latina lingua, Gallica &c. Linguae
 functionis uoces. Loqui, loquela, locutio. Hæsitatio
 uel hæsitantia linguæ. Fam. 3. Vox dicitur
 omne quod sonat. Et ponitur sæpe pro sermone, uel
 ipsis uerbis. Off. 1. Inde uocem excitare, intendere,
 contendere, flectere, mutare, mittere. Et uoces ha-
 bere, pro mittere. Cic. pro Mur. Vocula. Fam. 2.

Vocalis

*parafac fōs
 ingandina.*

uocalis idem est quod uocē habens. Vnde appella-
ta sunt uocales differentes à consonantibus, quod
plenioris sunt soni, quàm consonantes. De perso-
nis dicitur. Cic. in Brut. De literis. Cic. Non est tam
rusticus, qui uocales nolit coniungere. Vocabulum
est, uox nomen, uel uerbum. Cic. pro Cecin. Voca-
re est appellare, accersere, uel adducere. Dicimus
etiam uocare senatum, aliquem ad laudem, in lu-
ctum, &c. Vocatus, us, ui, De orat. 3. Vocitare. Cic.
Qui Demetrius Phalereus uocitatus est. Vocifera-
re uel uociferari, est exclamare, uel clamorem ede-
re, In Ver. Act. 7. Vociferatio Ibidem. Clamare
est clamorē edere, uel contendere uoce. Cic. Cum et
de suo & de uxoris interitu clamaret. Clami-
tare. Cic. pro Ros. Com. Clamator. De Orat. 3.
Clamosus ad Heren. 2. Clamor de Orat. 1. Clamo-
rem edere, profundere, tollere. Cic. Clamorem sa-
tis magnum sustulerunt. Inclamare est altiore uoce
clamare, uel uocare: unde dicimus inclamare ali-
quem, pro aliquem uocare. De Orat. 1. Exclama-
re. Philip. 2. Exclamatio. Cic. Acutas uocis excla-
mationes uitare debemus. Proclamare. In Ver. Act.
7. Proclamator. Cic. Non caufidicum nescio quem
neq; proclamatorē, aut rabulam conquirimus. Sug-
clamare. Fam. 11. Conclamare. Philip. 6.

Dens generaliter ad omne dicitur, à quo aliquid teneri, uel extrahi potest. Dentes hic sunt qui cibum conterunt & conficiunt. Sunt autem ut plurimum triginta duo. Quatuor infra, supraq; incisoriij. Canini utrinq; duo, maxillares postea ab utroque latere quaterni, quiniue. Genuini dentes dicuntur dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Plin. 2. cap. 37. Dente maledico carpere dicuntur obtrectatores. Cic. pro Cor. Bulb. Et dentatus, qui dentibus est munitus. Translatè detata dicuntur mordacia. Cic. Dentata etiam charta res agetur. Dentire dicuntur pueri infantes, cum dentes emittunt. Vnde dentitio Latinis est dentium emissio. Pli. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores, dentitionisq; morbos.

Gingiua est caro quæ dentes comprehendit, ubi primum è stabulis suis emergunt. Plin. 23. capite. 6.

Dentium functionis uerba.

Dentium functio est mandere, id est, cibum terere, & cōficere. Cic. Dentibus manditur, extenuatur, & molliitur cibus. Translatè. Cic. de Arusp. Resp. Mansum quod dari solet infantibus. De Orat. 2. Mordere. Cic. Alij canes & lacerare, & mora

Et mordere possunt. Et mordere frenum, pro eo quod est, uel leuiter repugnare seruituti. Fam. 11. Mordax dicitur ad morsum proptus, uel qui mordendo dedit. De Orat. 2. Morsus. Off. 2. Translatè. Cic. Acer morsus doloris. Mordicus idè est, quod arte frictu: Vnde dicimus aliquid mordicus tenere, pro summa pertinacia tueri. Ci. Verba tenet mordicus.

Collii partes interiores.



OLL I partes interiores sunt. Gula, seu stomachus, et œsophagus, Aspera arteria, iugulares uenæ, et arteriæ, Nerui recurrentes. Gula meatus ille est, per quem ingrediuntur cibi et potus. Eam partem, quæ inter fauces, et os uentriculi media est œsophagum nominant, alij Stomachum medici nostro tēpore gulam. Stomachus tamē quando fistula sit, per quē cibus descendit, attamen pro uentriculo à Latinis ponitur, id est, receptaculo ciborum. Iuue. Si stomachus domini feruet, uinoq; cibusq;. Stomachi functionis uoces. Digerere. Translatè. Cic. Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Concoquere. Cic. Cibus facillimus ad concoquendum. Translatè. Fam. 9.

Gulæ functionis

uerba.

Gulæ functionis uerba sunt. Vorare quod est cibum non confectum deglutire. Cic. Anima lia alia sugunt, alia uorant, alia mandunt. Translatè. Cic. Nos hic uoramus literas. Vorax. Cic. Quæ charybdis tam uorax, tot res tã cito absorbere potuisset? Deuorare. De Nat. Deor. 2. Translatè. Deuoramus tam grata, quàm ingrata, in quo mira inest cupiditas, uel mira sensus obstupescit demonstratio. Fam. 11. Sorbere est aliquid molle & liquidum deglutire. Quod uerbum ficticiu est à sono uocis, quem faciunt, qui sorbent. Translatè, Cic. Ista odia non sorbere solum, sed etiam concoquo. Sorbillare est diminutiuum à sorbeo, & Propriè est parum, uel frequenter sorbere. Teren. Quod quidem erit bellissimum carpam, & cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem. Absorbere idem est, quod uoraciter deglutire, Translatè. Cic. Hinc absorbit æstus quidã gloriæ. Exorbere. Cic. Seruius multorum difficultates exorbit.

Haurire, dicimus poculum, aquam è fonte, uel flumine. Translatè. Cic. Vnus pro omnibus hauri si indignissimam calamitatem.

Arteria aspera, quam & Brouchon nominant,

nant, uia est, per quã ingreditur aër in pulmones. Cuius superior finis larynx dicitur. Gall. de usu part. 8.

Thoracis partes interiores.

Thoracis partes interiores sunt cor, pulmones, pleura, intercipiens membrana, mesopleuria, phrenes. Cor quasi cratia, id est, ex quodam dominio, et principatu, uiscus est ad uitam omnium præcipuum, & pulsuum origo. Huius partes fiunt aures duæ in utramq; partem sitæ. Duo sinus seu uentriculi. Et pericardion uelut capsula cor inuoluens. Corculum pro paruo corde. Plaut. Meum corculum. Antiqui pro solerte & acuto posuerunt Tusc. 1. Nasica illa prudens bis consul corculum appellatus est. Cordatus. Cic. Egregie cordatus homo id est, magnus, excelsus, prudens sapiens, & cautus. Cordatè, prudenter & cautè Excors contrariu. Cic. Hoc qui, nõ uidet excors est. Vecors. Cic. Vecors repètè sine suo uultu, sine colore, sine uoce constitit. Cordolium, Plaut. Mihi cordolium est.

Pulmo uiscus est, sicut hepar, uasorum multorum, ueluti plexus quidam, ac textum, inter quas regiones medias caro mollis tanquam stœbe id est, textura quædam replet. Cic de Nat. Deor. 2. Pul-

monum functionis uerba sunt spirare, quod idem est, quod spiritum uel animam ducere. Cic. pro Domo sua. Translatè. Cic. Spirante etiam Respublica ad eius spolia detrahenda aduolauerunt. Spirabilis. De Nat. Deor. 2. Spiritus est inspiratio, respiratio uel flamen. Philip. 10. Inde spiritum ducere. Fam. 10.

Spiritum auferre. In Ver. Act. 7. Translatè pro audacia, & quadam animi elatione. Cic. contra Rull. Spiritus auferre. Cic. pro Syll. Sumere de bel. Gall. lib. 11.

Anima pro flatu, uel spiritu. Cic. Ita uiuunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant. Anima pro ui qua rationis participes sumus. Cic. Aegroto dum anima est, spes esse dicitur. Animare est uitam, uel animam dare. Cic. Quicquid est hoc omnia animat, format, alit. Animatio. Cicero Diuinæ animationis maximè speciem faciebat ex igne. Animatus passiuæ magis quàm actiuæ significationis esse uidetur, ut scilicet sit animans, quod animam habet. Off. 1. Animatus pro animam habente, & uim uitalem. Tusc. 1. Vel pro affecto uel incenso. De Amicitia.

Ani-

Animal, idem est, quod animans. Et dicitur, uel de homine, uel de brutis quadrupedibus, uel de auibus. Off. 2. Animalis, le, idem est, quod animans, uel animal, uel spirabile. Cic. Siue illi sunt animales, siue ignei.

Exanimare propriè est animam adimere, uel auferre. Translatè, pro tanta perturbatione atque sollicitudine affici, ut anima adempta uideri possit. Tusculanarū. 5. Exanimatio. Off. 1. Exanimatus. Fam. 8. Examinatus sum tuis literis. Inanimatus idem est, quod animæ expers. Off. 2. Inanimis pro inanimato. Cicero. Siue in anima natura, siue necessitas ui magna incitata.

Anhelare etiam pulmonum est, & est spiritum haurire, uel edere. Translatè. Cic. Iste anhelans ex imo pectore crudelitatem &c.

Anhelator, qui breui est spiritu, qui quæ subinde anhelat. Plinius. Anhelatoribus, & in tussi uetusta cum porro ex aceto datur. Anhelitus est spiritus emissio. Cic. post Red. & Phil. 13. Translatè. Cicero, Euanuisse aiunt uetustate uini loci eius, unde anhelitus illæ terræ fieret. Halitus. Tuscul. 2. Halare est spirare.

Verg. Inuität croceis halantes floribus horti. Exhalare, pro sperare, uel spiritum emittere. Philip. 2. Exhalatio est anhelitus, aspiratio, uapor, afflatus. Tus. 1.

Pleura membrana est, quæ succingit costas. Mesopleuriam uerò musculos appellamus inter media costarum spatia.

Intercipiens membrana cuius succingente nascitur, & duplex est, recta ad pectoris longitudinem sibi coherens.

Phrenes, quæ diaphragma, & septum transversum dicuntur, musculum uocant, qui separat thoracem, & spiritalia organa à uentre & organis nutrimenti.

Ventris partes interiores.

Ventris partes interiores sunt. Hepar, seu iecur, fel, uenterculus, intestina, mesenterium, lien, omentum, renes, Venæ & arteriæ emulgentes, pori ureteres, uesica, matrix, peritoneum. Hepar organum est sanguificationis, & concupiscibilis uirtutis principium. Iecur idem est. Plinius undecimo cap. 37. Iecusculum est paruum iecur Ibidem.

Sanguis.

Sanguis. Cic. Non sanguis, nec sudor, nisi ex corpore est. Sanguinē mittere, pro extrahere. Propriè. Celsus. Aliquando primo die sanguinem mittere necesse est. Träslatè. ad Att. 6. Missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Sanguis pro genere, uel pro genie. Cic. pro Rosc. Amer. Sanguinarius pro seuo & crudeli ponitur, ut sit quasi sanguis fundendi amans, & cupidus. Transfertur etiã ad inanimata. ad Att. 2. Sanguineus, idem quod sanguine plenus, uel quod ad similitudinem sanguinis rubet. Etiam ponitur pro crudeli. Cic. de Diui. 2. Sanguinolentus, est sanguine atratus. ad Heren. 4. Consanguineus est sanguine & cognatione coniunctus, uel propinquus. Plaut. Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.

Fel est purgamentū sanguinis, cui tantū inest uirus, ut hominem totum decolorem reddat. de Diuin. 2.

Ventriculus promptuarium est cibū uniuersum suscipiens. Gal. de usu part. 4.

Viscera significant omnes illas partes, quæ cōtinentur in uentre, & in thorace, ut cor, pulmo, iecur uentriculus &c. Cic. Tanti aderant morbi uesicæ & uiscerum &c. Nonnulli uiscera dici uolunt carnem non tantum intestinam, sed quicquid

sub corio est, id est, quæ est inter ossa et cutē. Ver-
 Tergora diripiunt costis & uiscera nudāt. Trās-
 latē. Cic. Extruxit uillam in Tusculano uisceribus
 ærarij. Visceratio est crudæ carnis distributio, &
 dilargitio, quæ in funere diuitem apud antiquos fie-
 ri solebat. Liuius. Populo uisceratio data est à M.
 Fuluius in funere matris.

Extæ uno nomine præcordia uocari uult in ho-
 mine. Pli. lib. 30. Alij iecur, cor & pulmonem extæ
 esse dicunt, quia extent. Cic. Sūt qui uel argutissima
 hæc extæ esse dicant.

Intestina neruosa sunt corpora ad alimen-
 ti distributionem, & causa non repentinæ excretio-
 nis facta. Fam. 7. Intestinus, a, um, idē est, quod inti-
 mus. Cic. Ingrauescit in dies intestinum malum. Inte-
 stinorum nomina sunt hæc. Quorum primum dici-
 tur. Ecphysis, hoc est, exortus. Appellatur etiā duo-
 denum, siue dodecadactilon. Secundum dicitur Ieiun-
 num, quia nunquàm quod accipit cōtinet, sed protin-
 nus ad inferiora transmittit. Hoc antiqui hirā uel
 hilam, uel hilum neutro genere dixerunt. Tertium
 subtile, siue ileon nominatur. Quartū cæcū, Quintū
 colon, Sextum rectum.

Alius est intestinorū complexio, pars scili-
 cet corporis subiecta stomacho. Latini abutuntur
 alue.

aluo pro utero. Cic. pro Cluent. Inde Aluum ciere, elicere pro soluere, & laxare, aluum mouere, Cat. Si uoles seruare in uetustatem, ad aluum mouendā seruato, nec commisceas in cætero uino. Aluum bonam facere, pro mouere. Aluum ire, pro laxari, uel solui, Aluū deijcere pro exonerare & purgare. Aluum sistere, uel tardare opponitur aluo ciende uel mouende.

Mesenterium, quod & mesareon dicitur, pars est media intestina complectens. Mensentoriū à situ quidē appellatur. Mesareon uerò à propria substantia.

Lien & splen est uiscus in sinistro præcordio, quod uentriculo incumbit, & terreū sanguinē ab hepate trahit. Plin. 2 cap. 37. Lienosus dicitur, qui liene laborat. Pli. lib. 7. Spleneticus dicitur, qui splene laborat. Pli. 20 cap. 9. Spleniū est caput splenis pinguis. Hinc splenia uelut per similitudinē dicuntur facta ex panno laneo, uel lineo, quæ ad curā corporis super imponi solent. Mart. Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.

Omentum constat duabus tunicis, uenis multis, & arterijs, & pinguedine non pauca, ut uentrem cuius fundo insidet, foueat, & calorē tueatur, Pli. lib. 2 cap. 37

Peritoneum

Peritoneum membrana est subtilis, araneorum telis similis. Dictum peritoneum, quod omnibus uisceribus intestinis & uasis, quæ inter septum transuersum, & crura sunt, obtendatur.

Renes sunt corpora densa, solida, aquosam humiditatem attrahentia, & per meatum ab urina *ουρητηρα* dictum, ad uesicam expellentia. *Tus. 1.*

Vesica est urinae receptaculum, folliculus, scilicet, in quo urina colligitur infra aluum à priori parte. *Iuue. Vetulae uesica beatae.*

Vterus, qui & matrix dicitur, organum est conceptionis, duplex in unum collum terminatus. Item *Loci pro utere. Plin. 2 cap. 37. Vterus pro uentre. Verg. Vterumq; armato milite complent. Et uentrem ferre, uel uterum gerere indifferenter dicitur. Varro li. 2. cap. 1. Vterum gerere. Cor. Cel. lib. 2 cap. 9. Vteri partes hæ sunt. Collum, seu ceruix incipit à uia, qua intro sperma, ingreditur, desinit ad muliebrem pudendum. Quod interuallum mediocriter undecim digitorum est, neruosum multum & durum. Foramen seu orificium collo, uel ceruici uteri inest, quo quidem foramine mulier menstrua expurgat. Atq; incredibile est, quantum dilatetur in partu. Himenæon ceruix est membranosa, ex musculorum textura conniuens, quæ ut dirumpatur, pri-*

ma coitio acerrima est. Himeneus hymnus apud antiquos dicebatur, qui canebatur in nuptijs uirginalibus. Teren. Hoc mihi mora est, Tibicina, & himeneum qui cantent. Himen, siue himeneus filius fuit Veneris, & Liberi patris, deus nuptiarum ab Antiquis creditus, quod primus certas nuptias instituerit. Capitur quandoq; pro ipso connubio, & interdum pro cantu nuptiali. Oui. Turpia formosus corpora iungit Himen. Acetabula sunt uenarum & articularum ora in fundo matricis terminata. Cornua sunt processus utrinq; ad ilia inclinantes. Testes sunt qui coctionem seminis absoluunt, mulieribus utraq; uteri fundi parte ex lateribus siti. Viris autem in scroto.

Artuum partes interiores sequuntur. Musculus est organum motus uoluntarij, qui & lacertus dicitur, ad similitudinē figuræ, quam habet cum lacertis & muribus. Lacertus pro brachio, uiribus & neruis à latinis usurpantur. Tus. 2. Translatè. Cic. in Brut. Lacertosus est robustus & ualidus. Philip. 8.

Tendo est id quod ex musculo nascitur, illud neruosum & durum, ex neruo & ligamine compositum. De uena, arteria & neruo diximus.

Vultus

Vultus.



VLTVS dicitur uoluntas ho-
minis, quæ pro motu animi in facie
ostēdatur. Sic uultus magis ad ani-
mum refertur atq; uoluntatē, unde
descēdit. Facies uerò magis ad cor-
pus. Nam uolo supinū habebat, uultū. Cic. Cupere
uidere uultū tuum, cum hæc legeres. Vultū subire.
Fam. 8. Vulticulus à uultu diminutiū. Cic. Non te
Bruti nostri uulticulus ab ista oratiōe deterret? Vul-
tuosus idē est, quod cum nimio uultu, uel cum nimijs
uultus mutationibus. Cic. in Orat.

Forma generaliter species est, figura, notio,
character. Itaq; aliquādo ad corpus attinet, aliquā-
do à corpore abhorret. Ad corpus. Cic. Adolescens
in quo forma, & species sit liberalis. Gel. 5 ca. 2. de
forma stata & uxoria. Exemplum à corpore alie-
num. Cic. Qui Græciæ formam Rerumpub. dede-
runt. Formula à corpore abhorret prorsus, & ac-
cipitur pro præscripto, norma, uel nota. Cic. Aquī-
lius protulit de dolo malo formulas. Formosus dici-
tur pulcher, uel qui eximia facie est. De Inuent. 2.
Formositas est pulchritudo. Off. 1. Formare est for-
mam dare, fingere, uel effingere. Propriè. de Nat.
Deor. 1. Translatè. de Orat. 3. Informare est for-
mam

nam primam dare, & rem utcumq; inchoare, nec omnino perficere, uel est conformare, & uelut docere atq; instruere. Ductū à figulis uascula fingentibus. Aut à fabris materiem dolantibus, atq; ad formam aliquam poliētibus. Translatè. Cic. Petitorum hæc est informata adhuc cogitatio. Informatio. de Orat. 2. Conformare. Cic. Orator ita conformandus est etc. Cōformatio est figura, habitus, forma representatio, uel quædā aliquid cōfirmās actio, et quasi formam solidiorē præbens, & creans atq; inducēs. Cic. Vocis conformatio atq; uarietas.

Species aut pro forma uel facie ponitur. Plaut. Bellāue uidetur specie mulier. Aut pro notatione est, pro demonstratione, prætextu, & quasi uelamento de quo alibi. Inde speciosus, quod est pulcher, illustris, aut eximius, nec magis personis quàm rebus conuenit. ad Att. 36. Reuersionis has speciosas causas habeo.

Figura est forma, uel species, diciturq; tam de rebus alijs, quàm de homine. de Homine. Cic. Feritas beluæ in figura hominis. De rebus alijs. Cic. Optima species, & figura dicendi. Figurare est figurā dare. de Nat. Deor. 1.

Statura est corporis qualitas. Cic. Vires hominis breues aut parua statura.

Pulcher

Pulcher idem est quod *formosus*, in quo forma et species est liberalis, egregia, uel eximia facie: idq; cum ad personas pertinet. Cū uerò extra personam est, accipi solet pro decoro, præclaro, uisendo insigni. Off. 1. Pulcher pro felici & beato Cic. pro Mur. Pulchritudo est apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate. Aut corporis est. Off. 3. Aut rerum aliarum. de Orat. 3 Pulchrè est præclarè, uel probè. Cic. At quàm pulchrè dicere uidebare.

Venustus, idem est, quod pulcher, elegans, uel lepidus, tam ad res quàm ad corpus pertinens. Interdum pro sermonis lepore ponitur. Cic. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm uenustæ et concinnæ. Venustas propriè est formositas, uel pulchritudo muliebris, dicta à Venere. Aliquãdo pro gratia dicendi, uel amabili suauitate. de Orat. 1. 2. 3

Lepidus est in quo lepore est plurimū, & tam de hominibus quàm de oratione, & alijs dicitur rebus. Cic. Lepida & concinna exornatio. Lepidè est uenustè, ornatè, decorè, appositè, elegãter. Plaut. Lepidè stratus lectus.

Lepor est iucunditas, festiuitas, hilaritas, humanitas, urbanitas. Et totus in sermone consistit. Cic. Facetiarum quidam lepos.

Habitus

Habitus est corporis manens affectio. Vel animi cōstans, & absoluta aliqua in re perfectio, ut uirtutis, aut artis perceptio alicuius, aut quæ uis scientia. Habitus cum corporis est, diximus poni pro corporis affectione. Cic. in Brut. In quo significato dicitur etiā habitus, a, um, adiecliuè pro affecto, sed id in bonam partem, ut sit habitus idem ferè, quod pinguis & obesus. Plau. Corpulētior herclè, atq; habitior. Cum animi est pro cōsuetudine et exercitatione conformata ponitur. Quo in genere sunt, uirtus, scientia & similia. Cic. Iusticia est habitus animi. Cū cultus est, uel ornatus. Pli. Epist. lib. 5. Trāslatè. Cic. in Brut. Habitudo idem est, quod habitus, cum habitus est corporis. Ter. Quis color, nitor, uestitus, quæ habitudo est corporis? Constitutio cū corporis est, ponitur pro habitudine. Off. 2.

Valetudo est corporis habitudo, uel constitutio. Valetudo pro habitudine bona. Fam. 9. Pro mala Idem. 4. Valetudo mala Tusc. 4. Valetudo incōmoda, tenuis, grauis, infirma, imbecillis, ægra, perdita. Item dicimus ualetudinis perturbatio, grauitas, infirmitas, imbecillitas. Fam. 7. Valetudine impediri. Fam. 12. Valetudinis rationem habere. Cic. Cum ualetudinis rationem habueris, habeto etiam nauigationis. Valetudini operā dare de

Orat. 1. Consule. Fam. 16. Seruire. Fam. 5. Indulge-
 re. Fam. 16. Valetudinem curare. Fam. 14. Valetu-
 dine leuari. Fam. 6. Valetudine emergere. ad Att. 5
 Valetudinem confirmare ad Att. 10. Inualetudo si-
 gnificationem contrariam habet bonæ valetudini.
 Cic. Inualetudine tua moueor.

Morbus est habitus corporis contra natu-
 ram, qui usum eius facit deteriorem. Aliàs in toto
 corpore, aliàs in parte accidere solet. Totius corpo-
 ris morbus est, ueluti phthisis & febris. Partis au-
 tem, ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Morbi in ani-
 mo dicuntur uitia inueterata, ut est auaritia, uel ani-
 bitio. Cic. Ego omnes morbos reformido. Inde dici-
 mus, morbum nasci. Tus. 4. Morbum adesse. De
 Finib. 2. In morbū cadere. Tus. 1. Incidere, Fam. 13.
 Delabi. ad Att. 7. In morbo esse. Cic. Ille quoque
 sodalis istius erat in hoc morbo. Morbo impediti.
 Cic. Quod morbo impeditus in Siciliam non trans-
 ieris. Morbo affici Cic. Graui, periculosoq; morbo
 affectus. Morbo affligi. Cic. in Pis. Vrgeri, intabe-
 scere, opprimi. Cic. Tantus eum morbus impro-
 uiso oppressit. Morbum crescere, ingrauescere,
 aggrauescere, senescere. Cic. Visa est mihi uel loci
 mutatio, uel animi etiam relaxatio, uel ipsa for-
 tassis iam senescētis morbi remissio profuisse. Mor-
 bole-

bo leuari. Fam. 12. Et morbo recreari. Cice. Eorum alter nondū ex longinquitate grauisissimi morbi recreatus. Morbum remouere, depellere. Fam. 7. Morbo defungi. Liuius. Defuncta morbus corpora, salubriora esse capere. Ex morbo euadere. Cice. de Diuinat. Morbosus est morbo affectus. Tus. 4.

Febris, uel febricula est morbi genus, dicta à feritate, uel à feruore. Et appellatur quotidiana, tertiana, uel quartana febris, quæ quotidie, uel in diē quemq; tertium uel quartum reuertitur. Fam. 16. Inde dicimus. In febrem incidere. Fam. 10. Febrem habere. Fam. 7. Febri iactari. Cic. in Catul. Febrē decedere, uel discedere ab aliquo. Cic. Cum biduū cibo se abstinuissent, subito febris decessit. A febre relinqui, ad Att. 8. A febre liberari, Cic. Te à quartana liberatum gaudeo Febri carere. Cicero. Mihi nunciauit te febre planè carere. Item dicimus. Diem meum, diem tuum, pro die, quo febris reuertitur, uel quo febre iterum iactor, uel tu iactaris. Cicero ad Atticum. 7. Diem tuū ex epistola, quam iam incipiente febricula scripseras notueram. Cic. ad Att. 9. Cura, ut ualeas, puto enim diem tuum heri fuisse.

GRAUEDO

Grauedo est morbus, seu humor, qui ex capite distillat, nares claudit, uocem obtundit, tussim siccam mouet. Cic. Grauedo tua mihi molesta est. Grauedinosus dicitur, nō solum qui grauetudine infestatur, sed etiā qui ad eum morbū est procliuior. Tus. 4. Grauedinosum quoq; appellatur, quod grauedinem facit uel mouet. Plin. 18 cap. 15.

Tentari pro commouere, urgere, uel iactare, quod totum conuenit morbo, siue febris sit, siue grauedo, siue aliud quoduis morbi genus. Cic. Scripturas te quodam ualetudinis genere tentari. Tentatio ponitur pro commotiuncula, ut ijs accidere solet, qui febrim habent, uel qui non ita dudum à febre relictī sunt: solent enim suo die febrim reuertentem, uel hora ipsa, qua febris reuertī solebat, nescio qua commotiuncula cohæcere. Cic. Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à uctere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo.

Affici, pro morbo cōmoueri, uel tentari. De homine dicitur. Cic. L. Cæsarem grauitè affectum Neapoli uiderā. Vel de rebus alijs. Cic. Animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem cum cōsilio perspicere non possit. Et affectio est corporis aut animi ex tempore aliqua de causa cōmutatio. Corporis est, ut calor insolitus, frigus, febris, grauedo, & morbus omnis

nis præter naturalem corporis habitudinem natus.
 Animi est ut letitia, cupiditas, metus, molestia. Cic.
 Amentia est animi affectio lumine mentis carens.
 Affectio etiam coeli, uel astrorum dicitur. de Nat.
 Deor. 3. Affectus, us, ui, idem est quod affectio, stu-
 dium, uel cupiditas. Cic. Affectus animi in bono ui-
 ro laudabilis.

Habere se bene uel belle, idè quod bona ua-
 letudine esse. Et male habere, uel grauiter habere
 se, idè quod infirma & ægra ualetudine esse. Neq;
 solum corpus humanum benè, uel malè habere se di-
 citur, sed res etiam aliæ. Cic. Quomodo regnum il-
 lud se se habeat, quis procuret, diligenter mihi per-
 scribas. Bene, uel malè. Cic. Bene habemus nos. Ma-
 lè. Fam. 8. Grauiter. Fam. 9.

Esse pro habere se, Benè, uel malè dicimus esse.
 Cic. Apud herum rectè erat. Malè uel commodè.
 ad Att. 6.

Dolere idem est, quod angere, uel, uel crucia-
 ri corpus, ferre non possumus. Condolere etiam hic
 est corporis. Plaut. Mihi de uento miserè condoluit
 caput. Dolor. Cic. Ille facillè dolorem corporis pa-
 tiebatur. Inde dolorem facere. Cic. Ad Octau. Dolo-
 re afficere: Cic. Tantis pedum doloribus afficitur,
 ut se conueniri nolit. Dolorem habere. ad Att. 1.

Dolore premi, uel opprimi. Fam. 10. Dolores remittere se. Cic. in Brut.

Laborare hic eorū est, qui morbo, uel corporis doloribus afficiuntur. Dicuntur artus nostri laborare, uel nos ipsi laborare dicimur, aut morbo, aut ex morbo. Membrū aliquod laborare dicimus, pro laborato ex aliquo. Tus. 2. Cū ablatiuo et præpositione, Fam. 7

Aegrotare est ægro corpore esse, uel morbo affici. Fam. 12. Animum aegrotare, pro ægritudine affici dicimus. Tus. 4. Aegrotatio. Tus. 3. Aegrotus uel ad corpus refertur. Fam. 9. Vel ad animum. Ter. in And. Translatè. In Ver. Act. 1. Aeger uel corpore. Fam. 14. Vel animo. Cic. pro Coel. Translatè. Cic. pro Mil. Aegre idem est quod difficile, uel cū molestia. Cic. Ab hasta ea ægrè me tenui

Infirmus dicitur aliquis, qui ægro corpore fuit, & eam ob rē uires amisit, estq; imbecillis & debilis. Cic. Is corpore erat infirmo. Extra corpus Cic. Vestræ cautiones infirmæ sunt. Infirmitas, est imbecillitas, uel debilitas. Animi uires corporis infirmitas non retardauit. Extra corpus. Fam. 6. Infirme. Fam. 16

Imbecillis uel imbecillus idē est, quod infirmus, parum scilicet firmamenti ac uirū habens, tenuis

ui, aut nulla ualetudine. Fam. 7. Extra corpus. Fam. 9. Imbecillitas est infirmitas. Cic. Infirmitas laterum, & uiriū imbecillitas. Extra corpus. Cicero. Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratum præstare nihil possum. Imbecilliter magis extra corpus est, quàm in corpore positum. Tus. 5.

Curare est idem quod adhibitis purgationibus, & alijs medicinæ remedijs morbum depellere, corpus reficere, & uires ægra ualetudine amissas reuocare, aut genio indulgere. Cic. Sed iam surgamus, nosq; curemus. Curatio tota hîc corporis, uel ualetudinis est. Fam. 16

Mederi, est curare, uel remedium adhibere, et morbo ingrauescēti occurrere. Cic. Cum morbo alicui mederi uis, consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscenda est. Medicare, uel medicari est medicinā facere. Vel in medicinæ modū cōmiscere, cōspargereq; Verg. Semina uidi equidē multos medicare ferentes. Medicari uero frequētius est q̄ medicare. Aut datiuū habet. Verg. Senibus medicatur anhelis. Aut accusatiuum. Verg. Sed non dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit. Medicamen est remediū, uel medicina. Cic. in Pis. Medicamentū, Cic. Ut pulneri præsto medicamē sit. Medicina. Cic.

ut ualeas. Nonnulli pro mala ualetudine accipi uolunt. Inde ualens est sanus, ualidus, firmus, potens, uel fortis. Ad corpus pertinens. Cic. Ibi bene ualentem uidi Pyliam. Extra corpus. Cic. In Lyfia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit ualentius. Validus Cic. Omnia uiceris, si te, ut spero, ualidū uidero. Validè Cic. Pro amicitia ualidissimè fauebam ei.

Confirmare est corroborare, & uires amissas penitus recuperare, quod pertinet tam ad res alias, quàm ad corpus. Cic. Cum te benè confirmaueris, ad non uenias.

Consistere. Consistimus, cum recuperatis uiribus, firmiores incipimus esse, & ualidiores, ita sanè, ut sine ulla corporis imbecillitate possimus ingredi. Fam. 7.

Sanus est, cui bona ualetudo est, uel qui firmo corpore est, opponiturq; ægroto. Extra corpus aliquando est. Off. 3. Aliquādo animi uel mentis. Cic. Aut taceat oportet, aut insanus quidem iudicetur. Aliquando rerum aliarum. Cic. Hic copiosissimus, si nihil aliud est, uix satis sanus uideri solet. Sanitas est uel corporis. Tus. 3. Vel animi. Cic. Hos, quibus sanitas est, certè timere non debeo. Vel rerum aliarum. Cic. Qui incorrupta sanitate sunt.

Firmus idem est, quod **sanus, integer, ualidus, robustus**. Obserua uerò firmū hominem nunquā dici, sed absolute seper. Cic. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadē deportares. Extra corpus ponitur, pro **stabili, rato, fixo, immortalī, qd' nunquā ullāui labefactari potest, nunquā dimoueri loco, ut firma amicitia præcepta, acta, opiargumēta, decreta, & similia.**

Vegetus idē est, q̄ **sanus, firmus, uel ualēs**. Cic. Te uegetum nobis in Græcia siste. Extra corpus. Cic. Ne tā uegeta mens in sanguine demersa iaceat.

Integer ad corpus refertur & ponitur, pro **Vegeto, ualento, firmo, & sano**. Cic. Quintū tū uī dī planē integrū. Propriē tamē significat **corruptū, inuiolatum, castum, solidum, totum, plenum**. Cic. Quos ego florentes, atq; integros uici.

Incolumis pro **saluo uel integro** ponitur, sed magis ad **status felicitatem** pertinet, quā ad **corporis habitudinem**. Cic. Ciues integros incolumesq; seruauī. **Incolumitas** est **salutis tuta, atq; integra cōseruatio**. Cic. Adiutor eius incolumitatis fui.

Saluus significat **sanū, incolumē, integrum, cōseruatū**. Et aut de animatis dicitur. Cic. Tua prudentia salui esse potuissent. Aut de inanimatis. Cic. Vt hæc, quæ dixi, retinere incolumia, ac salua possimus

Salua

Salus idē est, quod incolunitas, opponiturq; exitio, uel perniciosi. Cic. *Quæ ad reditum & salutem tuam spectant.* Inde dicimus: *Salutem agi.* Cic. *Agitur salus sociorum, atq; amicorū, &c. Salutem petere.* Cic. *A Iurisconsultis salubritas quædam, ab Oratoribus salus ipsa petitur. Salutē deserere.* Cic. *Multum interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur. Saluti esse.* Fam. 6. *Salutē affligere.* Cic. *Minore in re uiolatur dignitas tua, quàm mea salus afflicta sit. Salutis rationem habere.* Fam. 1. *Vel ducere.* Cic. *Pudori malui, famæq; cedere, quàm salutis meæ rationē ducere. Saluti consulere.* Fam. 4. *Ad salutē uocare.* De Orat. 2. *Ad salutē reducere.* Cic. *post Red. Saluti esse.* Cic. *Hic liber mihi saluti fuit. Salutē ferre, uel adferre.* De Finib. 2. *Salutē dare.* ad Att. 11. *Restituere.* Cic. *pro Dom. Salutē ab aliquo accipere.* Ibidē. *Recuperare.* Fam. 14. *Retinere.* Fam. 5. *Salus aliquando pro salutis denuntiatione ponitur. Et dicimus salutē dicere.* Cic. *Lepta tibi salutē dicit & omnes. Translatē in malā partē sumitur, pro relinquere uel refugere.* Fam. 7. *Latini dicūt pro salutē dicere, nunciū remittere. Id qd̄ fiebat propriè à diuortio cū uir nuntiū ab uxore repudiata missū remittebat cū mandato, ut uxor res suas sibi haberet.* Cic. *Vxori Cæsar nuntiū remisit.*

Salutem

Salutē nūciare. Fam. 7. Impertire. ad Att. 2. A scribere. ad Att. 5. mittere. Cic. Atticam cupio suauiter ita mihi dulcis stilus per te missa est ab illa. Salutē referre. ad Att. 16. Loquendi modus hic est, scilicet, salutem dicere meis, uel tuis uerbis. Cic. Locutus sum, ut ei meis uerbis diceret. Saluare uerbum barbarum, cuius loco seruare ponendū ubiq; apud doctos, contra M. Nizoliū & alios. Salutare est salutem dicere, uel nunciare. Cic. Antequam me plane salutauit. Salutator. Cic. In salutatoribus, q̄ magis uulgares sunt, &c. Salutatio. Fam. 7. Consalutare, Cic. Qui cum inter se, ut ipsorum usus seruebat, amicissimè consalutassent. Consalutatio. Cic. ad At. 2. Persalutare. Cic. pro Flac. Persalutatio. Cic. pro Mur. Saluere. Cic. Dionysium iube saluere.

Tutus, uel personis cōuenit. Cic. Quo se satis tutum arbitratur præsidio? uirtutis & gloriæ? &c. Vel rebus alijs. Cic. Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Dicimus quoq; In tuto collocare, uel esse. Fam. 12. Tutè. Cic. Tutè uiuit, qui honestè uiuit. Tuto. Cic. Ut è suis munitus tuto in foro esset.

SECURUS, qui sine cura est & timore, etiam si immineat periculum, est supinus et dissolutus, id est, socors & deses. Cic. De lingua Latina securi es animi.

animi. *Securitas est curarum requies, uel curarum uacuitas. Cic. Ut tranquillitas animi adsit & securitas.*

N A T V R A.



Natura proprie nihil aliud est, quã quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Exemplũ pro hominum & rerum omniũ parente. Cic. Omnium est natura communis. Ad animata pertinens, ponitur natura pro ingenio & habitu quodam, uel corporis uel animi, quo uegeti sumus, uel male affecti, & tunc corporis constitutionis planè est. Vel quo aliquid sequimur, amamus, odimus, repudiamus, seu id in uitio positum sit, seu laudem, comendationemq; referat. Ita natura ipsa homines, animaliaq; bruta uel bene ualent, uel ægra ualitudine præmuntur. Natura item ipsa libidinosi, iracundi, rixosi, gulosi uel sumus, aut in aliud quoduis uicium propendemus atq; dilabimur, uel natura impellente uirtuti nos dedimus, uel laudis uiam ingredimur. Cic. Habeo non temporũ solum rationem, sed nature etiam tuæ. Nature inanimatis exemplum conueniens. Et ponitur pro ui, ut cum dicimus naturam ignis, sulfuris, ueneni, & c. Cic. Argumenta aut ex sua sumuntur ui, atq; natura, aut assumuntur foris.

Natura

Natura pro per se, uel sua sponte. Cic. Victoria natura insolens est. Natura comparatū, uel insitū, idē est, quod aptitudine naturæ innatū. Cic. Si natura cōparatū esset, ut ea dormientes agerent, quæ somnia rent, &c. Naturā ferre uel se habere. Idem significat, quod sic est natura, uel sic est uita, uel naturæ est. Ci. Natura fert, ut eis faueamus, qui &c. Naturæ satisfacere, cōcedere, uel cedere est idē, qd' corpus à natura acceptū morti ministræ naturæ tradere, et ad præscriptos uitæ fines locum naturæ dare, animās aliud in orbē intrudēti. Cic. Pater ut necesse erat, naturæ cōcessit. Natura uel naturalia pro pudēdis hominis, ut foeminae partibus scilicet pro genitalibus. Pli. Si quadrupedes foetū nō admittāt uetica natura fricāda est. Naturalis significat innatū, insitū naturæ cōiunctū, uel copulatū, à natura profectum. Naturaliter est naturæ ipsius habitu, secundum naturam, à natura, naturæ cōmendatione. Cic. Quod homini naturaliter insitū est eo uti decet, & quicquid agas, agere pro uiribus.

Ingenium propriè natura dicitur cuiq; ingenta. Vel est uis, quædam naturalis nobis insita, suis uiribus præualens ad inueniendū, quod ratione iudicari possit. Cic. Quibus nō omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. Laudē uel commendationē
habentia

habentia ingenia. Cic. Vt suauitate ingenij tui uiuū
 perfruemur, Idē. Sūmo ingenio, & summa uirtute
 filiū perdidit uicio infucata. Cic. Tardi ingenij est,
 rimulos consēctari, fontes rerū non uidere. Ingeniū
 aliquo esse. Pro Arch. Poēt. Ingenium habere. Pro
 Font. Ingenio abūdare. Fam. 4. Ingenio plenū esse.
 Cic. Sic adolescens ingenio plenus, locupletes metu
 tēues premio, stultus errore permouit. Ingenio ua
 lere. Cic. Si nō plus ingenio ualebas quā ego, certē
 timebas tu minus. Ad ingeniū redire dicuntur, quē
 dissimulatis et tectis aliquādiu uitijs, tandē ad animā
 prauitatē redeūt, & uelut propulsatā naturā reuo
 cant, primis moribus utūtur. Terēt. Rursū ad inge
 niū redit. Ingeniosus q̄ multā habet ingenij, uel quī
 eximio, et acerrimo ingenio est, acutus et solers, cui
 opponitur, hebes & tardus. Cic. Quæ scripsit gra
 uis ille & ingeniosus poēta. Ingeniosē. Cic. Tractā
 tur ista ingeniosē, disputantur etiā eleganter.

Mos est uitæ institutū consuetudine firmatū
 Vel est institutū animi, q̄ sequi debeat consuetudo
 Et mores, p ingenio in plurali numero serē semper
 dicimus. Ci. Scribis asperius me, quā mei mores pa
 tiantur, de Dyonisio scripsisse. Exēpli laudē habēs.
 Cic. Est ita tēperatiæ moderatiq; moribus, ut sūma
 seueritas cum humanitate iungatur. Exemplū uitij.

Cic. Te

Cic. Te pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis in manibus & barbaris moribus prætere. Pro consuetudine uel modo. Cic. Nullo more, nullo exemplo. Inde dicimus. Morem inducere. Cic. Per deos immortales quid agimus iudices? aut quem hunc morem iudiciorum in remp. inducimus? In morem perducere, inducere, transferre. De Orat. 2. Morem esse. Fam. 12. Moris esse. In Ver. Act. 3. In more esse. Off. 2. In more positum esse. Cic. contra Rul. More comparatum esse. Cic. More maiorum comparatum esse. Cic. More maiorum comparatum est, ut in, &c. Morem tenere. Off. 3. Morem seruare. Cic. pro Cluent. Morem manere. Fam. 5. De more decedere. Cic. Non in hoc iudicant, tantas esse iniurias, ut multò maluerunt de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Morem reuocare. De Finib. 2. Moratus ab aduerbijs, quibusdam iungitur, significationem accipit, ut sit bene moratus, qui bonis & commodis moribus est: male uerò moratus, qui malis. Cic. Genus hominum optimè moratum. Morosus à moribus, & significat difficilem inhumanū, importunum. Cic. Mirabiliter morosus est. Morositas est morum difficultas. Off. 1. Morosè. Cic. in Brut.

Consue-

Consuetudo est mos, institutum, usus, exercitatio, uel uita communis. Et est priuata, uel publica. Cic. Nosti consuetudinem hominum. Idem. Vetus cōsuetudo naturæ uim obtinet. Inde dicimus: Præter uel contra consuetudinem. Fam. 15. Consuetudinem asciscere, excitare, aperire. Cic. pro Mar. Afferre. Philip. 2. In consuetudinem inducere. Cic. Si nobiscum eum rus aliquò eduxerimus, in hanc nostram rationē, consuetudinēq; inducemus. Consuetudinem introducere, capere. Off. 1. In consuetudinem uenire, quæ locutio tam passiuè quàm actiuè accipitur. Actiuè. Cic. Senatus in eam benignitatis consuetudinē uenit, ut eos, qui bene rempublice gesserint, nouis honoribus afficiat. Passiuè. Cic. Quædam ex utilitatis ratione in consuetudinē ueniunt. Consuetudinem nancisci est in consuetudinē uenire. Cic. ad Quint. Frat. Consuetudinē esse, serpere, increbescere. Phil. 4. Consuetudine uti. Fam. 13. Consuetudinem tenere, retinere, seruare, præstare, manere, immutare, referre. In Ver. Act. 7. E consuetudine recedere. Cic. pro Cecin. Ad consuetudinem reuocare. Cic. Senatum iam languentē, & defessum, ad pristinam uirtutem & consuetudinē reuocauit. Ad consuetudinē reuertere. Fam. 9. Consuescere est consuetudinem & exercitatio =

nem capere uel in consuetudinem alicuius rei uenire, uel cum aliquo coniunctissimè & amantissimè uiuere. Cic. Laborè pro cunctis ferre cōsueui. Ornatoris usus exemplum huius uerbi. Cic. Nemo est, qui non equo, quo consueuit, libentius utatur, quàm intractato & nouo. Non solum alicui consuescere dicimur, sed etiam cum aliquo. Quod sæpe ad rem ueneream transfertur & amores meretricios, uidelicet, ut aliquis cum aliqua, cōsuescere dicitur, qui inhoneste cum ea frequentarit, et rem habuerit. Honestum tamè sensum etiã habere potest. Teren. En quid ais? cum eius consueui olim matre in Lemno clanculum. Cōsuetus. Teren. Ut consueti facile amorè cerneret. Assuescere idem. Cic. Sic tu inter nosces, si assueueris. Assuefacere. Cic. Ceteras nationes imperio Romano parère assuefecit. Assuefactus. de Orat. 3. Assuetus idem est, quod assuefactus. Ibidem. Desuefactus, assuefacto opponitur. Cice. pro Cluent. Insuetus est insolens, ut insuetus contumeliæ, uel infamiæ. Ponitur etiam pro imperito, ut insuetus rerum maiorum, id est, res à maioribus gestas ignorans. Extra personam uero aliquando est, ut insuetum iter, id est, quo itinere nusquam uel parum sæpe ambulatur, uel quod iter parum est tritum. Vergil. Insuetum per iter gelidas

gelidus enavit ad Arctos. Desuetudo nomen est cōsuetudini contrarium. Liuius. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus est.

Facilis cum ad personam pertinet, significat, lenem, humanum, exorabilem, uel indulgentē aliquando expeditum, uel explicatum, ut, orator facilis ad dicendum: Vel, poeta facilis in uersu scribendo, id est, dilucidus, & stylo non implicato uel perplexo. Cic. Titus Iunius fuit facilis, & expeditus ad dicendum. Extra personam significat minus operis, uel nihil negotij habens, uel dicere facile, quod in nullo labore positum est. Cic. Materia facilis ad exardescendum. Inde facilem se præbere, dicitur, qui in audiendo, uel in negotio suscipiendo nō superbus, uel importunus est, aut morosus. Cic. ad Quint. Frat. 1. Facilem habere, qui se nobis facilem præbet. Fam. 7. Facilitas est lenitas, uel humanitas. Cic. Facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est. Facilitatem exercere. Cic. Exercenda etiā est facilitas, & altitudo, animi, quæ dicitur. Facile pro nullo negotio, uel nullo labore. Aliquando pro longè, ut facile princeps, facile deterrimus, facile superare. Id aut fit in nominibus cōparationis, uel in uerbis excellendi. Cic. Subitā orationem facile cōmentatio uincit ornatior usus. Terē. Facile hic plus mali est, quàm illic boni.

Comis est, facilis, uel humanus. Cic. Nemo eo commodior, comior, aut moderatior fuit. **Comitas** est humanitas, uel facilitas. Cic. Comitatus condita grauitas. **Comiter**. Cic. Qui erranti comiter monstrat uiam &c.

Lenis est facilis, mitis, uel indulgens, aut clemens, & tam de rebus quàm de personis dicitur. De rebus alijs. Cic. Tractatu orationis leni, & equabili perpoliuit illud opus. Aut de personis. Cic. Lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. **Lenitas** quasi quaedam mollitia, siue lentitudo, aut quaedam animi moderatio. Conuenit aut personis. Cic. Nunc lenitate dulces sumus. Aut rebus alijs. Cic. Elaborat alij lenitate, et equabilitate, et puro quasi quodam, & candido genere dicendi. Inde dicimus. De lenitate deducere. Cic. in Cat. Ad lenitatem reuocare. de Orat. 2. Ad lenitatem se dare. Fam. 14. Lenitudo idem, quod lenitas. In Ver. Act. 6. Leniter, est molliter, uel leni quodammodo brachio. Cic. Multo dicis remissius & lenius, quàm solebas.

Mitis significat lenem, uel mansuetum. Cic. Belle nobis flauit ab Epeiro lenissimus auster, et mitis. **Mitescere** est mitem fieri, uel reddi. Plin. Per domo producat & mitescunt.

Humanus

Humanus pro leni, miti, commodo, comi, affabili, benigno, urbanoq; ponitur. Dicitur etiam humanum, quod est hominis, uel ad hominem spectat. Cic. Possū falli ut humanus. Pro miti. Cic. Adolefcens humanissimus & doctissimus. Vnde appellatae sunt literae humaniores, uel humaniora studia, hoc certè nomine præter cæteras artes illustrata, qd præter cæteris artibus, propius ad hominis uel naturā, uel dignitatē accedāt &c. Humanitas est facilitas, lenitas, mansuetudo, comitas, urbanitas, morum suauitas. Cic. Vt summa seueritas, summa cum humanitate iungatur. Dicimus etiam, Ad humanitatem informari, uel poliri humanitate. de Ora. 2. Humanitatē habere. pro Ros. Amer. Humanitatē obtinere dicimus quando ille nos humanitate comprehendit. Fam. 13. Humanitatē alicui deesse. ad At. § Humanitatis immemor, uel ab humanitate derelictus. Phil. 11. Humanitatē tribuere, Cic. ad Quint. Fratrem. Humanitatem exuere, uel abijcere. Cicero. pro Lig. Humanitatis sensum amittere. Cicero. Assiduitate molestiarum, sensum omnem humanitatis ex animis amittimus. Humanè est pro conditione & sorte humane naturæ, id est, hominis: hinc pro leniter et comiter ponitur. Cic. Fecit humanè, tu etiā humanius. Humaniter. Cic. Fecit humaniter Lici-

Dolore premi, uel opprimi. Fam. 10. Dolores remittere se. Cic. in Brut.

Laborare hic eorū est, qui morbo, uel corporis doloribus afficiuntur. Dicuntur artus nostri laborare, uel nos ipsi laborare dicimur, aut morbo, aut ex morbo. Membrū aliquod laborare dicimus, pro laborato ex aliquo. Tus. 2. Cū ablatiuo et præpositione, Fam. 7.

Aegrotare est ægro corpore esse, uel morbo affici. Fam. 12. Animum aegrotare, pro ægritudine affici dicimus. Tus. 4. Aegrotatio. Tus. 3. Aegrotus uel ad corpus refertur. Fam. 9. Vel ad animum. Ter. in And. Translatè. In Ver. Act. 1. Aeger uel corpore. Fam. 14. Vel animo. Cic. pro Coel. Translatè. Cic. pro Mil. Aegre idem est quod difficile, uel cū molestia. Cic. Ab hasta ea ægrè me tenui.

Infirmus dicitur aliquis, qui ægro corpore fuit, & eam ob rē uires amisit, estq; imbecillis & debilis. Cic. Is corpore erat infirmo. Extra corpus Cic. Vestrae cautiones infirmæ sunt. Infirmitas, est imbecillitas, uel debilitas. Animi uires corporis infirmitas non retardauit. Extra corpus. Fam. 6. Infirme. Fam. 16.

Imbecillis uel imbecillus idē est, quod infirmus, parum scilicet firmamenti ac uirū habens, tenuis

kuī, aut nulla ualitudine. Fam. 7. Extra corpus. Fam. 9. Imbecillitas est infirmitas. Cic. Infirmitas. laterum, & uiriū imbecillitas. Extra corpus. Cicero. Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratum præstare nihil possum. Imbecilliter magis extra corpus est, quàm in corpore positum. Tus. 5.

Curare est idem quod adhibitis purgationibus, & alijs medicine remedijs morbum depellere, corpus reficere, & uires ægra ualitudine amissas reuocare, aut genio indulgere. Cic. Sed iam surgamus, nosq; curemus. Curatio tota hîc corporis, uel ualitudinis est. Fam. 16

Mederi, est curare, uel remedium adhibere, et morbo ingrauescēti occurrere. Cic. Cum morbo alicui mederi uis, consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscenda est. Medicare, uel medicari est medicinā facere. Vel in medicine modū cōmiscere, cōspargereq; Verg. Semina uidi equidē multos medicare serentes. Medicari uero frequētius est q̄ medicare. Aut datiuū habet. Verg. Senibus medicatur anhelis. Aut accusatiuum. Verg. Sed non dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit. Medicamen est remediū, uel medicina. Cic. in Pis. Medicamentū, Cic. Ut uulneri præsto medicamē sit. Medicina. Cic.

ut ualeas. Nonnulli pro mala ualetudine accipi uolunt. Inde ualens est sanus, ualidus, firmus, potens, uel fortis. Ad corpus pertinens. Cic. Ibi bene ualentem uidi Pyliam. Extra corpus. Cic. In Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit ualentius. Validus Cic. Omnia uiceris, ſi te, ut ſpero, ualidū uidero. Validè Cic. Pro amicitia ualidiſſimè ſæuebam ei.

Confirmare eſt corroborare, & uires amiſſas penitus recuperare, quod pertinet tam ad res alias, quàm ad corpus. Cic. Cum te benè confirmaueris, ad non uenias.

Conſiſtere. Conſiſtimus, cum recuperatis uiribus, firmiores incipimus eſſe, & ualidiores, ita ſanè, ut ſine ulla corporis imbecillitate poſſimus ingredi. Fam. 7.

Sanus eſt, cui bona ualetudo eſt, uel qui firmo corpore eſt, opponiturq; ægroto. Extra corpus aliquando eſt. Off. 3. Aliquādo animi uel mentis. Cic. Aut taceat oportet, aut inſanus quidem iudicetur. Aliquando rerum aliarum. Cic. Hic copioſiſſimus, ſi nihil aliud eſt, uix ſatis ſanus uideri ſolet. Sanitas eſt uel corporis. Tuſ. 3. Vel animi. Cic. Hos, quibus ſanitas eſt, certè timere non debeo. Vel rerum aliarum. Cic. Qui incorrupta ſanitate ſunt.

Firmus idem est, quod *sanus, integer, ualidus, robustus*. Obserua uerò firmū hominem nunquā dici, sed absolutè seper. Cic. Mihi placebat, si firmi or esses, ut te *Leucadē deportares*. Extra corpus ponitur, pro *stabili, rato, fixo, immortalī*, qd' nunquā ullui labefactari potest, nunquām dimoueri loco, ut *firma amicitia, præcepta, acta, opiargumēta, decreta, & similia*.

Vegetus idē est, q̄ *sanus, firmus, uel ualēs*. Cic. Te *uegetum nobis in Græcia siste*. Extra corpus. Cic. Ne tā *uegeta mens in sanguine demersa iaceat*.

Integer ad corpus refertur & ponitur, pro *Vegeto, ualento, firmo, & sano*. Cic. *Quintū tū uidi planè integrū*. Propriè tamē significat *corruptū, inuiolatum, castum, solidum, totum, plenum*. Cic. *Quos ego florentes, atq; integros uici*.

Incolumis pro *saluo uel integro* ponitur, sed magis ad *status felicitatem* pertinet, quàm ad *corporis habitudinem*. Cic. *Ciues integros incolumesq; seruauī*. *Incolumitas est salutis tuta, atq; integra cōseruatio*. Cic. *Adiutor eius incolumitatis sui*.

Saluus significat *sanū, incolumē, integrum, cōseruatū*. Et aut de *animatis* dicitur. Cic. *Tua prudentia salui esse potuissent*. Aut de *inanimatis*. Cic. *Vt hæc, quæ dixi, retinere incolumia, ac salua possimus*

Salua

Salus idē est, quod incolumitas, opponiturq; exitio, uel pernicipi. Cic. Quæ ad reditum & salutem tuam spectant. Inde dicimus: Salutem agi. Cic. Agitur salus sociorum, atq; amicorū, &c. Salutem petere. Cic. A Iurisconsultis salubritas quædam, ab Oratoribus salus ipsa petitur. Salutē deserere. Cic. Multum interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur. Saluti esse. Fam. 6. Salutē affligere. Cic. Minore in re uiolatur dignitas tua, quàm mea salus afflicta sit. Salutis rationem habere. Fam. 1. Vel ducere. Cic. Pudori malui, famæq; cedere, quàm salutis meæ rationē ducere. Saluti consulere. Fam. 4. Ad salutē uocare. De Orat. 2. Ad salutē reducere. Cic. post Red. Saluti esse. Cic. Hic liber mihi saluti fuit. Salutē ferre, uel adferre, De Finib. 2. Salutē dare. ad Att. 11. Restituere. Cic. pro Dom. Salutē ab aliquo accipere. Ibidē. Recuperare. Fam. 14. Retinere. Fam. 5. Salus aliquando pro salutis denuntiatione ponitur. Et dicimus salutē dicere. Cic. Lepta tibi salutē dicit & omnes. Translatē in malā partē sumitur, pro relinquere uel refugere. Fam. 7. Latini dicūt pro salutē dicere, nunciū remittere. Id qd' fiebat propriè à diuortio cū uir nuntiū ab uxore repudiat a missū remittebat cū mandato, ut uxor res suas sibi haberet. Cic. Vxori Cæsar nuntiū remisit.

Salutem

Salutē nūciare. Fam. 7. Impertire. ad Att. 2. A scribere. ad Att. 5. mittere. Cic. Atticam cupio suauiri ita mihi dulcis stilus per te missa est ab illa. Salutē referre. ad Att. 16. Loquendi modus hic est, scilicet, salutem dicere meis, uel tuis uerbis. Cic. Locutus sum, ut ei meis uerbis diceret. Saluare uerbum barbarum, cuius loco seruare ponendū ubiq; apud doctos, contra M. Nizoliū & alios. Salutare est salutem dicere, uel nunciare. Cic. Antequam me plane salutauit. Salutator. Cic. In salutatoribus, q̄ magis uulgares sunt, &c. Salutatio. Fam. 7. Consalutare, Cic. Qui cum inter se, ut ipsorum usus seruebat, amicissimè consalutassent. Consalutatio. Cic. ad At. 2. Persalutare. Cic. pro Flac. Persalutatio. Cic. pro Mur. Saluere. Cic. Dionysium iube saluere.

Tutus, uel personis cōuenit. Cic. Quo se satis tutum arbitrabatur præsidio? uirtutis & glorie? &c. Vel rebus alijs. Cic. Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Dicimus quoq; In tuto collocare, uel esse. Fam. 12. Tutè. Cic. Tutè uiuit, qui honestè uiuit. Tuto. Cic. Ut è suis munitus tuto in foro esset.

SECURUS, qui sine cura est & timore, etiam si immineat periculum, est supinus et dissolutus, id est, socors & deses. Cic. De lingua Latina securi es animi.

animi. *Securitas est curarum requies, uel curarum uacuitas. Cic. Ut tranquillitas animi adsit & securitas.*

N A T U R A.



Natura proprie nihil aliud est, quã quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Exemplũ pro hominum & rerum omniũ parente. Cic. Omniũ est natura communis. Ad animata pertinens, ponitur natura pro ingenio & habitu quodam, uel corporis uel animi, quo uegeti sumus, uel male affecti, & tunc corporis constitutionis planè est. Vel quo aliquid sequimur, amamus, odimus, repudiamus, seu id in uitio positum sit, seu laudem, comendationemq; referat. Ita natura ipsa homines, animaliaq; bruta uel bene ualent, uel ægra ualitudine præmuntur. Natura item ipsa libidinosi, iracundi, rixosi, gulosiũe sumus, aut in aliud quoduis uicium propendemus atq; dilabimur, uel natura impellente uirtuti nos dedimus, uel laudis uiam ingredimur. Cic. Habeo non temporũ solum rationem, sed nature etiam tuæ. Nature inanimatis exemplum conueniens. Et ponitur pro ui, ut cum dicimus naturam ignis, sulfuris, ueneni, & c. Cic. Argumenta aut ex sua sumuntur ui, atq; natura, aut assumuntur foris.

Natura

habentia ingenia. Cic. Ut suauitate ingenij tui iuu
 perfruamur, Idē. Sūmo ingenio, & summa uirtute
 filiū perdidit uicio infucata. Cic. Tardi ingenij est,
 rimulos consecrari, fontes rerū non uidere. Ingeniū
 aliquo esse. Pro Arch. Poēt. Ingenium habere. Pro
 Font. Ingenio abūdare. Fam. 4. Ingenio plenū esse.
 Cic. Sic adolescens ingenio plenus, locupletes metu
 tenues premio, stultus errore permouit. Ingenio ua
 lere. Cic. Si nō plus ingenio ualebas quā ego, certē
 timebas tu minus. Ad ingeniū redire dicuntur, quī
 dissimulatis et tectis aliquādiu uitij, tandē ad animi
 prauitatē redeūt, & uelut propulsatā naturā reuo
 cant, primis moribus utūtur. Terēt. Rursū ad inge
 niū redit. Ingeniosus q̄ multā habet ingenij, uel quī
 eximio, et acerrimo ingenio est, acutus et solers, cui
 opponitur, hebes & tardus. Cic. Quæ scripsit grā
 uis ille & ingeniosus poēta. Ingeniosē. Cic. Tractā
 tur ista ingeniosē, disputantur etiam eleganter.

MOS est uitæ institutū consuetudine firmatū
 Vel est institutū animi, q̄ sequi debeat consuetudo
 Et mores p ingenio in plurali numero ferē semper
 dicimus. Ci. Scribis asperius me, quā mei mores pa
 tiantur, de Dyonisio scripsisse. Exēpli laudē habēs.
 Cic. Est ita tēperatiē moderatiq; moribus, ut sūma
 seueritas cum humanitate iungatur. Exemplū uitij.

Cic. Te

Cic. Te pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis in manibus & barbaris moribus prætere. Pro consuetudine uel modo. Cic. Nullo more, nullo exemplo. Inde dicimus. Morem inducere. Cic. Per deos immortales quid agimus iudices? aut quem hunc morem iudiciorum in remp. inducimus? In morem perducere, inducere, transferre. De Orat. 2. Morem esse. Fam. 12. Moris esse. In Ver. Act. 3. In more esse. Off. 2. In more positum esse. Cic. contra Rul. More comparatum esse. Cic. More maiorum comparatum esse. Cic. More maiorum comparatum est, ut in, &c. Morem tenere. Off. 3. Morem seruare. Cic. pro Cluent. Morem manere. Fam. 5. De more decedere. Cic. Non in hoc iudicant, tantas esse iniurias, ut multò maluerunt de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Morem reuocare. De Finib. 2. Moratus ab aduerbijs, quibusdam iungitur, significationem accipit, ut sit bene moratus, qui bonis & commodis moribus est: male uerò moratus, qui malis. Cic. Genus hominum optimè moratum. Morosus à moribus, & significat difficilem inhumanū, importunum. Cic. Mirabiliter morosus est. Morositas est morum difficultas. Off. 1. Morosè. Cic. in Brut.

Consue

Consuetudo est mos, institutum, usus, exercitatio, uel uita communis. Et est priuata, uel publica. Cic. Nosti consuetudinem hominum. Idem. Vetus cōsuetudo naturæ uim obtinet. Inde dicimus: Præter uel contra consuetudinem. Fam. 15. Consuetudinem asciscere, excitare, aperire. Cic. pro Mar. Afferre. Philip. 2. In consuetudinem inducere. Cic. Si nobiscum eum rus aliquò eduxerimus, in hanc nostram rationē, consuetudinēq; inducemus. Consuetudinem introducere, capere. Off. 1. In consuetudinem uenire, quæ locutio tam passiue quàm actiue accipitur. Actiue. Cic. Senatus in eam benignitatis consuetudinē uenit, ut eos, qui bene rempub. gesserint, nouis honoribus afficiat. Passiue. Cic. Quædam ex utilitatis ratione in consuetudinē ueniunt. Consuetudinem nancisci est in consuetudinē uenire. Cic. ad Quint. Frat. Consuetudinē esse, serpere, increbescere. Phil. 4. Consuetudine uti. Fam. 13. Consuetudinem tenere, retinere, seruare, præstare, manere, immutare, referre. In Ver. Act. 7. E consuetudine recedere. Cic. pro Cecin. Ad consuetudinem reuocare. Cic. Senatum iam languentē, & defessum, ad pristinam uirtutem & consuetudinem reuocaui. Ad consuetudinē reuertere. Fam. 9. Consuescere est consuetudinem & exercitatio =

nem capere uel in consuetudinem alicuius rei uenire, uel cum aliquo coniunctissimè & amantissimè uiuere. Cic. Laborè pro cunctis ferre cōsueui. Ornatoris usus exemplum huius uerbi. Cic. Nemo est, qui non equo, quo consueuit, libentius utatur, quàm intractato & nouo. Non solum alicui consuescere dicimus, sed etiam cum aliquo. Quod sæpe ad rem ueneream transfertur & amores meretricios, uidelicet, ut aliquis cum aliqua, cōsuescere dicitur, qui inhoneste cum ea frequentarit, et rem habuerit. Honestum tamè sensum etiã habere potest. Teren. En quid ais? cum eius consueui olim matre in Lemno clanculum. Cōsuetus. Teren. Ut consuetū faciliè amorè cerneres. Assuescere idem. Cic. Sic tu inter nosces, si assueueris. Assuefacere. Cic. Ceteras nationes imperio Romano parère assuefecit. Assuefactus. de Orat. 3. Assuetus idem est, quod assuefactus. Ibidem. Desuefactus, assuefacto opponitur. Cice. pro Cluent. Insuetus est insolens, ut insuetus contumeliæ, uel infamiæ. Ponitur etiam pro imperito, ut insuetus rerum maiorum, id est, res à maioribus gestas ignorans. Extra personam uero aliquando est, ut insuetum iter, id est, quo itinere nusquam uel parum sæpe ambulatur, uel quod iter parum est tritum. Vergil. Insuetum per iter gelidas

gelidas enavit ad Arctos. Desuetudo nomen est cōsuetudini contrarium. Liuius. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus est.

Facilis cum ad personam pertinet, significat, lenem, humanum, exorabilem, uel indulgentē aliquando expeditum, uel explicatum, ut, orator facilis ad dicendum: Vel, poëta facilis in uersu scribendo, id est, dilucidus, & stylo non implicato uel perplexo. Cic. Titus Iunius fuit facilis, & expeditus ad dicendum. Extra personam significat minus operis, uel nihil negotij habens, uel dicere facile, quod in nullo labore positum est. Cic. Materia facilis ad exardescendum. Inde facilem se præbere, dicitur, qui in audiendo, uel in negotio suscipiendo nō superbus, uel importunus est, aut morosus. Cic. ad Quint. Frat. 1. Facilem habere, qui se nobis facilem præbet. Fam. 7. Facilitas est lenitas, uel humanitas. Cic. Facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est. Facilitatem exercere. Cic. Exercenda etiā est facilitas, & altitudo, animi, quæ dicitur. Facile pro nullo negotio, uel nullo labore. Aliquando pro longè, ut facile princeps, facile deterrimus, facile superare. Id aut fit in nominibus cōparationis, uel in uerbis excellendi. Cic. Subitā orationem facile cōmentatio uincit ornatioꝝ usus. Terē. Facile hic plus mali est, quàm illic boni.

Comis est, facilis, uel humanus. Cic. Nemo eo commodior, comior, aut moderatior fuit. Comitatus est humanitas, uel facilitas. Cic. Comitatus condita grauitas. Comiter. Cic. Qui erranti comiter monstrat uiam &c.

Lenis est facilis, mitis, uel indulgens, aut clemens, & tam de rebus quàm de personis dicitur. De rebus alijs. Cic. Tractatu orationis leni, & æquabili perpoliuit illud opus. Aut de personis. Cic. Lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus exoptulem. Lenitas quasi quædam mollitia, siue lentitudo, aut quædam animi moderatio. Conuenit aut personis. Cic. Nunc lenitate dulces sumus. Aut rebus alijs. Cic. Elaborat alijs lenitate, et æquabilitate, et puro quasi quodam, & candido genere dicendi. Inde dicimus. De lenitate deducere. Cic. in Cat. Ad lenitatē reuocare. de Orat. 2. Ad lenitatem se dare. Fam. 14. Lenitudo idem, quod lenitas. In Ver. Act. 6. Leniter, est molliter, uel leni quodammodo brachio. Cic. Multo dicis remissius & lenius, quàm solebas.

Mitis significat lenē, uel mansuetum. Cic. Bellè nobis flauit ab Epeiro lenissimus auster, et mitis. Mitescere est mitem fieri, uel reddi. Pli. Fera domo producatæ mitescunt.

Humanus

HUMANUS pro leni, miti, commodo, comi, affabili, benigno, urbanoq; ponitur. Dicitur etiam humanum, quod est hominis, uel ad hominem spectat. Cic. Possū falli ut humanus. Pro miti. Cic. Adulescens humanissimus & doctissimus. Vnde appellatae sunt literae humaniores, uel humaniora studia, hoc certè nomine præter ceteras artes illustrata, qd' præter cæteris artibus, propius ad hominis uel naturā, uel dignitatē accedāt &c. Humanitas est facilitas, lenitas, mansuetudo, comitas, urbanitas, morum suauitas. Cic. Vt summa seueritas, summa cum humanitate iungatur. Dicimus etiam, Ad humanitatem informari, uel poliri humanitate. de Ora. 2. Humanitatē habere. pro Ros. Amer. Humanitatē obtinere dicimus quando ille nos humanitate comprehendit. Fam. 13. Humanitatē alicui deesse. ad At. § Humanitatis immemor, uel ab humanitate derelictus. Phil. 11. Humanitatē tribuere, Cic. ad Quint. Fratrem. Humanitatem exuere, uel abijcere. Cicero. pro Lig. Humanitatis sensum amittere. Cicero. Assiduitate molestiarum, sensum omnem humanitatis ex animis amittimus. Humanè est pro conditione & sorte humanæ naturæ, id est, hominis: hinc pro leniter et comiter ponitur. Cic. Fecit humanè, tu etiā humanus. Humaniter. Cic. Fecit humaniter Lici-

ditas, siue ea in persona sit, siue extra personā. Cic. Vide, quanta in te sit suauitas. Idē. Mira suauitate uillam habeo. Suauitudo est suauitas. ad Heren. 3. Suauiter pro dulciter, uel iucūdē. Cic. Video, quā suauiter uoluptas sensibus blandiatur.

Mansuetus significat mitem & lenē. Cic. Ex feris, & immanibus mites reddidit, & mansuetos. Mansuetudo est lenitas, uel facilitas. Cic. Facilitatis, māsuētudinis, pietatis signa proferri perutile est. Māsuetē. ad Heren. 1. Mansuefacere est cōdoce facere, uel domare. Et propriē mansuefacimus feras, uel equos. Cic. A quibus māsuēfacti, et exculsi, à necessarijs artificijs ad elegātiora defleximus. Māsuetarius dicitur, qui feras mansuefacit & domat. Mansuescere, mansuetam fieri, uel mitescere. Col. Per hęc blandimenta triduo fere mansuescunt.

Placidus pro placato, tranquillo, leni, uel miti ponitur, diciturq; tam de rebus, quā de personis. Cicero. In animo sapientis semper est pax placidissima. Placidē pro leniter. Cicero in Oratore.

Clemēs est lenis, mitis, māsuetus, uel humanus. Et tam de rebus, q̄ de personis dicitur, ut clemens seruitus, clemens castigatio, clemens uita. Cicero. In eadē principium non clementior hic erit,

quàm Sylla. *Clementia est animi lenitas, humanitas, mansuetudo, animaduertendi moderatio, uel misericordia: per quam scilicet animi temere in odiũ alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.* Cic. *Cæsar aduersarios clemētia specie deuinxerat. Clementer est mansuetè, uel leniter.* Cicero ante Exil.

Misericors est clemens. Cic. *Vir bonus, fortis, & misericors.* *Misericordia est miseratio, uel clementia, uel ægritudo cordis ex miseria alicuius iniustè laborantis suscepta.* Cic. *Frangor sæpe misericordia puerorum.* *Inde misericordiam implorare, uel exposcere.* Cice. pro Mil. *Misericordiã requirere, captare.* Phil. 2. *Ad misericordiam allicere.* pro Leg. Manil. *Ad misericordiam uocare, uel reuocare.* Ibidem. *Misericordiam mouere, cõmouere, concitare.* de Orat. 1. *Misericordiã habere passiuè.* Et dicitur res misericordiam habere, in qua facilis sit causa misericordiæ concitandæ. Cic. pro Mur. *Misericordiã capere dicitur, cui concitatur misericordia.* Cic. pro Quint. *Misericordia capi.* de Ora. 11. *Misericordia moueri, uel cõmoueri.* Cic. *Ut misericordia motus esse uidear.* *Misericordia aliquem tenere.* Cic. *Italiamq; uniuersam memoriam mei, misericordia, desideriuq; teneret.* *Misericordiã adhibere impertiri, tribuere.* Cic. pro Blanc.

Pius

Pius pro misericorde uel benigno . Ponitur etiam pro eo qui deum colit, uel qui deo fidens, uiuit secundum præcepta ipsius, uel pro casto. Neq; solū personis cōuenit, sed rebus quoq; nōnunquā, ut pia pax, pius dolor, & similia. Cic. Nemo pius est, qui pietatem cauet. Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus: uel pietas est iusticia, aut grata uolūtas in parētes: uel est iusticia aduersos deos. Et sepe pietas, charitas & bonitas, quasi idem ualere uidentur. Cic. Pietas iudicio meo fundamentum est uirtutum omnium. Piē est religiosē, cum maxima in deum fiducia, uel clementer. Cic. Piē, sanctēq; deum colunt.

Integer pro bono, iusto, probato, uel innocente ponitur. Cic. Non loquor de integris, innocentibus, religiosis. Integritas innocentia significat. Ponitur etiam pro statu, uel forma inuiolata, & incorrupta, idq; maximē cū extra personā est. Pertinet quoq; ad corpus, et pro ualeitudine bona accipitur. Cic. Adde integritatem ualeitudinis. Aut ad uitæ innocentia. Cic. In eadē sententia fuit homo summa integritate, atq; innocentia. Aut ad res alias. Cic. in Brut. Integre est innocenter, cōtinenter, castē, purē sine uitio. Quod pertinet tam ad uitæ innocentiam,

quàm ad rerum aliarum integritatem. Cic. Cuius est res gestæ, illustres, & uita integerrimè acta.

Iustus aliquando ad mores pertinet, & tunc significat innocentem, integrum, uel equũ. Cic. Patrum in amicitia iustus fuit. Aliquando uero extra mores est, et tunc sumitur pro legitimo, merito, uel debito. Cic. Deinde cogitabã sine ulla mora iusta itinera facere. Iusticia est æquitas, ius, fas, iustũ. Vel est habitus animi communi utilitate conseruata suũ cuiq; tribuens dignitatẽ. Vel est affectio animi suã cuiq; tribuens & societatem, coniunctionis humane æque tuens. Vel est æquitas ius unicuiq; tribuens pro dignitate cuiusq;. Cic. In laude iusticiæ sunt, fides & æquabilitas. Iustè est rectè, uel legitime. Cic. At inquires, iniquè facis, imò iustissimè.

Ius pro cõmuni æquitate. Terent. Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonũ, atq; equũ sciunt? Dicimus etiam à iure discedere. Cic. Omnia sunt incerta, cũ à iure discessum est, id est, cum ius sublatũ est. A iure abire. Cic. De suis bonis ita dat, ut à iure non abeat, id est, ut contra ius non faciat. Ius uiolare, uel imminuere. Cic. pro Ros. Amer. Ius peruertere. Off. 1. Ius delere. Cic. ad Att. 1

Fas idẽ est, quod ius, uel quod licet. Etenim cũ dicimus aliqd fas esse fieri, id iure saluo fieri posse designamus. Cic. Hoc mihi uni dicere fas erat.

Innocens dicitur integer & iustus, qui ne
mini iniuriã facit, qui nihil nocet. Aut de rebus dici
tur. Fam. 7. Et sic innocentem ignem dicunt iurisse
ruti, quo in domo conducta ita utimur, ut damnũ in
ferre non possit, uel incendiũ excitare. Aut de per-
sonis. Cic. Vir bonus & innocēs. Innocentia est ui-
te, uel morum integritas. Vel est affectio talis ani-
mi, quæ noceat nemini. Cic. Vbi libido dominatur,
innocentia leue præsidium est.

Probus pro bono, bene morato, instituto,
integro, religioso, casto, & officioso. Et aut de ani-
matis dicitur. Cic. Hoc ne homines quidem pro-
bi faciunt. Aut de inanimatis, quod ferè solet accipi
pro præstanti, uel excellenti. Cic. Peccat poëta, cū
probã orationẽ affingit improbo. Probitas idẽ, quod
integritas. Cic. Tanta uis est probitatis, ut eam uel
in hoste diligamus. Probè est integrè, iustè, uel caste
Et modo pro benè, modo pro præclarè, modo pro
certè ponitur. Cic. Illud probè iudicas.

Sãctus est religiosus, augustus, castus, uel inui-
olatus. Dicit uero propriè sanctũ quidã uolũt, qd' ab
iniuria hominũ defensũ atq; munitũ est. Tractũ è sa-
gminibus herbis, quas legati Pop. Ro. ferre solebãt,
ne quis eos uiolaret. Et aut ad personas pertinet. Ci.
Homo sanctus et religiosus. Aut ad res. Ci. Præmia
uirtutis

uirtutis sancta, & casta esse oportet. Sanctitas, aut pro scientia colendorum deorum. Aut pro integritate & morum, uitaq; puritate, uel pro religione, uel pro castitate. Cic. Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Sanctimonia idem est, quod sanctitas. Cic. Quod mihi cum ista summa sanctimonia, ac diligentia? Sanctè significat cum sanctitate, uel sanctimonia augustè, uel firmiter. Cic. Tabule seruantur sanctè.

Augustus pro sancto ponitur. Cic. Omitto Eleusinam illam sanctam, & augustam Augustè pro sanctè. Cic. Augustè sancteq; illa consecrant,

Aequus. Aequum ponitur pro eo, quod iniquitatem non habet. Aut ad personam pertinet, & simpliciter pro integro, & iustitiæ dedito ponitur. Modo uerò pro expressius fauente, uel suffragante. Adhæc: genus loquendi proficit, quod est æquo animo esse, uel ferre. Cic. Præter equus & sapiens dimitti iubet Senatium. Pro fauente datiuum habet, uel absolutè ponitur. Cic. Ab æquis uero, etiam à propensis in hanc partem diligimur. Aut extra personam est. Cic. Cæsar rescripsit, æqua eum postulare. Aequitas est idem, quod æquum, uel iustitia. uel propensus animi fauor in aliquem. Aequitatis autem uim esse duplicem constat, cuius altera directi, & ueri

¶ *Ueri, & iusti, & equi, & boni ratione defendi-
tur. Altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ per-
tinet, quæ in beneficio gratia: in iniuria ultio no-
minatur. Cic. Aequitatem tuam non potui non pro-
bare. Inde dicitur, æquitatē habere, quod æquū est,
siue de animatis loquamur, siue de inanimatis. Off.
2. Aequitatē seruare. Cic. Difficile est, cum præsta-
re omnibus concupieris, seruare æquitatem, &c.*

¶ *Par pro æquo aliquando à Latinis usurpatur,
ut par, uel non par est tibi hoc tribuere. Cic.
Par est omnes omnia experiri.*

¶ *Verus pro æquo, uel iusto ponitur. Cic. Ca-
to negat uerum esse, allici beneuolentiam cibo. Ve-
ritas pro æquitate. Cic. Quæ mihi ad spem obti-
nendæ ueritatis grauißima sunt.*

¶ *Rectus pro æquo. Recta enim propriè di-
citur linea, uirga, uel baculus non curuus, aut infle-
xus. Translatè rectum hominem uocamus, qui re-
ctam ueritatis, & æquitatis uiam, non obliquam ui-
tij rationē sequitur. Extra personā rectum quoq;
appellatur, quod iustum uel æquum est, Cic. Rectū
est quod cum uirtute & officio fit. Rectè est bonè
probè, præclarè, iurè, rite, cum opponitur obliquè
uel perperam, uel uitio. Propriè. Cic. Hoc erit qua-
si prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè
ferantur.*

ferantur. Translatè. Cic. Quæ litera rectè sperare iubet. Recta est idè, quod recta uia. Et totū ad iter, ambulationeq; pertinet. Cic. Statuerā rectā Romā.

Difficilis cum ad personas pertinet, morum asperitati tribuitur, & pro moroso, duro, aspero accipitur. Cic. Suaue esse dicit, parentē habere, auarum, illepidum, in liberos difficilem. Cum de rebus dicitur, ponitur pro laborioso (idq; passiuè) operoso, magno, arduo, habentē multū difficultatis & negotij. Vel pro eo, quod positū est in multo labore. Cic. Intelligo, quā scopuloso, difficiliq; loco uerser. Difficultas pro labore uel negotio & operis ardua ratione ponitur, uel extremis quibusdam rerum gerendarum finibus, quibus anxie includimur, ut uix exitus appareat optatus, uel in humanis uiribus positus. Ci. Quæ fieri sine summa difficultate non possint. Inde dicimus difficultatem adferre. Cic. Huic tuæ uoluntati ac diligentiae difficultatem adferunt publicani. In difficultatem incurrire, uel delabi. Fam. 4. Difficultatem habere. Aut de persona, cum difficultate implicatur, ad Att. 13. aut de re, quæ admodum difficilis est. Cic. in Brut. Difficiliter est cū difficultate, agrè, uix, durius, trèstius. Cic. in Acad. Difficulter. De Inuent. 2.

Vehemens significat asperū, durum, difficilem,

facile, acrem, ferocem, uel immoderatum. Et aut in malā partē capitur. Cic. Nimiū es uehemēs, seroxq; natura. Aut in bonā partē. Cic. Galba in meditādo uehemēs fuit. Vehemēter est acriter, acerbè, asperè, impēsè, ualdè, lōgè, nimio opere, uel incredibiliter. Cic. Vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Acer leui opponitur, & significat, uehementē uel fortē, poniturq; tam in malā quā in bonā partē, siue de personis dicatur, siue de rebus. Cic. Flaccus eduxit uires acres. Idē. Sēsus uidēdi acerrimus. Acrimonia est uis, uel impetus animi feruidior. Cic. Conuenit in uultu pedorem & acrimoniam esse. Acriter est cum acri animo, uel uehementer. Cic. Vir animosus & se acriter morti offerens

Acerbus pro uehemēti, duro uel aspero ponitur, pertinetq; tā ad res, quā ad personas. Cic. Acerbus in uituperando fuit. Acerbitas pro asperitate, uel austeritate. Cic. Acerbitas iusticiam imitatur. Acerbè est durè, asperè, uel austerè. Fam. 1.

Violētus est ui, uel acrimonia & impetu plenus, uehemēs, asper. Quod nomē tā de rebus, quā in personis dicitur, ut uiolētæ opes, uiolentū imperiū, potestas, &c. Cic. Ille homo uehemēs & uiolentus inimicitias mihi denūtiavit. Violentia est uis, uel impetus. Cic. Si uiolētæ impetu opprimimur, decedā. **Violenter** significat cū uiolentia, uel impetu. Off. 1.

Vis pro uiolentia, uel impetu hic ponitur. Cic. *Eo magis uis nobis timenda est. Inde dicimus uim denuntiare.* Cic. *Ei uim denuntiabat, rei publicæ minabatur.* Vim suscipere. Cic. *pro Mil.* Vim adferre. *Fam.* 1. Vim adhibere. *Off.* 3. Translatè extra personam est. *In Verr. Act.* 5. Vim facere, *ad Att.* 4. Translatè cū extra personam egreditur, & rebus conuenit. Cic. *por.* *Cecin.*

Asper durum uel seuerum significat. Et aut de personis dicitur. *Verg.* *Quin aspera Iuno.* Aut de rebus alijs, ut asper locus, asperum uinum, tempus, aspera, oratio, doctrina. Cic. *In locis spectatur leues, an asperi, salubres an pestilentes sint.* Asperitas ut asper, Aut de personis. *De Finib.* 4. Aut de rebus. *Phil.* 9. *Asperè est durè, uel seuerè.* Cic. *Marcellinus Pompeium nimis asperè tractat.*

Durus, idem est quod asper, uel agrestis, uel crudelis, ferreus, inhumanus. Cic. *Asper & durus oratione & moribus.* Aliquando extra personam est, poniturq; pro difficili, operoso, uel molesto. Cic. *Annona in meo reditu erat durior.* Durū hic non proprium, sed translatum. Nam propriè durum dicitur, quod solidū est, ut lignum, ferrum, lapis & similia. Vel quod gelu, aut calore concretum est, ut glacies, lutum, & quiduis aliud, quod
concrefcere

concrefcere potefl. Verg. Sed duris genuit te cau-
 tibus horrens. Caucasus. Aliquando ad perfonam
 pertinet, & non femper ad morum afperitatem
 refertur, fed interdum pro inepto, uel malè appo-
 fito ponitur. Cymbricas res adolefcens attigit, &
 ipfi illi C. Mario, qui durior ad hæc ftudia uideba-
 tur, iucūduſ fuit. Dicitur præterea poëta durus, qui
 hiulcos, & parū leniter, ſuauiſterq; ſonantes uerſus
 ſcribit. Cic. Hoc Attilius poëta duriffimus. Duritia
 uel durities, ut durus propriè rerum eſt ſolidarum
 uel dureſcentium, ut ligni, lapidis, ferri, luti frigore
 uel calore concreti: nucū bene ſole coctarū. Trans-
 latè pro afperitate uel acerbitate ponitur. Aliquan-
 do etiam in bonam partem ponitur, & pro conſtā-
 tia eſt, uel animi fortitudine, ut duritia uirilīſ. Ci. Pa-
 tientia duritia immanis imitatur. Duritas eſt acer-
 bitas. Ci. Quādo in altero duritas? in altero comitas
 Durè eſt crudeliter, uel grauiter: ſicq; ad ſæuitiā
 refertur. Cic. ad Brut. Durior eſt offerè uel acer-
 bè. Terent. Primum hæc pudicè uitam, parcè ac du-
 riter agebat, lana, & tela uictum quaritans.

Inhumanus, ſignificat crudelem, humani-
 tatis expertem, uitæ cōmunis ignarū, inurbanam,
 difficilem, agreſtem, inſuauium morū, actam de re-
 bus, quā de perſonis dicitur. Cic. In iſto tuo animo

nihil agrestè, nihil inhumanum est. Inhumanitas est immanitas, uel crudelitas. Cic. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Inhumanè est contra humanitatem, uel sine humanitate, id est asperè, immaniter, crudeliter. In humaniter pro inhumanè. Cic. ad. Q. fram.

Barbarus, qui alia lingua utitur, quàm Latina, quod ea sit mitior & cultior. Aut qui latina lingua loquitur quidè, sed contra ornatū linguæ et de prauatè. In quo significato Barbarus idè est, quod indoctus. Omnino uel ad linguæ sermonis ornatum uel ad animi habitudinè & mores refertur, uel nationis diuersitatè. Cū ad mores refertur, pro aspero, immani, uel crudeli accipitur. Cū ad linguæ ornatū pro indocto. Cū ad nationis diuersitatè pro extero. Cic. Serui agrestes et barbari. Barbari uel barbaries dicitur morum asperitas, uel duritas, crudelitas, immanitas. Ponitur etiā pro uitio, quod male loquētes admittūt. Barbaries etiā pro regione externa et lōginqua dicitur. Ci. Quod nulla in barbaria quisq̄ tyrānus fecit. Barbarè aliquid à tyrāno fieri dici potest, p̄ crudeliter et immaniter. Itè barbarè uiuere, pro agresti cultu, et sine ulla morū elegātia, uel suauitate uiuere. Itè pro inquinatè, uel cū præceptionū uitio: ut si dicas aliquē barbarè loqui uel scribere, id est, uitiosè, uel inquinatè, nec satis obseruatis linguæ, qua utitur normis atq; regulis. Tusc. 2.

Austerus pro duro, aspero, acri, seuro, uel barbaro ponitur. Et tam de rebus, quam de personis dicitur. Cic. Qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, & grauior esse potuisset. Austerè pro asperè, uel acerbè. Cic. Agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Grauis hic pro seuro, uehementi, austero, uel serio ponitur. Sed id tamè trāslatè. Nā propriè graue dicitur, quod ponderosum est, et natura ipsa in unū fertur. Cic. Nō tulit hæc ciuitas aut gloria clariores, aut autoritate grauiores. Aliquādo pro eo, quod momentū habet, & in re aliqua ualet, accipitur. Cic. Nomē uestrū mihi graue & sanctū est. Grauitas est seueritas uel pōdus. Pro seueritate personis tribui solet. Pro pōdere rebus. Ci. Sētentiārū grauitate, uerborū pōdere utendū est. Inde dicimus Grauitatē habere. Ci. in Brut. Tenere. ad At. 9. Seruare. Cic. Tu cū Sexto seruasti grauitatē eandē, quā mihi præcipis. Grauitatē tueri. Fa. 5. Grauiter pro asperè, seure, uehementè, uel acriter Cic. Me lenissimis & amantissimis uerbis utens, re grauiter accusas.

Seuerus significat graue, uehementē, asperū, acerbū, austerū, durū. Cui opponi solet dissolutus, uel indulgēs. Et cōuenit tā rebus, quā personis. Ci. Nū putatis ipsum retentū esse aliqua re tristi et seueras

Seueritas est grauitas, acerbitas, duritia, Cic. Homo ipsa tristitia, & seueritate popularis. Inde dicimus. Seueritatem habere, adhibere. Off. 1. Ad seueritatem contorquere. Cic. Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiã, tum ad læticiam est contorquendus. Ad seueritatem reuocare. Cic. Senatũ ad pristinam suam seueritatem reuocauit, atq; abiectum excitauit. Seueritatem mitigare. Cic. Risus, tristitiam, ac seueritatem mitigat, ac relaxat. Seuerè Off. 1.

Superbus appellatur arrogans, insolens, qui fastidio & contumacia effertur, grauis, difficilis, spiritu atq; animo inflatus. Cic. Superbũ se præbuit in fortuna, quam putauit nostram fore. Poëtæ ponunt, pro nobili, magnifico, excellenti, alto, elato, ornato, opulento, iniquo. Verg. Barbarico postes auro, spolijsq; superbi. Superbia est arrogãtia uel contumacia, insolentia, uel fastidiũ. Cic. Superbia nata esse ex Campanorum fastidio uidetur. Superbiloquentia est superbia quædam, & intollerabilis grauitas, uel morositas potius in loquẽdo. Vel quædam in loquendo animi elatio, quæ uentos fundit: id est, insolentes & arrogantes de se sermones Cic. Quam uim significãtes mali, poëtæ impendere apud

apud inferos saxum Tantalò faciunt, ob scelera, animiq; impotentiam et superbiloquentiam. Superbè est contumaciter, uel arroganter. T'rent. Sartin' superbè illuditis me?

Contumax idè est, quod **superbus**, uel **elatus**. Cic. Saram nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacè. Contumacia est superbia, uel insolens animi elatio. Cic. In quo Torquatus furebat cõtumacia responsi tui. Contumaciter est superbè. Ci. Cetera satis grauius & non contumaciter.

Elatus significat superbũ uel contumacem. Cic. con. Rul. In bonã partem etiam capitur. Vnde dicimus magnũ animũ, & elatum: uel aliquẽ elatũ studio rei alicuius: uel elatũ leticia. Præterea dicitur oratio elatis uerbis scripta, pro splèdidis et magnificis. Elatio & in bonã & in malã partẽ etiam capi potest, poniq; pro superbia, uel pro altitudine animi, aut alia magnificentia. Cic. Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem.

Inflari dicuntur propriè, quæ uento distenduntur, & intumescunt. Translatè uero uocant Latini, inflata, quæ supra modum elata sunt. Et hoc tam rebus, quàm personis tribuitur. Vocantur enim inflata orationem, quæ uerbis elatis, & grauioribus sententijs scripta est, ut hominem inflatum, qui opi

uione aliqua turget & effertur. Propriè. Cic. Serpēs inflato collo, tumidis ceruicibus. Trāslatè. Cic. Inflatuſ leticia, atq; inſolēs. Inſlatio. Diuin. 1. Inflationē magnā is cibus habet. Inflatuſ uſ, ui. Propriè. Ci. in Brut. Trāsla. Cic. Eſt uis et natura quædam, quæ tū obſeruatis longo tēpore ſignificationibus, tū aliquo inſtincto, inſtatuq; diuino futura prænūtiat.

Lautuſ pro elato, ſuperbo, uel molli, delicato, & ſplendido: quanquā propriè dicitur lautū quod mundū, terſum, nitidum & elegans eſt. Cic. Nihil tibi erat lautiuſ, nihil glorioſiuſ.

Arrogāſ eſt ſuperbuſ elatuſ, uel inſolēs. Cic. Quorū ſi eſſent arrogātes, nō poſſe ferre ſententiā. Arrogātia eſt ſuperbia, ſaſtidiū, cōtumacia, uel inſolētia. Ci. Sermo arrogātie plenuſ. Arrogāter eſt inſolēter, uel ſuperbè. Cic. Nec hoc dictū arroganter exiſtimari uelim.

Impudēſ dicitur, qui exhauſto eſt pudore et rubore, inuerecūduſ, effronſ, inſolēs. Terē. **Q**uominuſ impudentē audaciā. Impudētia eſt audacia uel effrenata cōfidētia. Ci. Ea neſcire inſignis eſt impudētia. Impudēter. Ci. Nō ignoro q̄ impudēter faciā.

Inuerecunduſ, idem eſt, quod impudēſ. Cic. Si ueretur quid eū accuſeſ, qui eſt probuſ, ſin inuerecundum animi ingeniū poſſidet, quid eum accuſaſ cui id parui auditu exiſtimat.

Insolens, aliquando pro insolito uel insueto ponitur. Si ad personas pertinet, eleganter genitiuū habet. Si ad res, absolutè poni solet. Sall. Insolēs uera accipiēdi. Pro superbo, uel immoderato. Cic. Nō sum tam insolens, qui Iouem esse me dicam. Insolentia. Aut pro re insolita, de Ora. 1. Aut pro superbia, uel arrogantia. Cic. Is ceperat esse tanta insolentia, ut neminē liberū duceret. Insolēter est raro, præter morē, & consuetudinē, uel immoderatè, & arrogāter. Cic. Gorgias his festiuitatibus insolētius abutitur. Pro rarò. Cic. Deinde quæritur, an natura cuius euenire uulgò soleat, an insolēter & rarò.

Petulans est improbus, qui per contumeliā alios petit, proteruus, uel procax. Conuenitq; tam rebus, quàm personis. Cic. Semper audax, petulās, libidinosus. Petulantia modestiæ opponitur. Cic. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. Petulanter est procaciter, uel proteruè. Cic. Diphilus tragedus in nostrū Pompeiū petulanter inuectus est.

Proteruus ad petulātis significationē accedit. Teren. Ne ineptus, ne proteruus uidear. Proteruitas est petulātia, uel superbia. Teren. Quàm penē tua me perdidit proteruitas? Proteruè est, immaniter, petulanter, uel superbè. Plau. Quis est, qui tam proteruè scribis facit iniuriam.

Procax dicitur petulans, uel impudēs. Quod nomen etiam de inanimatis dici potest, ut procax uentis. Cic. Scio te nō esse procacem in laceffendo. Procacitas est petulantia. Cic. Desine morbo procacitatis isto uti.

Audax est confidens, proiectus ad audendū. Et sic in malam partem capitur, diciturq; tam de rebus, quàm de personis. Etenim ut hominem audacem appellamus, ita etiam factum, uel facinus audax. Cic. Quem finem sese effrenata iactabit audacia? Idem. Temerarius & audax homo. Audacia est confidentia, uel impudentia. Cic. Nostis os hominis, nostis audaciam. Audacter est fidenter, uel cum audacia, quod ponitur aliquando in bonam partem. Cic. Is ad dicendum ueniebat magis audacter, quàm peritè.

Proiectus propriè est porrectus. Cic. Brachium procerius proiectum. Dicitur etiam impudens, uel ad omnia progrediens. Cic. Videte hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrenata cupiditate.

Effrenatus dicitur proiectus, indomitus, præceps, impotens, cuius nominis significatio ab eqs per translationē ducta est, qui, cum sine freno sunt, liberius, insolentiusq; exultant, et procurrunt. Cic.

O libidinem effrenatam & indomitam . Effrenatio est animi impotentia & furor. Effrenatè est insolenter, uel furiosè, uel audacter uel animosè. Poni tur etiam in bonam partem. Cic. Voluptatis auide libidines temere, & effrenatè ad potiundum incitantur .

Impotens aliquando dicitur tenuis, uel infirmus. Cic. Valeant hæc omnia ad salutem innocentium, & ad opem impotentium. Aliquando is dicitur, qui in sua potestate nõ est, quiq; dolori, uel iracundiæ effrenatè pareat. Cic. Quæ effrenatio impotentis animi? Impotentia est animi effrenatio. Tusculanarum 4.

Improbus est peruersus, sæpe etiã impurus, sceleratus, perfidiosus, facinorosus, nequam. Cic. Homo nequam & improbus. Improbitas est peruersitas. Cic. Amicorum neglectio improbitatem coarquit. Improbè. Cic. Multa improbè fecisti.

Obstinatus est, quæ de sua suscepta causa, propositaq; sententiã nulla adhortatio, nulla uis, nullum periculum potest depellere : uel qui nimium sui iuris, atq; sententiæ est: quiq; nimis præfractè aliquid defendit, & quod negat, in eo perstat. Liuius. Quoniam id certum, atq; obstinatum est, neq; ego obtundam. Obstinatio est peruicacitas, pertinacia,

uel nimia in opinione perseverantia. Cic. *Quæ ega omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui. Obstinatè est pertinaciter. Terent. Itane obstinatè operam dat, ut me à Glycerio miserum abstrahat?*

Pertinax. Cic. *Sermo lenis, minimeq; pertinax. Pertinacia est obstinatio. Cic. In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. Pertinaciter est perseveranter, uel obstinatè. Fam. 10.*

Peruicax est durus, contentiosus, nulli cedens, & in sententia perseverans, cum quadam uirtute. Teren. in *Hecyræ. Peruicatia.* Cic. *Aegrotationi talia quædam subiecta sunt, auaricia, ambitio, mulierositas, peruicatia, & si qua sunt similia.*

Præfractè est pertinaciter, uel perficaciter. Cic. *Nimis mihi uidetur præfractè & rariū, uel stigaliaq; defendere.*

Peruersus. Peruersum propriè id dicitur, quod quasi inuersum est, & obliquum, ut sunt oculi Strabonum. de *Nat. Deor. 1.* Translatè pro præpostero, uel prauo accipitur, conuenitq; tam rebus quàm personis. Cic. *Nisi forte tu peruerso more id facis. Peruersitas est prauitas. Cic. Cum te alicuius improbitas, peruersitasq; commouerit.*

Peruerſe eſt præpoſtere, inuerſo ordine, uel præuè. Cic. Multi deorum beneficio peruerſe uentur.

Præpoſterus eſt peruerſus. Cic. O præpoſteram gratulationē. Præpoſtere eſt peruerſe, uel peruerſo ordine. Cic. ad Att. 17. Omnes arbitror mihi tuas literas redditas eſſe, ſed primas præpoſtere, reliquas ordine.

Temerariuſ dicitur inconſultus, inconſideratus, nullius conſilij. Cic. Cæca et temeraria cupiditas. Temeritas ſapientiæ opponitur. Cic. Temeritate remota, grauiſſima eſt liberalitas. Temerè. Vide primum Tomum.

Inſanus pro ueſano, amente, uel furente. Cic. Si quis mihi malè dicit, petulans, & planè inſanus uidetur. Inſania eſt furor, uel animi impotentia. Terent. Prò Iupiter: tu homo adiges me ad inſaniam?

Veſanus ſignificat inſanum, dementem, uel furioſum. Cic. Hæc furioſa uis ueſani tribuni plebis facile ſuperari, frangiq; potuit, uirorum bonorum uel uirtute, uel multitudine.

Inſanire eſt deſipere, mentem amittere, alio num eſſe à ſanitate mentis. Cic. Inſanire ac furero uideris.

Deſipere

Desipere est insanire, uel dementem esse.
Cic. Vtrum ego desipio, an uos quoq; doletis? Desipiens idē est, quod demens uel amens. Cic. Non tam desipiens fuisset, ut homunculis simiļe deum fingeret.

Insipiens idem est, quod desipiens. Cic. Turpe est, sapientem ex insipientium sermone pendere. Insipientia est dementia, uel amentia. Cic. Insipientia nullum maius malum. Insipienter est sine sapientia, uel sine animi sanitate. Cic. Sperat adolescēs diu se uicturum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat.

Delirare est desipere, idq; per translationē.
Cic. Omnes ne tibi delirare uisi sunt? Deliratio est amentia. Cic. O delirationem incredibilem. Deliramentum est res delirationis plena. Plaut. Hęc quidem deliramēta loquitur. Delirus est desipiens, uel mente captus. Cic. Quę est anus tam delira, quę ista timeat?

Animum loco, uel statu dimouere id dicitur, quod ad insaniam rapit. Cic. Etenim recuperatores, non ea sola uis, quę ad corpus nostrū, uitaq; peruenit, sed etiā multo maior ea, quę periculo mortis iniecto, formidine animū perterritū de loco sepe, & certo statu dimouet, id est, ad insaniam rapit.

De

De potestate exire, pro insanire. Cic. Qui exisse è potestate dicuntur, iccirco dicuntur, quia nō sunt in potestate mentis, cui regimē totius animi à natura tributum est.

Amente discedere, pro de potestate exire. Cic. Ille Græcus quid mirum si magnitudine timoris, ut plerunq; fit, à constantia, atq; à mente, atq; à se ipse discessit?

Mente captus dicitur, qui de potestate exiit. Cic. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare, quàm mente captum esse.

Mentis error, uel imbecillitas, pro amentia, uel insania. Cic. Quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi uerò mens integra est.

Aments est insanus, uel furiosus, uel desipiēs. Cic. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat. Amentia est insania uel furor. Terent. Cur meam senectutem sollicitatis huius amentia? Inde dicimus. In amentiam incidere. Amentia præditus, uel præceps. Cic. Præceps amentia uerebare, qui te existimares auaritiæ uulnera crudelitatis remedijs posse sanare. Amentiam aliquem tenere. Ad Her. 4. Amētia rapi. Fam. 16. Amentia flagrare. Cic. pro Cluent.

Demens est de mente ac sanitate deturbatus, uel qui à mente discessit. Cice. In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est. Dementia est mentis, animiq; insanitas. Cice. in Catullinam. Dementer est cum dementia, uel insania. Ibidem.

Fanaticus pro demente, & furioso. Cice. Nescio quomodo isti philosophi supersticiosi, & penè fanatici, quiduis mille uidentur quàm se ineptos. Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati. Græcis enthei, & theophorumeni dicuntur, quod non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Quint. li. 11. Ut Cumana sybilla Verg. 6. Aeneid. Huiusmodi erant Galli matris deum Cybeles, qui propterea Corybantes dicuntur, quasi furibundi saltantes.

Furens est furore inflammatus, insanus, effrenatus, præceps, uiolentus: uel q̄ mentis suæ cōpos non est: cui mens ex sua sede & statu dimota est. Cice. Itaq; hominem furentem, exultantemq; continui. Furenter est cum furore, ad Att. 6. Furiosus, pro furente, uel uesano. Cice. Homo uesanus, & furiosus. Furiosè idē est quod furēter. Cice. Solet enim cum aliquid furiosè fecit, pœnitere. Furibundus cum furentis, uel furiosi significatione conuenit. Cice. Ce-

dam priuatus furibundo magistratui. Furialis significat furore plenum, uel feruidum. Cic. pro Planc. Furor est impotens animi ardor, impetus, uel insania. Cic. Qui aliqua ex parte furorem exultantem repræsit. Inde dicimus. Furorem aliquem inuadere. Fam. 15. Furorem cōsidere, dicimus cum se remittit & sedatur. Cic. in Acad. Ad furorem rediri. Fam. 10. Furia. Furias appellarūt deas specularices, uindicesq; facinorum & scelerum. Vel deas furoris ut sunt. Megea, Alecto, Typhisone, aliās uocantur Eumenides. Furias quoq; uocant Latini scelestæ mentis tormenta. Translatè autem furia dicitur, aliquis, qui furore percitus, & uesanus omnia perturbat & miscet, uel furiose agit. Cic. Eos agitant furie, neque consistere usquam patiuntur.

Furere est insanire, furore inflammati, uel Bacchari. Cic. Hic acerrimè fuit. Cū infinitiuo uel ablatiuo, cum præpositione aliquādo ponitur. Cic. Pansa furere uidetur de Clodio. Furiare est cum furore concitare. Horat. Quæ solet matres furiare equorum.

Bacchari est furere, uel insanire. Cic. Hic tui gaudijs exultabis? quanta in uoluptate Baccha bere? Bacchatio est nocturna quædā uitæ dissolutio,
cum

cum effrenata mente in quoduis uitium, propensa, siue uinolentiam spectes, siue mulierositatem, & impudentem cum scortis consuetudinē. In Ver. Act. 3 De bacchari est furere, à bacchantibus sumptū, quæ cursu, tum clamoribus insaniam imitantur. Ter. Sa tis iam debacchatus leno es ?

Compos mentis superioribus locutionibus opponitur. Et dicitur is, de mentis potestate non exijt, uel qui à mente non discessit : id est, qui non insanijt, uel qui nullo furore, amentiaue agitur. Cicero. Tu mentis es compos ? tu non constrin= gendus ?

Rabies hominis etiam est, & pro impoten ti furore accipitur. Cic. Hecubam putant propter animi acerbitem quandam, & rabiem fingi in canem esse conuersam. Propriè rabiem morbum canum esse uolunt, cum ueluti furore quodam acii, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. Rabidus est rabie plenus, uel rabie agita tus. Cic. Vel toto spirans rabido de corpore flammam. Rabidè. Tus. 5. Rabiosus pro rabido. Cic. Vide, ne fortitudo minimè sit rabiosa, sitq; iracundia tota lenitatis. Rabiosulus. Cic. Primū illas rabio sulas sat fatuas dedisti. Rabiosè. Cic. Nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè, rabiosèue fecerunt.

Rabula

Rabula. Rabulam à rabie dici uolunt, ut is sit rabula, qui in negotijs agendis acer est, & rabiosus. Vnde & p. o. causarum patrono accipi solet. Vel dicitur à radendis auribus. Nam à fando fabula, à stando stabula, à pascendo pabula. Ita à radendo rabula, mutato tantum d in b. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quod radant id est, offendant aures: & ut ait Quintilianus, nimia uerbositate feriant. Cic. Non causidicum nescio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam conquirimus.

Impurus propriè est cõtaminatus, lutulentus, uel spurcus. Extra quam significationem aliquando ad mores, uitãq; refertur, & accipitur pro scelerato, uel improbo. Cic. Ego hunc impurum et sceleratum puto. Impuritas est uitæ contaminatio, improbitas, scelus, iniquitas. Cic. Cum tu omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, uino lustrisq; confectus. Impurè est flagitiosè, uel sceleratè. Cic. Impurè ut intemperanter faciebas, &c.

Spurcus, ut impurus. Propriè de incontaminato, uel lutulento dicitur. Translatè uero de moribus, uel uitæ impuritate intelligitur. Cic. Sannis spurcus homo uita illa dignus. Spurcè est impurè,

3 uel fa=

uel facinorose. Cic. In illam miseram spurcè, atq; impie dixisti.

Inquinatus ab inquinare descendit, quod significat contaminare, uel corrumpere. Translate Cic. Quibus uelut domesticis uitijs, atq; flagitijs se inquinassent. Inquinatus. Propriè. Cic. Tusc. 5. Translate. Cic. Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. Inquinare, uel ad mores refertur, uel de sermonis uitiositate intelligitur. Appellamus enim aliquando inquinatum loquendi genus, uel dicimus aliquem inquinatos uersus scribere, pro uitiosis & non satis purè, exactèq; factis. Cic. Confluxerunt in hanc urbem multi inquinate loquentes.

Contaminatus à contaminare proficiscitur. Translate. Cic. Fingi maleficium nullum potest, quo iste se non cōtaminarit. Contaminatus. Cic. Non tam fui timidus, ut qui maximis turbinibus, ac fluctibus reipub. nauem gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam: tum collega tui contaminatum spiritum permiscerem. Væcat Cicero contaminatum spiritum eleganter, quem uulgo appellatur anhelitum, foetidum, uel putidum, scilicet, cum anima, spiritus uè contaminatus ex pulmone ægro emittitur. Translate. Cicero. Ita
peritur.

perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius.

Iniquus est iniquitatē habens, iniustus, uel iniurius. Aut absolute plane ponitur. Cic. Quid hoc iniquius, aut indignius dici potest? Aut pronomen asciicit. Cic. Equidem si quando audio, tam defendo, quàm me scio à te contra iniquos meos solere defendi. Aut datiuum habet. Cic. Multi iniqui, atq; infideles regno, pauci boni sunt. Aut accusatiuum & præpositionem habet. Cic. Si iniquus es in me iudex condēnabo eodē ego te crimine. Iniquitas est iniuria Cic. Defendere propter iniquitatem temporā non audent. Dicimus etiam. Iniquitatem habere rem, quæ iniqua est & iniusta. Cic. Habere uidetur ista res iniquitatem, si imperare uelis, difficultatem si rogare.

Nefas idem est, quod iniquitas. Vel accipitur pro impio, uel execrabil. i Et tunc adiectiuum est, ut nefas dictu. Cicero Putabat nefas esse iudicare contra Publicanum. Nefas habere. Cic. Quartus Mercurius Nilo patre natus est, quem Aegyptij nefas habent nominare. Nefastus dies, quo non licebat ius fari. Ouid. Ille nefastus erit per quē tria uerba silentur. Cicero nefastum pro nefario

posuit. De leg. Quæ augur, inquit iniusta, nefasta,
uitiosa, diræ dixerit, irrita, infectaq; sũto. Et ne-
farius idem, q; sceleratus, facinorosus, perditus, uel
profligatus. Et tã de rebus, quã de personis dicitur.
Cic. Scelestum & nefariũ facinus. Nefariè est sce-
leratè, uel flagitiosè. Cic. Pater occisus nefariè est.

Impius est à pietate remotus & sceleratus.
Cic. Dij piorum & impiorum rationem habent. Im-
pietas est scelus, fraus, uel crudelitas. Ci. Nihil est,
quod tam miseros faciat, quàm impietas & scelus.
Impiè est sceleratè, uel ingratè. Cic. Multa in deos
& homines impiè, nefarièq; commisit.

Prauus propriè est distortus, uel peruersus.
Cic. Si qua in membris praua, aut debilitata, aut
imminuta sunt. Translatè pro iniquo, malo, iniusto,
impio, nocentiq; accipitur. Cic. Recta & praua ta-
cito quodã sensu dijudicamus. Prauitas propriè est
deformitas, ut prauitas membrorum, oris, Cic. Pra-
uitas & imminutio corporis. Translatè uero pro
uitio, peruersitate, uel iniquitate ponitur. Cic. Pra-
uitates animi rectè uitia dicuntur. Prauitatis erro-
re imbuti. Tusc. 5. Prauitatẽ aliquem tenere. Cic. in
Vatin. De prauitate deducere. Cic. Da operam, ut
eum de illa prauitate animi deducas. Prauè. Cic. Il-
le porrò malè, prauè, nequiter, turpiter coenabat.

Malus

Malus improbum, prauum, uel incommodū significat, pertinetq; tam ad res, quàm ad personas. Neq; solum ad animū, aut ad mores refertur: sed dicitur etiam Poëta, uel Orator malus, qui non satis artem Poëticam, aut oratoriam tenet. Appellatur quoq; uersus malus, aut opus scriptoris alicuius malum, quod non satis artis eloquentiæ, uel doctrinæ habet. Terent. Mala mens, malus animus. Peior est deterior. Et tã ad personam, quàm ad res pertinet. Cic. Turpitude peior est, quàm dolor. Pessimus superlatiuus est mali. Malè pro prauè, nequiter, incommodè, uitiosè, improbè, uel mala ratione ponitur. Cic. Malè se res habet. Malè pro uehemèter uel grauitè. Teren. Quàm timui malè. Et pessimè.

Malitia est fraus uel calliditas: Vel est uersuta & fallax nocendi ratio, uirtuti scilicet contraria uiciositas. Ci. Cohæredes sinere opprimi, malitia est. A malitia discedere. Cic. Tamen à malitia non discedis. Malitiosus dicitur uersutus, callidus, astutus, fallax. Cic. Non sunt in disputando uasri, non ueteratores, non malitiosi. Malitiosè est cum malitia, fraude, uel calliditate. Cic. Nihil sanè uasrè, nec malitiosè facere conatus est.

Sæuus est crudelis, uel atrox, pertinetq;

tam ad res, quàm ad personas. Cic. Medea amore seuo saucia. Seuitia est crudelitas, uel ferocitas. Cic. In iudicio aut seuitiam, aut clementiam iudicis sibi proponet Orator.

Ferus est immanis, uel immansuetus, barbarus, crudelis. Cic. Fera & agrestis uita. Et tam ad bruta, quàm ad homines pertinet. Cic. Immanis & fera belua. Fera pro bestia. Cic. Ipse fera nullo insequente sæpe incidunt. Effrere est ferum uel crudelē facere: uel feritatis speciem inducere: quod nō minus inanimatis cōuenit, quàm animatis. De Nat. Deor. 2. Effratus est immanis uel crudelis. Tus. Feritas est immanitas. Cic. Eos ex feritate illa ad iustitiā, māsuetudinēq; transtulerūt. Ferox est uehemens, uel ferus, Fam. 4. Ferocitas est insolentia uel crudelitas. Cic. Cuius tantæ ferocitatis est uictorem orbis terrarū non extimescere. Ferocia est immanitas. Ci. Infirmitas puerorū est, ferocia iuuenū. Ferociter est insolenter, uel immaniter. Cic. pro Planc.

Atrox significat ferocē uel crudelē. Et tam ad res, quā ad personas pertinet. Ci. Ut cōsules de re atroci magnaq; quærerēt. Atrocitas est crudelitas. Ci. Rei atrocitas necessitudini nemine leuatur. Atrocitatē habere res dicitur, quæ est, uel uidetur atrox Ci. Hæ literæ cū legūtur, inuidiosam atrocitatē habēt. Atrociter est crudeliter, uel acerbe. Ci. p Mil.

Truculētus est terribilis aspectu, crudelis et immanis. Terē. Ego ille agrestis, seuus, tristis, parcus, truculētus, tenax. Trux idē est, q̄, truculentus. Cice. Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci.

Immanis pro fero uel crudeli hic ponitur. Ci. Fera & immanis belua. Pro magno uel ingenti, in 2. Tomo habuimus. Immanitas est feritas, uel diritas Cic. Omni diritate, atque immanitate teterrimus.

Dirus est ferus, crudelis, immanis. Ponunt etiā dirū pro infesto, quasi deorū ira immisso: ut stupeor dirus, id est, diuinitus insitus ob nimiam peruiositatem, uel impietatem. Cic. Itaq; sinistra dum exquirimus, in dira & in uitiosa incurrimus. Dirus pro furijs ponuntur aliquando pro signis tristibus, & calamitatem perniciemq; portendentibus, quæ uel in augurijs, uel in auspicijs, uel in extispicijs apparent. Cic. Marco Crasso quid acciderit, uidemus dirarum obnunciatione neglecta. Diritas est immanitas, uel crudelitas. Cic. Aut mortem acerbam, aut exilij moestam fugam, aut semper aliquam molem meditabar mali: ut, si qua inuecta diritas casu foret, ne me imparatum cura laceraret repens.

Crudelis significat durum, inhumanum, ferum, immanem, importunū, omnis humanitatis expertem, singulari immanitate, & crudelitate pro-

ditum, uel omni diritate, atq; immanitate teterrimū. Id quod tā ad res, quā ad personas pertinet. Cic. Bellum crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebant. Crudelitas est morum acerbitas, inhumanitas, importunitas, sœuitia, atrocitas, uel immanitas. Cic. Nihil abest à me longius, crudelitate. Inde crudelitate imbui. Cic. At ille crudelitate imbutus, cui tandē uestrū, aut cui omnino bono pepercisset? Crudelitate præditus. Crudelitatē expromere. Cic. Quam rem & si necessario fecisti, tamen quoniam in meo inimico crudelitatem expromisisti, tua laudare non possum, irasci certe non debeo. Crudelitatem adhibere. Cic. Quid crudelitatem uestram expromo quam in ipsum me, ac meis adhibuistis? Crudelitatē exercere, explere, saturare satiare. Cic. ad Q. Frat. Crudeliter est durè, acerbè, uel atrociter. Cic. Illud considerandū est ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.

Tyrannus aliquando in bonam partē ditus est pro rege, uel domino, qui plenam habebat in subditos potestatem. Vnde, Trogo teste, quæq; ciuitas, & gens rerum publicarum imperium ab initio penes reges habebat: quod ad huiusmodi fastigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehat, qui et tyran

ni ob fortitudinem uocabantur. Verg. Pars mihi pa-
cis erit dextram tetigisse tyranni. Tyranni uero
nomē crescente malitia, cum superbi reges regnare
cœpissent, ad illos solos restrictum est, qui per inso-
lentiam imperij, uiribus abutebantur. Et pro scuo,
fero, immani, crudeli, ponitur. Cic. Quo tandē ani-
mo hoc tyrannum tulisse creditis? Tyrannis & cru-
delis dominatus, uel scuitia & atrocitas. Cic. O dij
boni, uiuit tyrannis? Tyrannicus. Cic. Cum indem-
natum exturbares priuilegijs tyrannicis irrogatis,
Tyrannicè est crudeliter uel acerbè. In Ver. act. 5.
Tyrannoctonus significat uindicem, & oppresso-
rem tyrānidis, & crudelis dominationis. Cic. Sustu-
lisse mihi uidetur simulationē desiderij, adhuc quæ-
serpebat indies, & inueterata uidebatur, ne pericu-
losa nostris Tyrannoctonis esse.

Moderatus significat temperatum, æquabi-
lem, cōstantē. Et pertinet tam ad res, quàm
ad personas. Cic. Id magno argumento sit, me in
utroq; fuisse moderatum. Moderatio est temperan-
tia, mediocritas, uel modus. Cic. Quæ collegæ eius
moderatio de me? Moderatè. Cic. Hoc genus, socia-
tes moderatius temperauit.

Modestus significat commodum, uel sui co-
gnoscentem. Cic. Eius libertum hominem frugi, &

modestū tibi cōmendo. Modestia est moderatio, pudor, uel frugalitas: Vel est in animo cōtinēs moderatio cupiditatū: Vel est, per quā pudor honestus clarum, & stabilē comparat autoritatē. Cic. Vetus illa magistra pudoris, & modestia seueritas. Censoria sublata est. Modestē, est moderatē, uel adhibito modo. Cic. In prætura modestē se gessit, & abstinetē.

Modus est ratio, uel uia. Cic. Est earū rerū nō societas, sed modus. Aliquādo genitiuū casū habet cū pronomibus illiusmodi, istiusmodi etc. Istiusmodi. Ci. Istiusmodi res dicere ornatē uelle, puerile est. Illiusmodi. Cic. Mori milies malim, quā semel illiusmodi quicquid cogitare. Eiusmodi. Cic. Accepi eiusmodi literas, ut neuter etc. Eiusdemodi. Ci. Eiusdemodi totū ius prætoriū, eiusdemodi oīs res iudiciaria fuit in Sicilia per triēniū Verre prætore. Decreta eiusdemodi. Cuiusmodi. Ci. Vbi melius uti possumus hoc, cuiusmodi est, ocio? Cuiusque modi. Ci. In tot hoīm cuiusque modi uitij. Cuiuscemodi. Ci. Quod si hæc cū summo inutilia, tū multo turpissima sunt, legē cuiuscemodi sit, in præsentia cōseruari à iudicibus etc. Cuiusdemodi. Ci. Iā uerò animus nō esse solū, sed etiā cuiusdemodi debet esse. Vniusmodi. Ci. Noli putare tolerabiles horū insanias, nec uniusmodi fore. Aliusmodi. Cic. Opinio dupliciter fallit homines, cū aut res aliusmodi est, ac putatur: aut nō is euentus est, quē ar

bitrati sunt. Aliquādo accusatiuū habet cū prepo-
 sitione ad. Cic. Repræhenditur ad hunc modū. Aut
 cum in Cic. Mirandū in modū iratus est. Aut cum
 intra. Cic. Modicè hoc faciā, aut etiā intra modū. Id
 est, minus, multo, q̄ uel ipse modus, mediocritasq̄
 postulet. Aut cum extra. Ci. Cauendū est etiā, si ædi-
 fices, ne extra modū sumptu, & magnificētia pro-
 deas. Aut cū præter. Cic. Cū lacus Albanus præter
 modū creuisset &c. Cum ablatiuo pro more, uel cō-
 suetudine ponitur. Cic. Nihil humano modo, nihil
 usitato more fecit. Inde dicimus. Modū metiri, p̄ cō-
 sere, uel aestimare. Cic. in para. Statuere Cic. Quis
 est, q̄ aliena modū statuit industria? Modū cōstitua-
 re, finire, p̄ cōstituerē de Le. 2. definire, terminare tē-
 perare, adhibere, habere, exequi, facere, tenere. Ci.
 Rerū modū fingere, nō possumus, animorū modū te-
 nere possumus. Modū retinere. Off. 1. Modus agri,
 pro certa definitione, seu mēsurā agri, qua, quot iu-
 gera sint, intelligi possit. Ci. Nihil scripsit nisi de mo-
 do agri. Modus pro cōpositione, modulamine, uel
 uersu. Cic. Pressi & flebiles modi. Modo de tēpore
 præterito dictū, significat paulò antè, uel nō ita du-
 dū. Cic. Modò hoc malū in hanc Remp. inuasit. De
 tēpore præsentis dictū cū duplex est. Cic. Carneades
 modò, ait hoc, modo illud. Vel cum triplex est. Cic.

Partim modo à nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo à senatu agris, urbibusq; mulctati sunt. Ponitur etiam pro tum, uel tunc. Cic. Modò egens, repente diues. Pro tantummodo, dummodo, uel duntaxit. Cic. Si in his paulum modò offensum est. Cic. Arbores tantummodo per stirpes suas aluntur. Admodum pro ualde, uel per. Cic. Me admodum diligunt, multumq; mecum sunt. Propemodum est prope, uel ferè. Cic. Eæ res utrisq; propemodum comparanda est. Quemadmodum, significat quomodo, ut, ita, perinde ut, sicut, tanquam, ac. Cic. Velim exquiras, quemadmodum illi se nunc gerant.

Moderari est modum, uel moderationem adhibere, temperare, metiri, aut certa ratione gubernare. Cum datiuo. Cic. Oratio sibi ipsa moderatur. Cũ accusatiuo. Cic. Tormēta gubernat dolor, et moderatur natura cuiusq;. Absolutè. Fam. 8. Moderator. Cic. Sol moderator & dux temporum. Moderatrix. Cic. Temperantia est moderatrix omnium commotionum.

Modificari dicuntur, quæ nostra moderatione & temperatione modum mensuram, uel formam capiunt. Est igitur modificare cum modo componere, uel digerere in speciem pulchriorem, aptiorem, & conuenientiore. Cic. Verba ab oratore
modis

modificata, & inflexa quodammodo.

Temperare est moderari, uel moderati-
nem facere. Propriè uero temperari dicimus, quæ
commiscentur & confunduntur: ut cum ferrum, re
aliqua leniori temperamus, & ad mollitiè conuer-
timus. Generatim enim quicquid ad mollitiè, uel ad
suauitatem pertrahitur, id propriè temperari dici-
mus. Translatè hic cum accusatiuo. Cic. Ea quæ spe-
ras, Tullie meæ prudentia temperari posse scio.
Cum datiuo. Plaut. Qui nostræ ætati tēpestiuè tem-
perant. Cum ablatiuo & præpositione. ad Her. 4.
Temperans pro continente, & illo, qui omnem libi-
rem coërcet, & se moderatum præbet. Terent. Ex
qua re minus rei foret, aut fame temperans. Tem-
peratus pro moderato, modesto uel modico. Ci. Vir
iustus, temperatus, sapiens. Temperator. Cic. Ma-
gni iudicij, summæ etiam facultatis esse debet mo-
derator ille, & quasi temperator huius tripartitæ
uarietati. Temperatio. Cic. Animus temperatione
naturæ uiget & sentit. Translatè. Cic. Præsto est
huius uitij temperatio. Temperamentum. Cic. Tali
adhibito temperamento, ut nec laxet nimis, nec uin-
ctum esse patiat. Temperatura pro temperatio-
ne. Varro. Quæro, utrum hoc adduxerit cæli tem-
peraturæ, an terræ bonitas. Temperies. Plin. Sic iu-
dicatur

aliquando est assidue, uel continuatè. Cic. Vno spiritu continenter multa dicere. Hic pro temperatè, castè, uel moderatè. Ci. Non Asiam nunquam uidisse, sed in Asia continenter uixisse, laudandum est.

Abstinere est cohibere, uel temperare, & uel accusatiuum habet, uel ablatiuum. Cic. A ceteris causis coniurationis abstinuimus. Abstiniens est suo contentus, uel nulla libidine præceptus, maximè auaritia, & impotenti cupiditate. Cic. Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abstiniens. Abstinentia est abstinentis uirtus. Cic. Laus abstinentiæ est temporum illorum. Astinenter, Cic. In prætura modestè se gessit, & abstinenter.

Castus non solum de ijs dicitur, qui se à libidine uenerea abstinent. Cic. Quæ foemina matronarum castissima putabatur. Sed generaliter dicitur castus, qui sine nota turpitudinis est, purus, integer incorruptus, abstiniens. Cic. Hominem integrum, & castum & grauem, cognoui. Castimonia, uel castitas, pro uirginitate uel pudicitia. Cic. Ut Sentiant mulieres in natura foeminarum omnium deum castitatè pati. Castè, pro integrè, purè, siue de pudicitia intelligatur, siue de re alia. Cic. Ad diuos castè aduento.

Immoderatus est intemperans, uel nimius. Cicero ô immoderata mulier. Immoderatio.

Cic.

Fortis, aut ad animum refertur, significatq; magnanimū, animosum, in quo multum sit roboris, & uirtutis: omnia in se posita esse ducentem, & humanos casus uirtute inferiores putantem. Cic. Si fortis, quoad rei natura patietur. Aut extra animum, pro acri, uehementi, potenti, uel ualenti. Cic. Forte & uehemēs genus dicendi. Fortitudo est rerum magnarum appetitus, & laboris cum utilitatis ratione p̄pessio. Vel est animi affectio legi in perpetiendis rebus obtemperans. Vel est conseruatio stabilis iudicij in eis rebus, quæ formidolose uidentur subeundis & repellendis. Vel est scientia rerum formidolosarū, contrariarūq; aut omnino negligendarum, conseruās earum rerum stabile iudicium. Cic. Hoc sentire prudentiæ est, facere fortitudinis. Fortiter est animose, uiriliter, constanter, strenue, magno animo. Cic. Cum fugitiuis fortiter bellum gesserat.

Constans, cum ad personas pertinet significat firmum, stabilem, uel grauem. Cic. Vir constans & grauis. Cum uerò ad res refertur, accipitur pro perpetuo, conuenienti, æquabili, uel moderato. Cic. Stellarum conueniens, constansq; conuersio. Cōstantia est firmitas, grauitas, æqualitas, p̄seuerantia. Cic. O constantiam promissi, & fidem

miram. Dicimus etiam Constantiam retinere. Ci. Retinenda est uobis cōstantia, grauitas & perseuerantia. Vel seruare constantiam dicimus. Cic. Nihil est quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, consilioq; capiendo seruare constantiam. Constante est fortiter, æqualiter, perpetuò, uel cōuenienter. Cic. Constante & libere me gessi.

Magnanimus dicitur uir magni animi, uel altus, & excellens. Cicero Cauenda est gloria cupiditas: eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Magnanimitas est animi magnitudo, altitudo, uel celsitudo. Off. 1.

Animosus dicitur plenus animi & roboris, uel magnanimitatis. Cic. Animosos & bene animatos dicimus. Animose. Cicero Non solum id animose & fortiter, sed cōsiderate etiam sapienterq; fecerunt.

Animus in bonam partem sumptus significat fortitudinem, robur, uel mentis celsitudinem. Cic. Acta res est animo uirili, consilio puerili. Cum substantiuus animus, Cic. Fortitudinem, grauitatēq; animi tui perspexi. Inde dicimus. Adferre animū. ad Att. 7. Efferre. Cic. Insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia.

Animos

Animos tollere. Sallu. Verum, ut opinor, splendor
 domesticus tibi animos tollit. Animū dare, addere,
 augere, accedere alicui, habere, adhibere. Animo
 esse. Cicero Fac animo forti, magnoq; sis. Animus
 in malam partem. Cic. Illud pusilli animi, & ipsa
 maleuolentia ieiuni, atq; inanis est. Animus cum
 substantiuus est. Cicero Si humanitas appellen-
 da est, in acerbissima iniuria remissio animi, ac dis-
 solutio. Dicimus quoq; Animum contrahere. Cice.
 Hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas
 animum, neue te obrui tanquam fluctu, sic magni-
 tudine negotij, sinas, contraq; erigas, ac resistas,
 siue etiam ultro occurras negotijs. Animum infle-
 tere. Fam. 1. Animum demittere. De Finib. 5. Ani-
 mis cadere. Cic. Non debemus ita cadere animis,
 quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquam
 putaremus. Animo deficere. ad Att. 3. Animū dees-
 se, despondere pro animo deficere, & quasi ex despe-
 ratione mori discernere. Var. Ne reliqui si uideant
 despondeant animum. Animum reuocare. Vergil.
 Reuocate animos. Animus præterea ponitur pro
 anima & sensu, quo uiuimus. Cicero Animum il-
 lum spirabilem sumpsimus, ab aëre eo, quem spiri-
 tu ducimus.

Proijcere se pro animo despondere. Cic.

Tuas nunc epistolas, à primo lego, quæ me paululū recreant, primæ mouent, & rogant, ne me proiciā proximæ te gaudere ostendunt, me remansisse.

STrenuus appellatur fortis, uigilans, uel qui ad res gerendas prōpto est, & celeri animo. Cic. Ut unusquisq; strenuus erat, ceciderat in bello. Strenuè. Cic. Sanè strenuè accepi tuas literas.

Generosus dicitur, qui altiore animo est, strenuus scilicet & magnanimus. Et pertinet tam ad res, quàm ad personas. Cum ad personas pertinet, ferè pro magnifico, nobili, excellenti, præstantiq; accipitur. Cic. O generosam stirpem. Generositas est animi quædam constans magnitudo, aut à genere stirpeq; ducta, aut à uirtute suapte sponte manans. Vel est (si extra personam egreditur) uis quædā generandi, producendiq; nobilior, ut appellatur in arboribus uel uitibus. Col. lib. 3.

Ignauus est idem, quod imbecillus, remisus, uel etiam aliquando iners. Cic. Non nos impediet illa ignaua ratio. Nomen cōpositum uidetur à Nauo, qui industrius, strenuus, diligēs, uel celer uocatur. Cic. Homo nauus, & industrius. Nauitas inde, quæ ponitur pro nauis industria, et uirtute. Fam. 10. Nauiter. Cic. Qui semel uerecundiæ fines transierit. cum bene, & nauiter oportet esse impudentem. Ab

tem. Ab ignaui uenit ignaui. Cic. Quod si cessabis laceffam: nec tua ignaui etiam inertiam adferet Ignauiter. Cic. Queris, an ego, cum omnes ualeant, ignauiter aliquid faciam.

FRugi, pro moderato, modesto, temperato, abstinate, innocēte, utiliq; ponitur. Et ex hoc generali significato frugi, is dicitur, qui in uictu, uictitu, similibusq; temperans est. Dicitur quoq; frugi seruus, qui diligenter domini utilitati, commodisq; seruit, fidelis scilicet, & omnia quæ serui sunt, officiosè præstans. Præterea frugi bonæ, uel bonæ frugi dixerunt antiqui. probum, officiosumq; consummatè significantes. Cum autem contrariū cuius significare uolebant, nequam hominem appellabant id est prodigum, astutum, libidinosum, improbum, nihili, & scelestum, præsertim cum de seruis loquebantur. Exemplum de primo Cic. Incidimus in Talenam modestum & frugi. Cum substantiuum est. Plautus. Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. Frugalis idem est quod frugi. Cic. Optimus colonus parcissimus, modestissimus, frugalissimus. Frugalitas est temperantia, siue moderatio, dicta à fruge, qua nihil melius à terra oritur. Cic. Tres uirtutes. fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas complexa est. Frugaliter est modestè, uel

2 3 tempe-

temperanter. Cicero pro Domo sua.

PARCUS dicitur paruo contentus, restrictus, tenax, frugi, & sumptibus parcens. Cic. Cum optimus colonus, parcissimus & frugalissimus esset. Parsimonia est frugalitas moderatio fructuum uel diligentia. Cicero Magnum uectigal est parsimonia. Parcè idem est, quod restrictè, continenter, sobriè, moderatè, leniter. Cicero Id feci parcè & molliter.

Restrictus parcum, uel auarum significat. Cicero An existimas illum in isto genere Lenitulum? aut restrictum? nemo est minus. Restrictè pro parce, uel moderatè. Ci. Cur id tam parce, tanquam restrictè faciant, non intelligo.

Contractus, si ad personam refertur, pro restricto, uel auaro poni solet. Si uerò ad res conuertatur, pro breui accipitur. Altero significato uocamus senes contractiores, id est, parciores & auariores. Altero dicimus contractiores noctes, uel studia cōtractiora, id est, remissiora. Cic. Ambitus uerborum contractus & breuis.

Tenax pro restricto, uel auaro in usu est. Propriè. Verg. Tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Translatè, Cic. illum filium familiās patre
parca

parco, ac tenaci habere tuis copijs deuinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti.

Auarus dicitur, sui nimium tenax, parcus, restrictus, alieni appetens, uel auidus, qui nihil gratis facit, sed omnia in pecunia ponit. Cice. Homo, ut existimabatur, auarus & furax. Auaritia pro sordibus, inhumanitate, nimiaq; auiditate ponitur. Vel est auaritia, opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit; inherens, & penitus insita. Vel est iniuriosa appetitio alienorum. Ci. Auaritia si tollere uultis, mater eius est tollenda luxuries. Auare est nimium cupide, uel cum nimio quæstus, lucraq; studio. Ci. post Reditum.

Prodigus, qui dissolutus, & perditus nimio sumptu est, dicitur. Ci. Idem & ipsum largitorẽ **Len- tulum**, & prodigum non putat, cum de pernicie rei publicæ, & exitio huius urbis tam acerbè, tamq; crudeliter cogitarit, etiã appellari posse popularẽ **Prodigè** est effuse. Ci. Nõ possunt nõ prodigè uiuere, qui nostra bona sperant, cum effundunt sua.

Luxuriosus pro prodigo, uel nimie abundantie dedito, & aut de personis dicitur. Cice. Ut in suis rebus, ita in republica luxuriosus nepos. Aut de inanimatis, quæ nimium se profundunt,

uel quæ supra modo redundant. Col. Luxuriosa uitis, nisi fructu compescitur, malè deflorescit, & in materiam, frondèq; effunditur. Luxuria est superfluitas, & nimia profusio, sumptuosior scilicet cibi uestitus, & aliarum rerum cura. Cic. Auaritiam si tollere uultis, mater eius tollenda est luxuritas. Luxus idem est, quod luxuria. Verg. At domus interior regali splendida luxu. Luxuriare, uel luxuriari, dicuntur, quæ superabundant, & se nimium profundunt, uel lasciuiunt, pertinetq; tam ad personas, quàm ad res. Plin. Ne ante hyemem luxurient.

Lasciuus, ut luxuriosus, non semper ad amorem, uel uenerem pertinet, sed interdum ad redundantem copiam & ubertatem: ut cum dicimus lasciuū stylum, uel lasciuum dicendi genus, id est, paulò plenius, paulò uberius, uel copiosius. De moribus tamen aliquando intelligitur, & dicitur lasciuus, qui molliculus est, uel qui plus teneri, quàm uiriliter ac robusti animi habet, uel qui petulans est, & nimium incitatus. Verg. Malo me Galatea petit lasciuua puella. Lasciuua dicitur mollities, uel petulantia, incontinentia animi, nec uirtutem, nec probitatē reuerentis, procacitateq; se oblectantis. Cic. Non hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantia sunt beati.

sunt beati. Lasciuire est petulanter agere, ut equi indomiti solent, aut qui diu in ocio fuerunt, qui aut calcitrant præter solitum, aut lusitant, exultantq;. Lilius. Correpti à patribus consules, cum quid in se facere uellent, percontarentur, decernunt, ut delictum, quàm acerrimum habeant, ocio enim lasciuere plebem. Lasciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabuli ubertate eluxuriant.

Dissolutus, aut pro nimium remisso accipitur, & tam ad res quàm ad personas pertinet. Etenim ut hominem dissolutum dicimus, ita etiam consilium dissolutum, uel iudicium, uel consuetudinem dissolutam. In quibus loquendi generibus certum inest uitium, uel parū firmi, & constantis animi, uel nimium sese ad aliquid applicantis, ac æquitatem, grauitatemue non seruantis. Cic. Nec dissolutum à te quicquàm homines expectant, nec crudele. Aut ponitur pro supra modum liberali uel sua temere profudenti. Et tam ad res, quàm ad personas pertinet. Vt enim aliquem dissolutum dicimus, ita etiam liberalitatē alicuius dissolutā nominamus. Cic. Illud consideres, ne tua liberalitas dissolutior uideatur. Dissolutè est nimium remissè, uel infrà, quàm grauitas, constantiaq; uirilis postulat. Cic. Eī nec crudeliter quicquàm eripui, nec dissolutè quicquàm remisi.

Nepos pro eo, qui bona sua profundit & dissipat, dictus, ut quidam uolunt, à Nepa, quæ (ut scribit Plinius) deuorat omnes foetus suos, uno solū saluo. Ci. Quis unquam nepos tam liberè est cū scortis, quàm hic cum sororibus est uoluntas?

Impendere est impensam agere, uel facere, uel pecuniam in aliquam rem conijcere. Cic. Ad incertum casum, & euentum certus quotannis labor, & certus sumptus impenditur. Impensa dicitur, quod impenditur. Cic. Is ne nos tanta impensa derideat, calface hominē. Impensam facere. ad Att. 13. Impensam agere. Cic. Neq; tanta ualeatis auctoritate, neq; tantorum officiorum impensam egistis in patriam. Impendium idem est quod impensa. Cice. Cogito fœnus & impendiū recusare. Impensè pro uehementer uel impendiō pro multo. Cic. Nunc eō facio id impēsius, quod eius causam. Nero suscepit.

Expendere significat perpendere exquirere, uel examinare ab eo tamen ducitur expensum, quod ponitur pro dato. Vide primum Tomum.

Erogare est impendere, uel curare. Cic. Pecunia in classē est erogata. Erogatio. Cic. In primis erogatio pecuniæ mihi grata est.

Insumere idem est, quod impendere. Cice. Plus insumptum in monumentum est quàm &c.

Sumptus

Sumptus est impens4. Cic. Non potui in illo sumptu
 non necessario negligens esse. Dicimus sumptum im-
 pendere. Cic. Impendent infiniti sumptus in hoc ex-
 ercitus, quibus nunc defendimur. Sumptum afferre.
 Fam. 9. Sumptum inferre. Cic. Pro quo, cum à præ-
 tore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, ultroq;
 ijs sumptum intulit. Sumptū inducere. Fam. 3. Sum-
 ptui esse. Ci. Auentus noster ne minimo quidē sum-
 ptui fuit. Sumptū habere. Fam. 9. Sumptū haurire.
 Cic. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat socijs.
 Sumptum facere. Fam. 12. Sumptum aliquid facere
 idem est quod insumere. Cic. Hic facit, ut mihi exci-
 piendus sit, cum teruncium nego sumptum factum.
 Sumptū decernere. Fam. 3. Sumptū dare. de Inuēt. 2.
 Insuptionem erogare, ad Att. 8. Sumptū suggerere.
 de Inuent. 1. Suppeditare. Off. 2. Impedere. In Ver.
 Act. 5. Insumere. de Inuent. 2. Sumptum ponere in
 re aliqua. Cic. Præstabo sumptum nusquam melius
 posse poni. Sumptum exercere, dicuntur serui, aut
 alij, qui iustam operam pro sumptu præbent, uel
 sumptui æqualem. Terent. Corrasit omnia, ancil-
 las, seruos, nisi eos, qui opere rustico facundo
 facile sumptum exerceant suum. Sumptum sustine-
 re. Fam. 11. Sumptui parcere. Fam. 19. Sum-
 ptū minuere, uel remittere. Fam. 2. Sumptu leuare.

Cic. Deniq; hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumptu remigū ciuitates leuaret. Sumptum extenuare. Cic. Extenuato igitur sumptu tollit etiā lamentationem. Sumptuarius est ad sumptum perti- nens. Cic. Lege sumptuaria uetamur. Sumptuosus dicitur profusus, uel sumptus multi. Et pertinet tā ad res, quā ad personas, sicq; est actiue, uel passi- ue significationis. Attamē cum de personis dicitur, passiue significationis esse potest, ut dicatur scilicet sumptuosus, in quem multum sumptus faciendum est, siue id spectat ad uestitum, siue ad uictum. Cic. Ludos apparat magnificētissimos, sic inquā, ut nemo sumptuosiores. Sumptuosē. Cic. Hi sunt coloni, qui se insperatis, repentinisq; pecunijs sumptuosius, in- solentiusq; iactarunt.

Consumere pleniorē significationem ha- bet, quā insumere, multo etiam uehementiorē. Cic. Consumo dies in philosophia explicanda. Ex- emplum huc pertinens. Cice. Aurum in momento consumptum. Consumptor rerum aliarum dici po- test, ut bonorū. Cic. Hic noster ignis confector est, & consumptor omniū. Consumptio Ci. Se ipse con- sumptione, & senio aiebat sui.

Absumere idem est, quod consumere. Te- rent. Pitissando modo, mihi quid uini absumpsit?

Come-

Comedere pro consumere, uel conficere.

Cic. Ego te iacente bona tua comedā. A dedere idē.

Cic. Quis tam profusus nepos, non ade sa iam, sed
abundanti pecunia sic dissolutus fuisset?

Effundere est, profundere, uel absumere.

Cic. Effudi plurimas lachrimas. Idē. Sumptus effu-
si cum dedecore. Effusio propriè. de Nat. Deor. 2.

Translatè. Cic. Eodem uitio est effusio animi in le-
titia, quo in dolore contractio. Effusè pro immodi-
cè, uel cum immodica effusione, siue id huc perti-
neat, siue extra hunc locū sit. Cic. Id nemo tam effu-
sè petulans conatus est.

Profundere est effundere. Propriè de li-
quidis. Cic. Lachrymas se subito profuderūt. Trās-
latè. Cic. ad Atticum. Omnes profudi uires animi
atq; ingenij mei. Idem. Priuata luxuria, profusa
epulæ. Idem pro Cælio profusa luxuries.

Dissipare pro conficere, consumere, uel di-
spendere. Cic. Nihil superest: libidines totum dissi-
uerunt. Interdum est dispergere, dissoluere, diffun-
dere, aut distrahere. Cic. Amicitia omnia contra-
hat, discordia dissipat. Dissipabilis significat dissolu-
bilem. Cic. Aër natura cedens est maximè, & dissi-
pabilis. Dissipatio est dissolutio. Propriè. Cic. Epi-
curus corporum congressionem fugat, ne interitus,

& dissi-

Et dissipatio consequitur. Translatè. Cic. Dissipatio pecunie publicæ non placuit.

Ligurire est deuorare. Est etiam comedere, et more senū multo fastidio suauissima quæquæ; degustare. Cic. Reperietis hominem nec timidè, nec leuiter hæc improbißima furtu ligurientem.

Obligurire propriè est multum auidè uorare. Translatè pro consumere, uel conficere. Cic. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obliguruerunt &c.

Abligurire est idem, quod obligurire: nisi fortè quidpiam uehementioris significati in hoc inesse uelis. Terent. Patria qui abligurierat bona.

Decoquere est paulatim diminuere, et conquendo absumere. Pli. Neronis principis inuentum est, decoquere aquam. Translatè est uorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidè suã per inopiam non liberare. Cic. Sciebam eum agrum decoquere quoto anno. Deccelum pro dulci, ut est fructus bene coctus uel sole, uel igne. de Ora. 3. Decoctor. Decoctores diæli sunt id genus fermè hominū, qui Afoti dicuntur uerbo Græco, id est, luxu, et ganeæ studio perditæ. Et latinè nequã uerbo significantissimo: eorumquæ; uitium Afotia: et nequitia: quã Gellius luxum et popinationẽ interpretatur.

tur. Ci. de Finib. bo. & mal. 2. Decoctores appellan-
 re licet eos, qui obliguritis, ebibitisq; aut in aleam
 deperditis, aut in uentrē profusis, aut in cultum, fa-
 stumq; effusissimū absumptis nō modo patrimonijs,
 sed etiā publicis priuatorumq; pecunijs, partim ad
 aras, asq; cōfugiunt, partim solū uertūt, partim
 etiam in carcerē migrant. Decoctoribus Romæ cer-
 tus locus in spectaculis assignatus erat, ut insignes
 omnibus essent, etiā si infortunio aliquo, non nequi-
 tia decoxissent. Philip. 2.

Helluari pro deuorare, uorare, uel consume-
 re ponitur. Ci. Ille gurges helluatus est simul tecum
 repub. sanguinē. Helluo dicitur uorax, uel immode-
 ratē sua bona consumēs, ab eluendo appellatus, &
 aspiratur, ut auuiditas magis exprobreter, fit enim
 uox incitator. In bonā uerò partē etiā sumi potest,
 si auuiditas uirtutē spectet, non uitii, ut uocamus ali-
 quē helluonē librorū, uel literarū. Ci. Helluo patria
 helluo patrimonij. Helluatio. Cic. Cur in lustris, &
 heluatiōibus huius saltatoris uirtus tā diu cessauit?

Conturbare pro decoquere. Cic. Illi dii sint
 irati huiusmodi Græco, qui cōturbare quidē putas
 sibi licere, quod Equitibus Romanis?

Dilapidare pro disperdere, uel decoquere.
 Terent. Conueniendus Phormio est, priusquā di-
 lapidet nostras triginta minas. **CON**

Expetere est optare, cupere, uel asiscere. In bonam partem. Cic. Nostram gloriam tua uirtute augeri expeto. Aliquando in malam partem ponitur. Cic. pro Deiotaro.

Optare est cupere, desiderare, expetere, uel uota facere. Cic. Optare hoc quidem est, non disputare. Optatus significat expetitum, gratum, charum, iucundum: uel cuius desiderio & cupiditate tenemur siue de persona dicatur, siue de rebus. Cic. Grati & optati rumores. Optabilis significat optatum, optandum, expetendum, uel potiore. Cic. Exitus optabilis. Optatum dicitur, quod in uotis est. Cic. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondet. In optatis esse res nobis dicitur, quam magnopere expetimus. Fam. 3. Præter optatum etiam dicimus, quod est non optando, uel expetendo. Cic. Illud accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate, ut in furorem & insaniam incideres. Optatio. De Orat. 3. Optio est libera rei alicuius potestas, uel facultas nihil omnino de uoluntate detrahens. Cic. Vtro frui malis, optio tua sit. Inde dicimus. Optionem dare, pro potestate uel electionem facere, scilicet ut eligamus, utrum uelimus. Cic. Cui cum tres optiones Nuptunus dedisset, optauit interitum Hypoliti. Optionem inferre. Cic. Hybernæ legionem

A eligendi

eligēdi optio delata est. Optatō est cum desiderio.

Cic. Mihi optato ueneris. Optabiliter pro optatō.

Cic. Quā optabiliter iter illud ineundum est.

Exoptare est optare, habet tamen nescio quid plenius, & uehementius. Cic. Multis de causis te exopto, quāprimum uidere.

Adoptare. Adoptandi significatio ea est ut sit scilicet adoptare filium, facere, uel instituere, qui hāeres sit, ut filius naturalis & legitimus. Cic. Minorem Scipionem à Paulo adoptauit. Aliquando adoptare in oratione ponitur, ut sit uel opem implorare, uel auxilium petere, Cic. Ego quem potius adoptem, aut inuocē, quā illū, quo defendente uincere didici? Adoptiuus & adoptatiuus idem significant, & eum significant, qui adoptatus est. Plaut. Demarcho ipse fuit adoptatus. Translate. Ci. Neq; amissis sacris paternis in hęc adoptatiua uenisti. Adoptio est adoptandi actio. Cic. Quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum.

Cupere est optare, desiderare uel expetere. Cic. Bibuli sententiā ualere cupierunt. Datiuū asciscit. Cic. Tibi cui maxime cupio, satisfaciā. Exemplū per causam elatū. Cic. Cuius causa omnia tū cupio, tū me hercule etiā debēo. Cupidus, hic studij est cuiusdā extra personas positi. Personas non actiue sumendo, sed passiue. Nam in persona positū est illa

lud studium, quæ scilicet rei cupiditate tenetur, uel
 quæ rei cupiditate ardet, non in quam dirigitur eu-
 piditas. Cic. Græci cōtentionis cupidiores sunt, quā
 ueritatis. Cupido p cupiditate apud pœtas. Proq;
 deo amoris sæpe ponitur. Cic. Vide argenteum Cu-
 pidinem cum lampade, id est, statuā Cupidinis. Cu-
 piditas est auuiditas, libido, desiderium, studium, ar-
 dor mentis, impetus animi ad aliquid. Ci. Cupiditas
 & auaritia reddit homines cæcos. Inde dicimus. Cu-
 piditatem erigere. Cic. Imò erigit omnium cupidi-
 tates, & acuit industriā, cum spes iniecta est, posse
 &c. Cupiditati suffragari. Cic. ad Brut. Cupidi-
 tate incitare. Cic. Duo tum excellabant oratores,
 qui me imitandi cupiditate incitarent. Cupiditatem
 iniicere. Cic. Quantum cupiditatem hominibus in-
 iiciat nouitas non te fugit. In cupiditatem impelle-
 re. Cicero Cæsarem in cupiditatem regni impulit.
 Cupiditate afficere. Fam. 5. Cupiditate incendere,
 uel cupiditatem aliquem incendere. Fam. 5. Cupidi-
 tate inflāmare. Cicero Cuius cupiditate inflamma-
 tus erat Cupiditatē tenere aliquē. ad At. 7. Cupidi-
 tatem aliquē rapere. Cic. in Piso. Cupiditatem ha-
 bere. Fam. 8. Cupiditate ardere. Fam. 5. Flagrare.
 Cic. in Pison. Cupiditatem refutare. Fam. 1. Cu-
 piditatem tenere, pro prohibere, frangere, in-

minuere, uel debilitare, comprimere, uel restringere, coercere, abicere. Cic. Cum spe uincendi simul abiecisti certandi cupiditatem. A cupiditate remotum esse, uel cupiditate carere. Fam. 13. Cupidè pro studiose, uel cum magna cupiditate. Cic. Quid cupidè à senatu, quid temere fiebat?

Concupiscere est idem, quo cupere. Cic. Caesar omnia omnium concupiuit.

Desiderare est studio rei alicuius teneri, requirere, uel sitire. Cic. Quæ ab eis ullam rem laude dignam desiderat? Etiam desiderati ponitur, pro mortuum esse, uel occubuisse. Cæs. Paucos de suis desiderauit. Ponitur quoque pro optare. Cic. Quando id te uideo desiderare. Aliquando pro postulare. Cic. Tam illa non longam orationem desiderant. Desiderabilis significat expetendum. Cic. Nihil desiderabile concupiscunt. Desideratio pro desiderio. Cic. Non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus sed nec desideratio quidem: nihil est autem molestum quod non desideret. Desiderium est cupiditas, studium, uel amor. Vel est libido eius, qui nondum adsit uidendi. Cic. Sustulisse mihi uidetur, simulationem desiderij. Desiderium commouere, relinquere. Cic. Magnum desiderium sui reliquit apud populum Romanum. Desiderio afficere, Cic. Cupio te uide-

decre,

*desere, miroq; desiderio me urbs afficit, et omnes mei
 tuiq; in primis. Desiderio moueri. Cic. de Amic. De
 siderio incendi. Cic. in Brut. Desiderium tenere ali
 quem. Fam. 1. Desiderio teneri. Cic. Ne ille quidem
 magno desiderio tenebitur uirium. Esse in deside
 rio dicitur, cum desideramus. Vel res nobis dicitur
 esse in desiderio, quæ à nobis desideratur. Actiuè.
 Cic. In qua spes satis gloriose triumpharem, si non
 essem tamdiu in desiderio rerum mihi charissimarum.
 Passiuè. Cic. Erat in desiderio ciuitatis, in ore
 in sermone omnium, id est desiderabatur. Desiderio
 angere. Cic. Multarum rerum desiderio te angere necesse
 erat. Premi. Cic. Premor cum luctu, tum desiderio
 omnium rerum, quæ mihi me chariores semper fue
 runt. Ex desiderio laborare. Cic. Non ignoro quan
 tum ex desiderio labores, sed erunt omnia facilia, si
 ualebis. Desidero aestuare. Fam. 7. Flagrare. ad At.
 3. Exardere. Cic. Tota Italia desiderio libertatis
 exarsit, seruare diutius non potest. Oblanguere. Cic.
 Literula mee, siue nostræ tui desiderio oblangue
 runt. Desiderio tabescere. Cic. Exeant, proficiscen
 tur, ne patiantur desiderio sui Catilinam iterum ta
 bescere. Desiderio mori dicuntur, qui uehementer
 premuntur, et anguntur desiderio, ita certè ut pe
 ne mori uideantur. Cic. Auam tuam scito desiderio*

priè. Ci. Solis ardore tremur. Translatè. Cic. Studium & ardor quidam amoris. Ardenter significat cupidè, uel cū multo studio. Cic. An ratio parū precipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardentè, adeptus te efferas insolenter? &c.

Flagrare est ardere, quoniam uerò cupiditates animi sunt ardores, ad eas rectè saepe, nec nō ad quaedam alia trās fertur, idq; tam de bono, quàm de malo. Cic. Noctu flagrantès onerarias, quas milites incenderant, uidebatis. Translatè. Cic. Non dā ci potest, quàm flagrem desiderio urbis. Flagrantia pro ardore. Ci. pro Caelio.

Conflagrare propriè. Cic. Conflagrare terras necesse est. Translatè. Cic. Ille miser furtorum istius inuidia conflagrauit.

Deflagrare est flagrare. Cicero. Aedes nympharum manu tua deflagrauerunt. Deflagratio est incendium. Cicero. Terrarum omnium deflagratio.

Ambire est circumire. Cic. Ut terrā lunæ cursus proximè ambiret. Translatè pro prænsare, uel maiorè in modū cupere. Cic. Populus facit eos, à quibus est maximè ambitus. Ambitus propriè significat conuersionem, circuitum, uel orbem. Cic. Stellarum rotundi ambitus. Translatè. Cic. Ambi-

tus est quasi orbis uerborum. Idem. Iudicium ambitus. Ambitio pro studio & cupiditate honorũ accipitur. Cic. In quo uno maximè ambitio nostra nititur. Ambitiosus dicitur ambitionis plenus, uel qui plus satis in aliquid incumbit, uel qui supra modum aliquid appetit, aut qui nimiam ambitionis speciem præbet. Ambitiosè est cum nimia ambitione. Cice. Petiuit à me, ut eius orationem ne ambitiosè corrigere.

Captare est occupare, affectare, uel allicere, obseruare, uel consecrari. Cic. Lepidus desperato aduentum meo, quem non mediocriter captebat, se cum Antonio coniunxit.

Aucupare est captare, querere, uel uenari, uel obseruare, & consecrari. Propriè autè auita est. Nā nihil aliud est, quàm aues captare. Translate, Cic. Non longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Auceps. Ouid. Laqueis quos callidus abdidit auceps. Translate, qui aliquid nimio studio ambit, & captat. Cic. de Orat. 3. Aucupium. Cice. Mundi, elegantes, optimis locis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione &c. Translate. Cic. Sic minime animaduertetur delectationis aucupium.

Venari propriè. Cic. Canum mira alacritas in uenando. Translate, Cice. Vereor, ne, qua in re laudem

Vaudem modestiæ uenentur, in ea ipsa re sint impu-
dentes. Venator est, qui seras indagat, uel persequi-
tur. Cic. Per noctem uenatores in niuë, in montibus
uri se patiuntur. Venaticus dicitur ad uenationem
pertinens. Cic. Quò posteaquàm uenerunt, miran-
dum in modum canes uenaticos dices. Venatio
est uenandi actio. Cice. Quæ uenatio postridie lu-
dorum Apollinarium futura est. Venatus, us, ui,
Cic. Labor in uenatu, sudor, cursus ab Eurota.

Affectare est appetere, uel exquirere. Cic.
Omni diligentia munditiem non affluentem affe-
ctabat.

Legere pro eligere. Cic. Verba legenda sunt
potissimū bene sonantia. Propriè est recitare, euo-
luere. Cic. Homini mortuo ne ossa legito. Lectus,
ad personas pertinens. Cic. Tu uxorem lectissimam
habere uis. Extra personam. Cic. Lectis & illustri-
bus uerbis utendum est.

Deligere est delectum habere. Cic. Questio-
rem habes non tuo iudicio delectum.

Eligere idem est, quod legere, uel deligere,
optare, adoptare. Cic. Eligendum est à multis com-
modissimum quodq;. Electus. Cic. Vir electissimus
nostræ ciuitatis. Elector. Cic. Postremo in eo uim
artificij consumant, ut ipsi ab alijs potius eligendi,

quàm aliorum boni electores existimentur. Electio-
Cice. Quorum uirorum ex electione uirtus possit
existere.

Seligere est eligere, uel deligere. Cic. Sele-
cti è conuentu iudices. Selectio. Cic. Vt selectione di-
gnum propterea sit, quod aliquod pondus habeat
dignum estimatione.

Conquirere pro exquirere, uel deligere,
inuestigare, uel colligere. Et tam in bonam, quàm in
malam partem accipitur. Cic. Statim conquisituri
sunt aliquid sceleris. Cōquisitor. Ci. Nullus usquàm
delectus, nec enim cōquisitores audeāt, cum ille ad-
sit. Conquisitio idem est.

Exquirere pro quasi exoptare, uel deligere
re. Cic. His senatus arbitratur singulares exquiren-
dos honores. Exquisitus planè pro delecto, uel ele-
cto ponitur. Ci. Multæ literæ & exquisitæ Caesaris.
Exquisite significat cū selectiōe, accuratè, diligēter
Ci. Rationes à philosophis exquisitiùs colliguntur.

Requirere pro desiderare, uel exoptare.
Cic. Constantia animi non requiratur.

Petere pro poscere, uel postulare, conten-
dere. Cic. Abs te, quantum tua fert uoluntas,
peto, quæsoq;. Petere pro querere, uel repetere.
Ci. Literis utor, non ut ab ijs medicinam perpetuā,

scd

sed ut exigua doloris obliuionem petam. Petitor dicitur omnis, qui aliquid petit, siue id uersetur in honoribus & magistratibus ambiendis, siue in bonorum possessione persequenda. Cic. Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere. Et petitio de qua primo Tomo.

Poscere est petere, flagitare, uel requirere. Cic. Audacia partes Roscij sibi poposcerunt.

Deposcere est idem, quod expetere, uel requirere. Cic. Hortensio deposcenti cetera mea mandata uniuersè mandauit.

Exposcere significat poscere, uel petere, uel implorare. Cic. Misericordiam ipse non implorat, ego autè repugnante hoc imploro & exposco.

Reposcere repetere est & persequi. Cic. Propensiores ad benemerendum, quàm ad reposcendum esse debemus.

Postulare est poscere, petere, desiderare, uel requirere. Cic. Postulatum est, ut Bibuli sententia diuideretur. Postulatum. Ci. Legati ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Postulatio. Cic. Est illa quidem impudens postulatio. Postulationibus uacare dicitur pro eo, quod expedire requestas dicimus. Plinius. Senecio cum explorasset consules postulationibus uacaturos, conuenit me.

nit me. Postulatio pro sacra supplicatione, quæ fieri solebat post postularia fulgura, quæ uotorum aut sacrificiorum spretam religionem designabant. Cicero. Eodem ostento Telluri postulatio debetur.

Rogare est orare, uel precari. Quod ponitur absolute, uel cum simplici accusatiuo, uel cū duplici uel cū accusatiuo et ablatiui interiecta præpositione. Aliquando interrogationis speciē habet, aliquando præferre poni uidetur, maximè cū sermo est de lege. Cic. Quæ in spes cum fallat, te uehementer rogo. Idem. Hæc lex iure rogata est. Rogator est qui rogat. Cic. Vos rogatores, uos distributores, uos custodes fuistis tabularū. Postulatum, ti, dicitur quod rogamus. Cic. Is nunquam mihi ad rogatū respondet. Rogatus, us, ui, Idem est quod oratus, us, ui, Cice. Ad eum ipsius rogatu, accersituq; ueneram. Rogatio pro rogato, uel rogatu. Cic. Ego Curtium rogatione tua diligo. Rogare legislator dicebatur. Vnde rogatio dicta. Plebs uerò fiscere dicebatur, hoc est statuere, decernereq;. Vnde plebiscitum appellatur. Vide Gal. lib. 9. Dicimus etiam rogationem ferre. Cic. Sylla illam rogationem de se ferri nō uult. Proferre & promulgare. Cic. Promulgabatur ab eodem rogatio de mea pernicie. Intercedere Cic.

Ci. Tribuni ex templo pulsi, cum rogationi intercedere uellent.

Rogitare est precari, uel suscitari. Terent. Rogitabam, heus puer dic sodes, quis heri Chrysidem habuit?

Interrogare est rogare, uel querere, sciscitari, uel percunctari. Ci. Interrogas me, num in exilium? non iubeo. Interrogatio. Cic. Recte genus hoc interrogationis ignauum, atq; iners nominatū est. Interrogatiuncula. Cic. Pungūt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Prærogare pro antè regare. Cic. Cuius in honore non unius tribus pars, sed Comitia tota, Comitijs fuerint prærogata. Prærogatiuus. Cic. Prærogatiuam omen iudiciorum. Prærogatiua, uis, significat quasi specimen, uel tanquàm præiudicium. Cic. Si triumphi prærogatiuam putas esse supplicationem. Prærogatiuum, ui, pro prærogatiua. Cice. pro Murena.

Orare est rogare, uel obsecrare. Cic. Orat multis, & supplicibus uerbis, ut liceat. Oratus, us, ui, qui significat rogatum, uel rogationem. Cic. An etiam scripsit oratu tuo?

Inuocare est orare, uel implorare. Cic. Inuocatus ad subsellia rei accuro. Inuocatus aliquando pro

do pro non uocato ponitur. Cic. Quid quod etiam ueniunt inuocatae?

Implorare est inuocare, appellare, exposcere, uoce miserabili opem alicuius petere, uel obtestari. Cic. Turpe erit, Domitium implorantē eius auxilium. Imploratio est opis uel misericordiae rogatio. Cic. Si te illius acerba imploratio, & uox illius miserabilis non inhibebat, ciuium quidē Romanorum fletu commouebare?

Appellare est inuocare, uel obtestari. Cic. Quid agendum est? quis deus appellandus est?

Supplicare est supplicem se ad alicuius pedes abijcere, uel manus alicui, uel ad aliquē tēdere, pro aliquo precari, uel deprecari. Vall li. 5 cap. 2. Et datiuum, aut accusatiuū habet. Cic. Quibus ego supplicare non destiti. Idem. Ego me plurimis pro te supplicē abieci. Supplicatio est gratulatio dijs immortalibus, uel honor, qui dijs immortalibus habetur pro uictoria. Cic. Supplicationem mihi nunc decreuit Cato. Suppliciter est demissē. Cic. Homo ita natus, ut & blandiri, & suppliciter insinuare possit. Idem in Bruto.

Precari est precibus petere, preces adhibere, supplicare, obtestari. Cic. Ut deos immortales scientia peregrina, mente domestica precaremur.

Precator est, qui precatur pro re aliqua, siue id faciat pro se, siue pro alio. Terēt. Ad precatorē abeā credo. Precatio est rogatio, uel obsecratio. Cic. In augurum precatione fluminum nomina uidemus. Preces ponūtur pro precatione, rogatione, uel obtestatione. Cic. Quod precor deos, nisi meas preces audire desissent. Precarius precariū est quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is, qui concessit, patitur. Cic. Cuius auus fuit argentarius, astipulator pater, uterq; uerò precariū fecerit questum. Precariō est prece, uel precibus. Et precario habere aliquid dicitur, qui possessionē corporis, uel iuris adeptus est, ex hac solū causa, quod adhibuit preces, & impetrauit, quod ei possidere, aut quo uti liceat ueluti si me precario rogaueris per fundū meū ire, uel agere liceat, uel ut in tectū meum stillicidiū, uel tignū in parietē immisū habens. Ci. Vt precariō non ui uenisse uideatur.

Deprecari, aliquādo est supplicare, uel precādo impetrare. Ci. Custodē salutis meae à uobis deprecor. Aliquādo est recusare, detestari, uel remouere, uel amoliri. Ci. Nullū supplicium deprecatus est, neq; recusauit. Deprecator pro eo, q̄ orat, aut pro eo, q̄ aliquid amolitur, & remouet. Ci. Filium misit non solum sui deprecatorē, sed etiam accusatorem mei.

Deprecatio est obtestatio, uel detestatio. Cic. Nulla equitatis deprecatio.

Imprecari propriè mala & calamitatem dicimur. Quintil. Non imprecamur debilitatem, naufragia, morbos, pauper sit, & amet quacunq; meretricem.

Obsecrare est orare, uel precari. Cic. Id ut facias, te obtestor, atq; obsecro. Obsecratio significat preces, deprecationem, uel obtestationem. Cic. In quo constituendæ nobis sunt quidem procurationes, & obsecratio, quemadmodum mouemur.

Obtestari est appellare, uel implorare, uel adiurare. Cic. Deos omnes imploro, atq; obtestor. Obtestatio dicitur, cum eum adiuramus, quem rogamus. Cice. Mulier obtestatione uiri domo exire non debuit.

Contendere pro instando petere. Cice. Verecundus à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem.

Flagitare est uehementer & instanter, & quasi cum quodam clamore, ac strepitu poscere. Ci. Illi me frumentum flagitabant. Flagitator est, qui flagitando instat. Ci. Non me hercule tibi repromittere istud quidem ausim. Nam hunc, qui negat, uideo flagitatorem, non illū quidē tibi molestū, sed aspiduum tamen & acrem fore. **Es**

Efflagitare pleniorē quandam & uehementiorē habet significationem, & insolentem urgendī, instandīq; spetiem. Cic. Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Efflagitatio est uehementer instans postulatio. Fam. 10.

Exigere est flagitare, uel requirere, aut flagitando extorquere. Cic. Non urgeo, longiores enim expectabo, uel potius exigam.

Promittere idem est quod fidem alicui obligare, uel aliquid facturum, daturum uē ostendere. Et promittimus aliquid uel de re aliqua, uel rei alicuius. Cic. Illud tibi expertus promitto, & spondeo. Promissio est pactio uel pollicitatio. Cic. Iracūdia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, &c. Promissum est fides, uel receptum. Cic. O constantiā promissi, & fidem miram. Inde dicimus promissum facere. Cic. Multis multa promissa non fecit. Promisso teneri dicitur, qui promissum fecit. Cic. Iam quasi uoto quodam, & promisso me teneri puto. Promisso tenere aliquem dicimus, quem promisso facto oblectamus. Cic. Terrore ac metu multos plures etiam spe, & promissis tenebat. Promissis alicuius pēdere. Cic. Promissis ijs, quæ ostendis, non ualde pendeo. Promissū expetere, repetere, uel exigere. Fam. 6. Off. 3.

B. Off. 1.

Off. 2. Promissum seruare. Off. 3. Promisso satisfacere. In Ver. Act. 5. Promissum soluere, uel exoluere. Fam. 12. Promissum efficere. Off. 1.

Appromittere est, quod alius promisit, alium itē promittere. Cic. Oppio factum est, ut uolui, & maximè quod DDXX appromisisti.

Compromittere est cōpromissum facere, id est mutuo promisso fidem suam obligare. Cic. Tribunitij candidati compromiserunt HS. CCCC in singulos, apud Catonem depositis petere eius arbitratu. Compromissum est promissum inuicem factum. Cic. Poenis, compromissisq; interpositis.

Repromittere est contra aliquid alicui promittere, præsertim à quo aliquid accipimus. Generaliter tamen ponitur pro iterum, uel maximè promittere. Cic. Non me hercule tibi repromittere istud quidem ausus sum. Repromissio est restipulatio. Ci. Sanè cautione, et repromissione nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat.

Polliceri est promittere, deferre. uel offerre. Cic. Si ad eum ultro ueneris, eiq; pollicitus fueris, &c. Pollicitari. Terent. Sollicitando, & pollicendo eorū animos lactas. Pollicitatio est promissum. Cic. Reliquas legiones non destitit literis atq; infinitis pollicitationibus incitare.

Spondere

Spondere est promittere, uel polliceri. Cic. Scire uelim, quando dicar spondisse. Sponsor significat prædam, cum scilicet, qui spondet, uel pro alio. Cic. Tulliola tibi diem dat, sponforem appellat. **Consponsor** est, qui cum aliquo sponfionem facit, Cuiq; cum aliquo obligatus est. Cic. Velim des operam, ut inuestiges ex consponsorũ tabulis, situe ita. **Sponfio** generaliter pro promissione capi potest. Certo tamen quodam significatio apud antiquos genus erat actionis, quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui sponfione uinceretur, & coram iudice, aut recuperatoribus disceptabatur. Cic. Satis formulæ, & sponfioni fecisse uideor. **Sponfionẽ** facere. Cic. Negamus te bona possedisse, in eo sponfio facta est. **Sponfionẽ** uel sponfione uincere. Cic. pro Quint.

Despondere pro pacisci, uel assignare, uel destinare. Cic. Ut prouinciam desponsam, non decretam habere uideatur.

Pagere significat sponfionẽ, uel pactionẽ facere. Sic scribi uult Quintilia. sine. N. Et duplex præteritum habet, scilicet pepigi, uel pegi. Cic. Dic pactionem fecisse, non pepigit.

Stipulari uerbũ iuris significat postulare sibi promitti aliquid solennibus uerbis. Ci. Is cui legatũ

est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est. Stipulator est, qui stipulatur, uel qui stipulatione in contrahendo utitur, id est, qui per interrogationem obligat promissorem. Stipulatio est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturum uel se id, quod interrogatur, respondet. Cic. *Ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. Restipulari dicitur is, qui cum eo certat, qui sponsione prouocauit, sic igitur est promittere. Cic. Cur igitur decidit, et non stipulatur neminem amplius petiturum? Restipulatio. Cic. Recita istam restipulationem clarius.*

Recipere pro fidem dare, polliceri, uel promittere. Cic. Eum ita tractes uelim, ut mihi coram recepisti.

*Fidem dare, uel interponere, pro recipere fidem, uel polliceri. Cic. Fides est iustitia in rebus creditis. Fidem dare. Cic. Nulla est fides, quæ infideli data est. Fidem interponere. Cic. in Brut. Fidem obligare. Cic. Audcho etiam obligare fidem meam. Patres conscripti uobis, &c. In fide stare. Cicero pro Rab. In fidem seruare. ad Att. 2. Tenere. Phili. 12. Præstare. Cic. Ut ei fidem meam præstarem. Fidem liberare, est promisso satisfacere. Cic. Hermippus Fusijs satisfacit & fidem suam liberat, id est, quod
ad se*

ad se attinet, præstat. Fidem soluere, colere, uiolare, frangere, infirmare, imminuere, derogare, abrogare, concidere pro labefactari. Cic. Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Fidus significat fidelem. Cic. Familiaritatis amantium nos amicorum Fidelis est, qui suam fidem seruat, & præstat. Ac tam ad res quam ad personas pertinet. Fa. 16. Fidelitas Cic. Non illi ergo patriam fidelitas defuit. Fideliter. Cic. Quæ si fideliter curabuntur, nihil ei deerit. Infidelis fideli opponitur. Cic. Neq; do neq; dedi infideli cuiquam fidem. Cic. Infidelitas. Cic. Infidelitatem amicitiarum extimescebat. Infideliter. Cic. Infideliter illi id suasisit. Infidus. Cic. Nihil stabile, quod infidum est. Perfidus est infidus, uel destitutor. Perfidus amicos sic ulciscar. Perfidiosus. Cicero. Cur omnium perfidiosissimus Canis Marius Quintum Catulum præstantissima dignitate uirum mori potuit iubere. Perfidiose. Ad Heren. 1. Perfidia est fidei minimè obseruatæ uitium iniquitas, peruersitas. Ci. Cato Pompeij perfidum in me increpauit.

Iurare est iureiurando deuincire, uel Iusurandum dare. Dicimus iurare aliquid, iurare per aliquid, uel in aliquid absolutè ponitur. Cic. Quod si erat durius ueniam ipse, & perpetuum morbum

iurabo. Dicimus etiam conceptis uerbis iurare, id est dictatis à deferente iuramentū, & ex arbitrio adiurantis, hoc est, adigentis ad iusiurandum prænotatis. Iurare in uerba uel in legē. Cicero. Eo ipso per quem iurauī, herculè digna. Iuratus est iureiurando deuinctus, uel obligatus. Cic. De epistola ad Cæsarem (iurato mihi crede) non possum. Iniuratus. Cicero Hæc iniuratus sum dicturus, quæ iuratus in concione dixi.

Iusiurandum est sacramentum, fides, uel religio iusiurandi. Cic. Quandiu iureiurando hostium teneretur, non se esse senatorem. Iusiurandum dare, conseruare. Off. 3. Negligere uel uiolare. Off. 3.

Adiurare est idem, quod iurare. Cic. Ad iuras te inuito me non esse facturum

Deiurare est ualde iurare. Cic. Iste oneratus auro clamat & deiurat.

Eiurare uel Eierare est id quod desideretur, non posse præstare. Vel est id, quod uulgo dicitur, renuntiare. Cic. Quod mihi bonam copiam eiures, nihil est.

Peierare est fidem iusiurandūq; negligere, uel relinquere, uel est falso, & animo fallendi iurare. Ci. Qui mentiri solet, peierare consueuit. Per-

iūrus dicitur, qui peierat, id est, qui fidem & iurandum negligit. Cic. Nihil interest inter perurum & mendacem. Periurum est fidci, uel iurandi uiolatio. Cicero. Id non facere periurium est.

Affirmare est adiurare, uel asseuerare. Cicero. Non soleo temere affirmare de aliquo. **A**firmatio. Cicero. Iurandum est affirmatio religiosa. **A**ffirmatiuè est asseueranter. Cicero. Off. 3. **C**onfirmare pro affirmare, uel asseuerare. Cicero. Fam. 6. Hoc mihi non modò confirmauit, sed etiam persuasit.

Asserere pro affirmare. Cicero. Quod si qui proscribunt uillam bonam, ut ipsi asserunt, beneq; edificatam &c.

Asseuerare est affirmare, uel asserere. Cicero. Quæ est ista defensio? utrum asseueratur in hoc: an tentatur? **A**sseueratio. Cicero. Omni asseueratione tibi affirmo, quod mihi credas uelim. **A**sseueranter. ad Att. 15

OFFERRE est polliceri, deferre, uel profiteri, aliquando obijcere, uel obuium prodire, uel obuium se præbere. Cicero. Ni poposcisces, ego me tibi non offercham. Idem. **O**ffert, quod sibi ipse optare deberet.

unde est periculum, unde aliquid abradi potest.

Auferre pro impetrare frequens est, & familiare. Cic. Illud quidem fatebitur. Scaptius me ius dicente sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse.

Habere pro impetrare, uel auferre. Cic. Quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato.

Nolle, contrarium est uelle. Cic. Euolare altius certè noluerunt.

Renuere est nolle, aspernari, uel recusare. Cic. Qui nullum conuiuium renuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias uiderit &c.

Abnuere est negare, uel recusare. Cic. Nihil unquam abnuit uoluntas tua studio meo. Abnutare idè est quod abnuere. Cic. Quidnam est obsecro? quid te adiri abnutas? Melius esset uetas, prohibes, absterres &c.

Negare est abnuere uel recusare. Ponitur etiam pro inficiari, dissimulare, causæ nihil dicere, quin &c. Sic uel in dictorū obiectione infirmanda uersatur, uel in postulatione refutanda. Cic. Negāt intueri lucē fas esse ei, qui à se hominē occisum fateatur. Negatio est inficiatio, & sic magis facti, uel dicti est quàm petitionis, uel postulatio. Ci. Ne-

Negatio, inficiatioq; facti. Negantia idem est quod negatio. Cic. Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic, non si hoc est, & illud: hoc autem, non igitur illud. Denegare est renuere, uel recusare; aliquando est inficiari. Cicero. Ei nihil à natura denegatum est. Abnegare est denegare, uel acceptum se accepisse negare, ut creditum abnegare. Plin. Ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committeret, ne si dem fallerent, ne depositum appellati abnegarent.

Recusare est abnuere, repudiare, uel aspernari. Ci. Recusabat & deprecabatur. Recusatio est declinatio. Cic. Poena uiolatæ religionis iustam recusationem non habet.

Repudiare est recusare, respicere, uel aspernari. Cic. Ego hoc nõ repudio. Repudiatio. Ci. Si inertiã fuga laboris, & desidiam, repudiatio supplitium, superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit &c.

Respuere est aspernari, uel repudiare, & quasi cum sputo per contemptũ reijcere. Ci. Apertè hominem aspernor ac respuo.

Negligere est postmittere, uel excludere, uel leuiter ferre. Cic. A me nulla res, quæ ad te pertinet negligenter.

Spernere est respuere, uel renuere, repellere,

re, reijcere. Cic. Multo magis nos spreuit, & pro nihilo putauit.

Aspernari est recusare, repudiare, reijcere, fugere, uel abhorrere. Ci. locū illius de egestate, ne sis aspernatus. Aspernatio est cōtemptus. Tuf. 4.

Contemnere est spernere, despiciere, uel reijcere. Cic. Irridet atq; contemnit alios præ se. Contemptus, a, um est abiectus, uel ab omnibus despectus. Ci. Homo contemptus & abiectus. Contemptio est despectio, uel despicientia. Cic. Vnde ista cōtemptio pecuniæ?

Despicere est contemnere, uel despicatui dicere. Cic. Si tuam sollicitudinē, communemq; calamitatem nemo despexerit. Despectio est contemptio. Ci. Consolabitur eum magnitudo animi & humanarum opinionū alta quæ dī despectio. Despectus, us, ui. Cic. Filij parui priuati patris auxilio, ludibrio, & despectui paternis inimicis erūt oppositi. Despicientia cū despectionis significatione cōuenit. Ci. Hæc animi despitiētia admirabilitatē magnā facit. Despicatus, a, um, à despiciari uerbo antiquo & est idē quod contēptus, uel abiectus. Terē. Quæ nos nostrōq; adolescentiā habent despicatī. Despicatio. Cic. Vt odia, inuidia, despicationes aduersantur uoluptatibus, sic amicitia non fautrices fidelissimæ, sed

sed etiam effeétrices sunt uoluptatum, tam amicis, quàm sibi. Despicatus, us, ui, Cice. Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atq; celebratum, quàm si quis despiciatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicitur?

Paruipendere, facere uel ducere, uel nihili ducere, uel facere. Cic. Si ista paruipendimus, certè & maiora contemnimus. Idem. Dolorem nihili facit.

Pro nihilo uideri, putare, ducere, habere, esse, nullo loco habere, uel numerare. Ci. Vtrum nescis, quàm altè ascenderis, an pro nihilo id putas? Idem. Dij immortales, quàm mihi ista pro nihilo uidetur. Idem. Hæc optio pro nihilo est habenda. Idem. Omnis uoluptas præterita pro nihilo est. Idem. Voluptatem nullo loco numerat.

Abijcere propriè. Cic. Virgines se in puteos abiecerunt. Translatè, Cic. Relinquunt & abijciunt obedientiam.

Reijcere est aspernari, uel repudiare. Poni tur etiam pro differre, reseruare, uel remittere. Ci. Hoc animo esse debes, ut nihil huc reijcias propriè. Cic. Reijcere scutum. Translatè. Cic. Astrologorum prædicta reiecit. Reiectus id quod reijcitur significat. Et tam de persona, quàm de rebus dicitur.

aitur. Cic. Hæc quidem præposita rectè, illa reiecta dicere licebit. Reiectaneus idè. Cic. Illa non appello mala, sed, si libet, reiectanea. Reiectio pro repudiatione. Cic. Cũ Romano licet esse Gaditanũ. siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis.

Detestari est remouere, amoliri, uel deprecari, cũ deprecari ponitur, pro remouere, uel precibus propellere. Ci. ò dij immortales auertite, detestamini, quæso, hoc omen. Detestabilis significat execrandum. Cic. ò detestabilè hominè. Detestatio est deprecatio. Cic. Cum pro detestatione tot scelerũ unam aram nefariè consecraret &c.

Execrari est malè precari. Cic. Tibi proficiscenti euenit, ut omnes execrarentur, & malè precantur. Execrandus significat detestabilem. Cic. Hic execrandus populo Romano, & detestabilis est. Execratio pro imprecatione ponitur, id est, precibus malis. Cic. Vbi fides? ubi execrationes?

Minari est uerbis, uel denunciatione periculi terrere. Et datiuum solũ habet, uel datiuum cum accusatiuo. Cic. Me appellabat, mihi minabatur. Idem. Cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi minaretur. Minitari idè est, quod minari. Cic. Vrbi ferrum flammamq; minitatur. Minax est qui minis in terrendo utitur. Cic. Cæsar

minaces; & acerbis literis ad senatum misit. Minatio. Cic. Execrationes, admirationes, minationes. Comminatio est minantis. Ci. Orationis ipsius tanquam armorum est, uel ad usum comminatio, & quasi petitio: uel ad uenustatem ipsa petitio. Minæ. Minas Latini uocant terrorem uerborum, quibus opponitur blanditiæ. Cic. Minæ, quæ mihi proponuntur, modo dicere me tangunt. Minas iactare. Cic. Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut his rebus aliquando uirtus & perterritus ipse cedat. Minaciter est cum minis, uel cum terrore. Ci. Aduersarios minaciter terrere possumus.

Terrere est terrorem, uel metum inferre. Cic. Suae quoque conscientiae animi terrent.

Deterrere est dehortari, tardare, uel reuocare. Et dicimus deterrere aliquem, uel aliquem a re aliqua, uel de re aliqua. Cic. Me quidem autoritas tua a nimio moerore deterruit.

Absterrere est terrere, uel deterrere & accusatiuum habet, cum ablatiuo praepositione interiectum. Cic. Ut uideamur a pecunijs capiendis homines absterrere.

Conterrere. Cic. M. Scaurus iam credo huc ueniat, & hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspernabitur: conterreat.

Per-

Perterrere est exterrere, uel metū afferre.

Cic. *Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti.*

Terribilis significat horribilē, id est, qui terrorē incutit. Cic. *Africa terribili tremit. horrida terra tumultu.* Terror est metus concutiēs, ex quo, fit, ut pallorē & tremor & dentium crepitus consequatur. Ci. *Causam huius tanti terroris occultas.* Terrorē iacere. Cic. *Noster consanguineus non mediocres terrores iacit, atq; denūtiat.* Terrorē iniicere. Ci. *Terror iniectus Cæsari de eius actis.* Terrorē impendēre. Ci. *Si Marco Antonio patuisset Gallia, quantus Reipub. terror impendēret?*

Tremefacere est terrere, uel terrorē iniicere. Ci. *Aut cū se grauido tremefecit corpore tellus.*

Pudere, est pudore affici, uel erubescere. Et infinitiuum regit, uel genitiuum. Ci. *Non me iam hoc dicere pudebit. Idem. Non me solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.* Pudēs significat uerecundum. Cicero. *Risus pudens & liberalis* Pudicus appellatur, qui à libidine abstinet. Cic. *Nihil apparet in eo ingenium, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.* Pudor pro uerecundia, ingenuitate, uel modestia ponitur. Cicero. *Non dimittam pudorem in rogando meum.*

Pudis

Ingenuus propriè est liber, uel liberalis. Ponitur tamen etiam pro pudente, modesto, uel moderato. Cic. Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum uelle debere. Ingenuitas modo est morum probitas, modo pudor, modo germanitas, et natiua, naturalisq; quædam simplicitas nobis propria. Cic. Præ se fert probitatem quandã & ingenuitatem. Ingenuè significat pudenter, uerè & sine factione. Cic. Me abs te laudari apertè & ingenuè confiteor.

Vereri est extimescere, uel commoueri. Ci. Vereor quomodo hoc homines accipiant. Ponitur etiã, aut cum ut. Cic. Quod uereor, tibi ipsi ut probem. Aut cum particula negatiua. Cic. Non uereor, ne eum miserum esse nefas sit dicere.

Reuereri est uereri, uel colere, uel cultum quendam & honorem adhibere. Cic. Dicam non reuerens assentandi suspensionem. Reuerentia est obseruantia, qua aliquis dignatur. Cic. Adhibenda est quædam reuerentia aduersus homines.

Dubitare pro timere, habetq; ferè semper infinitiuum. Cic. In Senatum introire non dubitauit.

Metuere est in metu esse. Et dicimus metuere aliquid, uel aliquid ab aliquo, uel de re aliqua. Ci. In quo te unum metuo; contemno cæteros. Idem

Valde metuo, ne frigeas in hybernis. Metus est ex-
 pectatio mali. Vel est futura ægritudinis sollicita re-
 tardatio. Cic. Ciuitas sollicita suspitione suspensa
 metu. Inde dicimus. Metum afferre. in Ver. Act. 3.
 Offerre, iniicere, obijcere, incutere. In metũ adduce-
 re. Cic. Sed tamen. Serui, quam te securim putas in-
 iecisse petitioni tuæ, cum tu populum Ro. in eũ me-
 tum induxisti, ut pertimesceret, ne consul Catilina
 fieret. Metum habere. Cic. Ego quidem præcipuũ
 metũ, quod ad te attinebat, habui. In metu habere.
 Cic. Habeo Iuniũ, & Quintilem in metu, id est, me-
 tuo. In metũ ponere. Cic. Quid absurdius quã hoc
 metuere, alterũ in metu non ponere? Id est alterum
 non metuere? In metu esse. Actiuè est cum metũ ha-
 bebimus. Cic. Nunc uerò me totum esse in metu pro-
 pter te unũ non est ferendum. Passiuè dicitur res,
 quæ metuitur, & timetur. Cicero. Mihi etiam
 unum de malis in metu est, fratris miseri nego-
 tium: quod si sciam, cuiusmodi sit, sciam, quid mihi
 agendum sit. Metu frangi, uel debilitari. Cic. Ado-
 lescētulus uerò sic in initio accusationis exanimatus
 sum, ut hoc summũ beneficiũ Quinto Maximo de-
 buerim, quod continuo concilium dimiserit, simul ac
 me fractũ ac debilitatũ metu uiderit. Metu exanima-
 ri. Cic. Non poteram in illius mei, patriæq; custodis
 tanta suspitione non metu exanimari. Metũ mouere

deijcere, depellere, abstergere. Cic. Volo abstergere animi mei metum. Metu liberare. Fam. 11. Metu uacuu. Cic. Vacui metum esse debemus.

Timere est uereri, uel reformidare. Cic. Nihil magis, quàm perfidiam timemus.

Extimescere, idem est, quod timere. Cic. De fortunis communibus extimescebam.

Pertimescere est extimescere. Cic. Nō putau famam inconstantiae mihi pertimescendam.

Timidus dicitur parū animi habens, nullius animi diffidēs, imbellis, uecors, ignauus, Ci. Si quisquā est timidus in magnis, periculosisq; rebus is ego sum. Timiditas est angustus et paruus animus. Ci. Tu pudore à dicēdo, & timiditate ingenua quēdā refugisti. Timor est metus, uel formido: Vel est metus mali appropinquātis. Ci. Utinā inspicere posses timorem de illo meū. Timorem impendere. Cic. Belli magni timor impendit. Ad timorē proponere. Fa. 2. Timorē facere. Fam. 10. Timorē iniicere. Ci. Nostris animis accessit hostibus timor iniectus est. Timorē incutere. Cic. Timor incutitur aut ex ipso rū periculis, aut ex cōmunibus. Timori esse. Ci. Scis Domitio diē timori esse. Timore percussus. Ci. Tri-duo aut quadriduo ante hāc rē pulcherrimā timore quodā percussa ciuitas tota ad te se cū coniugibus,

& liberis effundebat. Timore esse, pro angustiore timore. Cic. Magno timore sum, sed bene paramus. In timore esse. Actiue, Cic. Cuius rei tanto in timore fui ut omnibus rebus relictis ad illas ire conatus sum. Passiue. Cic. Sed ut redeam ad partes, hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem: ea, quæ sequitur, magno est in timore. Timorẽ augere. Cic. Ea non animum eius augebant, sed timorem. Timorem depellere, eripere, omittere, deponere, et abijcere Cic. Tuas opibus & consulatu tuo, etiam si timidi essemus tamen omnem timorem abijceremus. Timide significat dubitanter, uel diffidenter, timido animo, uel ignauẽ. Cic. Ipso præsentem de eius uirtute timidius Cicerem.

Formidare est uereri, timere, uel metuere. Cic. Non prius desinam formidare, quàm tetigisse te Italiam audiero.

Reformidare est formidare, uel fugere. Cic. Homines maritimos non planè reformidat. Reformidatio. Cic. In suasionem aut spem, aut formidationem deliberantis.

Formidolosus significat horribilẽ. Actiue. Terent. Num formidolosus, obsecro es mi homo Cic. Apage sis ego formidolosus: nemo hominũ, qui uiuat, minus. Passiue. Cic. Quem confessum uestrũ illi

illi horribilem, Aulo Cluentio & formidolosum fore putauerunt. Formidolosè est cum formidine. Cic. pro Sest. Formido est metus permanens. Cic. Vidi hominem decimo quarto Calendis Februarias plenum formidinis. Formidinem ponere, uel opponere. Cic. Adhibenda uis est ueritati, minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Formidinem iniicere. Cic. Iste æquissimus homo formidinem illam Agyrinensibus iniiciebat.

Tremere est contremiscere. Cic. Tremunt & exalbescunt obiecta re terribili. Tremebundus. Cic. Is postem tremebunda manu tetigit. Tremulus. Cic. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Tremor est trementis trepidatio. Cic. Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequitur.

Trepidare est tremere, uel pauere, aliquando etiam festinare. Cic. At Romanus homo tamen & si res bene gesta est, corde suo trepidat. Trepidatio. Cic. pro Deiot. Trepidus est pauidus, uel festiuus. Verg. Qui medium trepidi crudelia limina linquunt. Trepidater est cū trepidatione, uel cū pauore. Suet. Quod ut sensit, trepidater effeminatus.

Pauere uel pautare, est timere, trepidare, uel tremere, quod & ad corporis et animi pertur

bationem ueteres referebant. Cic. Nāquem ut horri-
sono freto mortem pauentes timidi aduertunt nauis
tæ. Pauor est metus mentem loco mouens. Plaut. Ir-
ritat pauor animi mentem

Pallere, uel expallescere aliquando pro pa-
uere ponitur. Cic. Erubuit, expalluit, titubauit. Pal-
lor. Cic. Magno cum tremore, & pallore dixit.

Exalbescere, pro pauore, et expallescere po-
nitur. Ci. Tremūt & albescunt obiecta re terribili.

Horrere est uehemēter formidare, uel time-
re, & sepe accusatiuū habet. Cic. Hæc dominatio
quorsum eruptura sit, horremus. Horrescere, uel
perhorrescere est horrere. Ci. Quid est tandē quod
perhorrescas? Cohorrere est horrere. Cic. Ex qua
sudore cum cohorruiisset, cum febrī domum redijt.

Horrendus, uel horridus est incultus, horri-
ficus, horribilis. Cic. Vita horrida, atq; arida mihi
corde est. Horridè. Cic. Vixit semper incultè, atq;
horridè, natura tristi, ac recondita fuit. Horrificus.
Ci. Quid ego uestram crudelitātē expromo, quam
in ipsum me, ac meos adhibuistis? qui parietibus, qui
tectis, qui columnis, ac postibus meis horrificū quod-
dam, & nefarium & omni imbutum odio bellū in-
tulistis? Horrifer. Ci. Prodigium horriferum. Horribi-
lis significat horrendum, horrificū uel formidabilē.

Ci. Horribile est, quæ loquantur, quæ mimentur.
 Horror est pavor, trepidatio, tremor. **Cic.** Dij im-
 mortales, quis me horror persudit.

ACCIPERE pro admittere, uel tracta-
 re hic ponitur. Et ad personam refertur, su-
 miturq; tam in bonam quam in malam partem. **Cic.**
 Nihil est, quod aduentum nostrum extimescas, non
 multi tibi hospitem accipies, sed multi ioci.

Recipere idem est cum accipere. **Ci.** Non eo
 sis consilio, ut cum me officio recipias æstimationem
 te aliquam putes accipere.

Excipere pro accipere, uel recipere. **Ci.** O ter-
 ram illam beatam, quæ hunc uirum exceperit.

Admittere pro recipere. **Ci.** Domus, in quâ
 & hospites multi recipiendi, & admittenda homi-
 num multitudo cuiusq; generis.

Tractare pro accipere. **Ci.** Nec liberalius,
 nec honorificentius tractari potuit.

CIBVS est esca, pastus, uel epula. **Ci.** Non
 multi tibi hospitem accipies, sed multi ioci. **Ci.**
 bû capere uel capessere. **Ci.** Si posteaquam cibum ce-
 pisti, uideris tibi me posse consequi, tuum consilium est.
 Cibaria dicuntur omnia, quibus animates uescuntur, &
 aluntur. **Ci.** Anseribus cibaria publicè locantur, et ca-
 nes aluntur in Capitolio. **Cibarius**, a, um, est ad cibum
 pertinet. **Tus.**

Esca pro cibarijs humanis, aliorumq; animalium ponitur. Escam antiqui dicebant id quo datur auibus, piscibusq; ad decipiendū. Cic. Sus quid habet præter escam? Esculentus. Ci. Iam gustatus, qui sentire eorum, quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. Escarius est ad escā perti-
nens, ut escaria uasa, escariæ mensæ, in quibus homines epulantur. Pli. Ad escaria uasa totum rubens uitrum, non translucens.

Epulæ. Inter epulas, epulū & dapes id differentiæ est, ut epulæ sint cibi ministerio hominum, & in nostrum usum comparati. Epulū solenniores quædam epulæ: & propriè publicum conuiuium in propatulo uniuersis ciuibus exhibitum, siue in dedicationem templi, alicuius, siue in honorem deorum, uel in magnificentiæ ostentationem, siue in funere magni alicuius uiri. Dapes uolunt esse uel deorum, uel nostras in sacrificijs deorum. Cicero. Mensæ conquistissimis epulis extruebantur. Epulum. Cic. Themistocles cum in epulis recessisset lyram, habitus est indoctior.

Dapes non tantum opiparos apparatus, aut religiosos significant, sed & uitabiles & infandos cibos. Verg. de Cyclope. Non simul expletus dapibus

dapibus, uinoq; sepultus. Sæpe pro lauto & sumptuoso cpularum apparatus ponitur. Vnde apud antiquos Saliæres dapes dictæ sunt: id est, copiosæ, & solennes à Salijs sacerdotibus Martis, qui cœnas faciebant apparatus amplissimi. Horat. Nunc saliaribus ornare puluinar deorum. Tempus erit dapibus sodales. Dapes in singulari numero apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna semente, aut uerna. Cato. de re Rust. cap. 132

Mensa aliquando est, super quam edere solemus; aut qua utuntur nummularij & est tabula crassior, siue ea lignea sit, siue ferrea, siue aurea. Cic. Tu maximam & pulcherrimam mensam à Leuadio abstulisti. Aliquãdo uerò pro prandio, cœna, uel pro cibus accipitur. Vnde primam uel secundam mensam appellamus. Ci. Discubuimus omnes præter illam cui tamen: Quintus de mensa misit, illa reiecit.

Apponere. Cic. Lancibus & splendidissimis canistris non olusculis nos soles pascere: quid te inuasit fistilibus appositorum putem?

Condicere est denunciare, in qua significatione ueteres crebo uerbo usi sunt ad conuiuia significanda, uel cum se quis apud aliquem cœnatarum prædiceret: uel apud se alium inuitaret. Suet. Cœnam ea lege condixit, ne quid ex cõsuetudine immutaret.

possunt, & parte inferiore siue illa taberna, siue officina sit, non habent opus. Coena. Cic. Hunc ego patris causa uocauit ad coenā. Coenā facere. Fam. 9. Coenam dare. Cic. Vide audaciam, etiā Hircio coenam dedi sine pauone.

Edere est cibū capere, uel mansum cibum in stomachum mittere. Cic. Edit, & bibit iucundè, opi parè sanè & apparatus.

Comedere propriè. Ci. Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te isthic muscæ comedissent.

Adedere propriè. Ci. Cum uerò adesum renouatum est iecur, tum rursus &c.

Exedere. Translatè. Ci. Quibus sollicitudinibus hominū animi dies & noctes exeduntur propriè. Pli. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus.

Edax est, qui multum comedit, uel qui uoraci stomacho est. Ci. Cum homine edaci tibi res est. Edacitas est uitium uentris, uel gutturis. Cic. Sine matre edacitatem pueri pertimesco.

Comessari est post coenam epulari. Cic. Si quando illa dicet, Phedriā introducamus comessatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus. Comessator, qui nocturnis & intempestiuis conuiuijs indulget. Cic. pro Cælio. Non idem iudicium,

comessatorumq; conspectus. Comessabundus. Plin.
 Athenis comessabundi iuuenes ante meridiem con-
 uentus sapientum frequentabant. Comessatio est no-
 flurnum & intempestiuum conuiuium, quod post
 coenam fit, agiturq; ad multam noctē. Ci. Comessa-
 tiones, conuiuia Baijs acta.

Vesci est comedere, uel edere. Cic. *Que est
 in hominibus tanta peruersitas, ut inuentis frugibus
 glande uescantur?*

Obsonare interdum est altè loqui, uel ob-
 loquendo obtundere. Et tunc dicimus obsonare ali-
 cui re aliqua. Plaut. *Malè morigerus, malè facis
 mihi, cum sermone huic obsonas.* Interdum accipi-
 tur, pro in prandium, seu in coenam emere, id est,
 præparare res necessarias ad obsonandū, hoc est,
 aliquid cum pane comedendū, seu cōuiuandū. Et di-
 cimus obsonare absolute, uel obsonare aliquid, ut *fā-
 mē & obsoniū.* Dicimus quoq; obsonare duobus, tri-
 bus, uel quatuor talētis, aut alio quouis precio. Pl.
Tene marsupiiū, abi, atq; obsona, propera. Obsoniū
 dicitur, quicquid præter panem, & uinum in cibo
 adijcitur. Plau. *Da coquos cum obsonio.*

Opiparè. Cic. *Cesar edit, & bibit opiparè
 sanè & apparè.* Aliàs pro abundanter & prolixè
 ponitur. Venit autem à nomine opiparus. Plaut.

Satin?

*Satin' Athenæ tibi uisæ fortunatæ atque opiparæ?
 Aliquando extra splendidum, & lautum rei cibariæ,
 uel poculentæ apparatus accipitur. Ci. Alexion
 me opiparè numeratus est.*

Bibere idem est quod potare, uel poculum exhaurire. Cic. Edit & bibit iucundè Obbibere est bibere, sed cum quadam expletione. Ci. Qui cum coniccius in carcerem triginta iussu tyrannorum uenenum, ut sitiens, obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret. Combibere Translatè. Cic. Infici iam debet his artibus, quas si combiberit, dum tener est, ad maiora ueni & paratior. Combibo dicitur, quo quis in bibendo, & potando socio utitur. Fam. 9

Ebibere est exhaurire. Plautus. Mittite isthanc foras, quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.

Potare est bibere. Cic. Si potare uelis, de dolio tibi hauricendum est. Translatè. Cic. Stoicorum ista magis gustata quàm potata delectant. Potus, a, um, uel de rebus dicitur. Ouid. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur. Vel de personis. Cic. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Potator est qui multum, uel immodice potat. Plaut. Natio est hæc ita hominū, uoluptarij, atq; potatores maximū sunt.

Sunt. Potatio dicitur potatoris in bibendo, & potando studiū atq; assiduitas. de Diu. 1. Potus, us, ui. Potus nimirum uini, aquæ & similibus dicitur. Potio uerò & medicis datur egrotanti: nōnunquā potio pro potu accipitur. de Diuin. 1. Idem. Prima potione mulierem sustulit.

Poculum est scyphus, uas scilicet, in quo bibitur. Cic. Ista magnitudine poculorum, bibendoq; totam Asiam superauit. Poculentus dicitur, ut esculentus, Cic. Iam gustatus, qui sentire eorum, quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte orris, qua esculentis, & poculentis iter natura patefecit.

Compotare est cum alio potare. A quo fiunt, Compotor & compotrix. Cic. Tum uerò adhibe, ioci causa, magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. Terent. Importunitatem spectare amiculæ, qua compotrix eius est. Compotatio. Cic. de Senect.

Perpotare plus habet uehementiæ, & assiduitatis, quàm potare, uel compotare. Ci. Cleomenes, qui alterum se Verrē cum luxuria, atq; nequitia, tum etiam imperio putaret, similiter totos dies in litore tabernaculo perpotabat. Perpotatio. Cic. in Pisonem.

Epotare

Epotare idem est, quod exhaurire. Ci. *Quæ statim epoto poculo mortuum esse dixistis.*

CRAPULA est omnis noxa à uino facta. Cic. *Edormi crapulam, inquam, & exhala.*

Cruditas est id, quod uulgo uocant *malam digestionem.* Cicero. *Mundi, elegantes, uitantes cruditatem.*

Ebrius dicitur *temulentus, uino languidus, obrutus uel confectus.* Ci. *Personabant omnia uocibus ebriorum.* Ebriosus dicitur *ad ebrietatē procliuis, uel qui per sepe ebrius est.* Cic. *Querimus grauitatis, constantiæ, firmitatis, sapientiæ iudiciū, uti mur exemplis somniantium, furiosorum, ebriosorum.* Ebriositas est *affectio, uel habitus, cum quis et citò, & facile, ebrius fit.* Ebrietās uerò est *ebriosi status, cum quis scilicet ebrius est.* Cic. *Inter ebrietatem & ebriositatem interest: aliudq; esse amatorē, aliud amantem.*

Temulentus est *uinolentus, uel ebriosus.* Cic. *Qui non modo tempestatē intueri impendens tem temulentus, sed ne lucē quidem in solidam aspiciere posset.* Temulentia est *uinolentia.* Tus. 4.

Vinolētus, id est *uini plenus, ebrius, temulentus.* Et tam de rebus, quàm de personis dicitur. Cicero. *Vtrum hæc uobis uidentur consilia ficcorum,*

siccorum, an uinolentorum somnia? Vinolentia est ebrietas. Cic. Ne sobrius in uinolentiam uinolentorum incidit. Contraria sequuntur.

SICCUS pro sobrio, uel ieiuno accipitur. Trās=latè. Cic. Dormientium & uinolentorum, & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quàm uigilantium, siccorum, sanorum.

Sobrius idè est, quod siccus. Ci. Homines satis planè frugi, ac sobrij. Sobriè est frugaliter, uel sine ebrietate, & temulentia. Off. lib. 1

Esurire est fame commori, uel cibum appetere. Cic. Noctu milites facile aligere, & esurire consueuerunt.

FAMES est stomachi appetitus. Ci. Integram famè ad ouum adfero. Famelicus est, qui fame premitur & urgetur. Plaut. Saluete fures maritimi, Conchitæ, atque Hamiotæ, famelica hominum natio.

Inedia idem est, quod fames. Cic. Vigilijs & inedia necatus est Regulus.

PASCERE, uel pasci actiuum, uel deponens est. Et modo absolutè ponitur, modo cum accusatiuo simplici, modo accusatiuo & ablatiui. Pascunt armenta herbas, & contra herbas, & pastores armenta pascunt. Propriè. Ci. Sine hominū opera aut
pascere

pascere equos, aut domare non possumus. Translatè. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Pascor dicitur, qui pascit, uel qui ducit ad pascendum. Cic. O pastores nescio quos cupidos literarum. Pastorale. dicitur quod est pastoris. Cic. Atq; ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit. Pastoritius idè est, quod pastoralis. Cic. Pastoritia fistula. Pascuus locus dicitur pascuis pecudum destinatus. Et in plurali numero pascua pascuorum dicuntur, in quibus pecudes pascuntur, siue ager pascuus sit, siue pratium, siue mons, aut collis. Pascuum etiam in singulari numero dicimus. Pla. Pascuus est ager. Pastus, us, ui. Exemplum homini competens. Cic. Alterius mens rationibus agitandis, exquirendisq; alebatur cum oblectatione solertiæ, qui est unus suauissimus pastus animorum. De Brutis conueniens. Cic. Pastum animatibus largè & copiosè natura eum, qui cuiq; aptus erat, comparauit. Pastio uidetur significare cibū: sed tamè potius ad alimenta pecudū pertinet, quæ pasci dicimus. quanquā ipsa natura significat ipsam actionem pascendi. Cic. Asia tam optima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuū, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur facile omnibus terris antecellat.

D Pabulum

Pabulum idem est, quod pastio proprie. De diuinat. 2. Trāslatè. Cic. Si habeat aliquid, tanq̄ pabulum studij, atq; doctrinæ, nihil est ociosa uita iucundius.

Alere est educare, uel nutrire. Et dicitur tam de corporis rebus. Ci. Hac pecunia alimur, & sustinemur, quàm de incorporeis. Spè Catilinæ molli bus sententijs aluerunt. Altrix est parens, uel nutritrix. Ci. Hic syluestris erat Romani nominis altrix. Alumnus semper pro educato ponitur, nō pro educatore proprie. Plaut. Salue alumne mi. Translate Cic. Quid ait Aristoteles, reliquiq; Platonis alumni? Alimentū est, quo uescimur, siue quo alitur bruta. Ci. Nec uerò mūdus desiderat alimēta corporis.

Nutrire est alere, uel educare, quod dicitur etiam de incorporeis, ut alo. Præterea aliquando deponens est. Ci. Multi priuatorum audacias nutrierunt, ego nihil timui nisi leges. Verg. Hoc pingue, & placidam paci nutritor oliuam. Nutricari idem est, quod nutrire. De Nat. Deor. 2. Nutritor & nutritrix. Ci. Ut penè cum lacte nutricis errorem successisse uideamur. Nutricula diminutiū est à nutrice, uiris tamen etiam tribuitur. Iuue. Gallia uel potius nutricula causidicorū. Nutrimentū est, quod nutritrices pueris in os inserunt. Vel generaliter dicitur

nutrimentum, quo uel nos, uel bruta nutriuntur. Ci. Educata huius nutrimentis eloquentia est.

Educere idem est, quod alere. Ci. Homo ingenuus, liberaliterq; educatus. Educator, uel educatrix est, qui uel quæ educat. Ci. Earum rerum parcus est, educatrixq; sapientia. Educatio est educandi actio, uel quædam institutio. Ci. Institutus liberaliter educatione, doctrinaq; puerili.

Educere pro educere. Cic. Non est boni parentis, quem procrearit, & eduxerit, eum nõ & uestire & ornare.

ROBUSTVS est idem, quod maximis corporis uiribus, multum, uel satis uirium habens, neruosus, lacertosus propriè. Cice. Quanto honor hic illo est amplior, est ipse robustior. Tráslatè. Ci. Malum inueteratum, fit plerüq; robustius. Robur propriè est species quercus durissimæ. Cicero. Quid robur illud cecidit? dolauit? inscripsit? Tráslatè ponitur pro corporis firmitate, uel pro animi fortitudine, uel ei rei cuiuslibet firmamento. Cicero. Et robur & soboles militum interiit. Robur assumere. Cic. Contra. Rull. Accedere. Cicero. Cum paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est. Habere. Cicero. Altera pars multo plus firmamenti ac roboris habebat.

D 3 Roborare

Roborare est robur adferre, uel cōfirmare. Cic. Eloquentia educata nutrimētis. Epidiētici generis, ipsa se postea colorat, et roborat. Corrobare idē est, quod roborare, uel confirmari. Cic. Malum corroboratur quotidie.

Lacertosus appellatur neruosus & robustus. Cic. Saxa centurio pugnax, & lacertosus. Lacertus propriē. Cic. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. Translatē pro uiribus & neruis ponitur. Ci. In Lysia sunt sepe lacerti, sic ut fieri nihil possit ualentius.

Vis pro facultate, uirtute, uel efficacia ponitur. Cic. Magna uis est in deorum immortalium numine. Hic pro uiribus maxime corporis, ac habitudinis firmioris, pro neruis, robore, conatu uel potentia sumitur. Ci. Omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. Inde dicimus uires dare colligere, habere, aliquē deficere uires. de Ora. 2. Vires amittere. Ci. Ego hic cogito cōmorari, quo ad me reficiam: nam & corpus & uires amisi. Viriditas pro uiribus, uel robore. Cic. De Amic.

AVDERE est non dubitare, non uereri. Cic. Non ego tibi repromittere istud quidē ausus sim.

Tentare idē est, quod experire, periclitari,
uel

uel conari. Et tentatur tam personæ quàm res. Ci. Habeo nihil tētatis rebus omnibus, in quo acquiescā.

Attentare idem est, quod tentare, uel experiri, uel quasi insidias struere, aut periculū creare. Cic. Quam urbem ab illa scelerata manu attentari suspicabamur.

Experiri est tentare, periculum facere. Ci. Quod ego experiēs quotidie probō. Idē. Multa acciderūt, in quibus et beneuolentiā eius erga me experiar, & fidē. Expertū habere. Cic. Quantum in acie Tyrōni sit comittendū, nimium sēpe expertū habemus. Experiēs Ci. Quas literas Aulus Aurius uir fortis, & experiēs, et domi nobilis in foro palam recitat. Expertus pragmaticus, usum multarū rerum habens, uel multarū rerū peritus. Cic. Iudicare difficile est sanē, nisi expertū. Experimentū est periclitatio, usus, uel exemplū. Tus. 3. Experiētia pro experimento. Ci. Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ constanti. eiq; meæ, quæ me ad hanc experientiam excitauit.

Periclitari est experiri, uel tentare. Cic. Omnia circūspexit omnia periclitatus est. Aliquādo est periculū subire. Ci. Periclitari omnium iura debet, si similitudines accipiantur. Periclitatio pro experimento, uel experientia. de Nat. Deo. 2. Periculū

rei alicuius instructio Ci. Propter paucos ergo tanta est facta rerum.

Conari est tentare, experiri, uel moliri. Ci. Bellū renouari conati sunt, & se in Aphricam contulerunt. Conatus, us, ui, est incumbēs in aliquid studium, uel animi aut corporis impetus. Ci. Omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parat. Idem. Conatibus malorum obuiam eundum est.

Niti est conari, cōtendere, succurrere, sustentari, uel firmari. Absolutē aut infinitiuū habet. Ci. Nita mur igitur nihil posse percipi. Aut cū ablatiuo solo Ci. Si qd forte titubatū est, exercitu tuo niteremur. Aut cū ablatiuo solo. Ci. Si quid forte titubatū est, exercitu tuo niteremur. Aut cū prepositiōe in. Ci. In quo uno maximē ambitio nostra nititur. Aut cū prepositiōe ad. Ci. Ad maiora nitor, nō ad animū, sed ad uulnus reficiendū. Aut cū prepositiōe de. Ci. Defensor ad ea, quā proposui, æquitate nitatur. Nisus, uel nixus, us, ui, pro conatu. Cic. Pedetentim ite & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.

Adniti est uires adhibere, conari, cōtendere. Ci. Natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid, tanquam adminiculum adnititur.

Inniti idē est, quod adniti, uel cōniti. Ci. Vix hæc innixa in omnium nostrū humeris cohærebūt.

Conniti proximè ad nitendi uel admitendi significationè accedit. Cic. Atq; genu flexo taurus connititur ingens.

Eniti est elaborare, conniti, uel contendere. Ci. Illud pugna, & enitere, ne quid temporis mihi prorogetur. Enixè est cum studio, & conatu maximo, uel cum uehemèti animi inductione. Cic. Mea causam senatus palam. Equester ordo acerrimè, cū ita Italia publicè, omnes boni enixè susceperant.

Cōtēdere p conari, uel niti, laborare, uel elaborare. Et id per trāslationē ductā à neruis. Vnde elegāter neruos industriæ cōtendi Latini dicūt. Ci. Cū plus cōtenderimus, q̄ possumus, minus tamē facimus Cōtentio pro cōparatione, uel collatiōe. Ci. Hoc omissō, ad studiorū, atq; artiū cōtentionē reuertemur Cōtendere pro gratiā referre. Cic. pro Planc. Aut p ui, labore, uel conatu ponitur. Ci. Dixi de te, quā potui, tanta cōtentione, quantū forū est. Cōtentè est cū summa cōtentione, ui uel impetu. Ci. Genu M. Antonii uidi, cum cōtentè ipse pro se diceret, terrā at

INCUMBERE propriè ensi, terræ (tingere) remis, & rebus ijs, quibus innitimur. Ver. Validis incubite remis. Ponitur etiā incubere gladio, uel in gladiū, pro se interficere, uel manus sibi adferre & mortē sibi consciscere. Ci. Ajax incubuit gladio.

Translatè

Translate uerò pro operam enixe & contentè dare accipitur: nimirum cum nos operi faciundo incumbimus toto pectore, significatur, & designatur diligentia & conatus noster. Ita ut cum accuratius aliquid mente agimus, incubere dicamur: quem admodum è contrario supini dicuntur, qui negligenter & oscitanter aliquid agunt. Adhæc tam in mala, quàm in bona incumbere dicimur. Etenim ut ad salutem alicuius incubimus, ita etiam ad perniciem & exitium. Ponitur autem uel absolutè cum aduerbijs uel infinitiuis. Cic. Facis tu id quidem, et eò maxime incumbis. Vel cum datiuo. Cic. Impelli primo leuiter iudex debet, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Vel cum accusatiuo & præpositione ad. Cic. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Vel cū accusatiuo, & præpositione in. Cic. Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem.

Incubare. Propriè. Verg. Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit. Est & inniti, insidère, uel inherere. Et sic propriè dicitur incubare, qui dormiunt ad accipienda responsa. Et gallina propriè ouis incubat. Translate. Cic. Hic ille plane improbiſſimus, qui illi pecuniæ, quam condiderat spe, atq; animo incubaret, contrahit frontem.

D 5 Excubare

re populi Romani imperium ceciderunt.

Agere est moliri, gerere, traducere, exequi
 Aut cum accusatio ponitur. Et dicimus agere cor-
 poream, ut a sinum, aut pecus, aliud quoduis, & tunc
 significat ductare. Agimus etiam incorporea. Cic.
 Id mihi crede, & agunt & moliuntur. Dicimus
 quoque actum agere, quod loquendi genus, à iudicio
 rum consuetudine sumptum, qualis non est iterum
 agere causam, de qua iam sit pronuntiatum. Et si-
 gnificat incassum laborare. Cic. Acta ne agamus
 reliqua parem. Agere alias res. Cic. Itaque facio me
 alias res agere, ne conuictum Platonis audiam. Age-
 re admittit præpositiones diuersas. Vel cum ad
 Cicero Eodem tempore aget prætor ad populum.
 Vel cum apud. Cicero. Tum Marius apud primos
 agebat, id est, primatibus acceptus erat. Vel cum
 in. Cicero. Egisset lege in hereditatem paternam.
 Vel cum inter. Terentius. Itaque unà inter nos age-
 re atatem liceat. Vel cum per. Idem. Date po-
 testatem mihi statariam agere, ut liceat per si-
 lentium. Vel cum de. Cicero. De tua re uehemen-
 ter egi. Vel cum Cum. Cicero. Cum ille de eadē re
 egi sæpius. In bonā partem. Ci. Præclare cum ijs agi-
 mus quos pacatos esse patimur. Vel in malā partem
 Phil. 14. Vel cum ex. Ci. Nihil ex insidijs agendum.
 putant

putant, id est, insidiosè. Agere cum ablatiuo solo. Cic. Pluribus uerbis tecum agam. Dicimus prætere-
 rea agere alicuius rem, famam dignitatem, glo-
 riam, uitam, salutem: uel caput agi, id est, in discri-
 mine uersari, uel turpitudinis periculo. Cic. Liber-
 tas agitur populi Romani. Præter hæc ad rei despe-
 rationem aliquando accommodatur. Terent. Actū
 est, siquidem hæc uera prædicat. Supra hæc dici-
 mus fabulam, comœdiam, uel tragœdiam agi. Cic.
 Tragœdias agere uidebatur. Actū habere pro ap-
 probare, comprobare, uel ratum habere. Cic. Ego
 sum is, qui dicam me non laborare, actum habitu-
 rum, quod egerint. Actitare ab ago frequentatiuū
 est. Gel. lib. 9. cap. 6. Actor generaliter est, qui ali-
 quid agit. Hinc fit, ut actor, uel Comœdiæ, uel Tra-
 gœdiæ dicatur, qui partes uel Comœdiæ, uel Tra-
 gœdiæ agit. Cic. Dux, autor, actor rerum illarum
 fuit. Dicitur quoq; actor in iudicio, qui accusat, aut
 petit: cui opponi solet reus Columella actorem po-
 nit pro uillico, qui res nostras curat. Factorem Bar-
 bari appellant. Col. lib. 1. cap. 7. Ita fit (inquit) ut
 & actor, & familia peccent, & ager sæpius infā-
 metur. Actū nomen uerbale est ab agendo, & signi-
 ficat omne quod agitur. Cic. Ecquid est, quod tam
 propriè dici possit actū eius, qui togatus in repub.

cum po=

cum potestate, imperioq; uersatus sit, quàm lex?
Acta. Cic. Res urbanas, actaq; omnia ad te perferri
arbitror. Dicimus etiam acta diuturna, quæ per sin-
gulos dies fiunt. Item actu alicuius mensis, ut acta
Ianuarij, acta Februarij. In Acta referre eo modo di-
citur, quo referre in tabulas publicas, uel in commē-
tariū. & significat numerare in actis. Cic. Nisi for-
tè, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id nu-
merabitur in actis, ut est apud Cice. in Philip. 1.
Acta tollere, rescindere, uel circumducere, est actis
fidem & auctoritatem abrogare. Cic. Cogitabā mul-
ta eius iniquè acta & constituta tollere. Idem. Qui-
bus cum prouocatio dicitur, nonne acta Cæsaris re-
scinduntur? Actio pro operatione, uel actione natu-
rali. Et pro actis uel actibus accipi potest. Cic. Vir-
tutis laus omnis in actione consistit. Actionem ad-
hibere. Cic. Ad quod genus adhibenda est quædam
actio non solum mentis agitatio. Actionē dare. Cic.
Tum quidem uel alia quæpiā rationes honestas no-
bis & curas, & actiones darent. Actionem suscipe-
re. Cic. In omni actione suscipienda, tria sunt tenen-
da. Actus, us, ui, penè nihil abacti, uel actionis pro-
xima significatione disidet. Nam totus in opere su-
scipiendo, uel exequendo positus est. Cic. Itaq; pri-
imum illum actum istius uitæ turpissimum præter-
mittam

tione cōstituta. Actuose est cum magno aclus studio
 & cura. Sic actuose est. Comoedias, uel Tragœdias
 Comoediarū. Tragœdiarū uel actores agūt. Vel cū
 aliquis in sermone habendo, aut in scriptis recitan-
 dis gestu, actuq; nimium religioso utitur. Ci. Quam
 leniter, q̄ remissè, quam nō actuose? Actuarius pro
 eo ponitur, qui acta publica, actionesue causidico-
 rum in iudicio uelociter excipit, qui & notarius à
 Quintiliano dicitur. Suet. in Cæs.

Peragere est perficere. Ci. Quibus qui spē
 didicisti uti sunt, hi mihi uidentur fabulā ætatis peregis-
 se. Peractio rei absolutionem significat. Ci. Senectus
 peractio ætatis est tanquā fabulæ.

Exigere pro perficere. Cic. Quam tu uiam
 Thensarū, atq; pompæ eiusmodi exegisti, ut tu ipse
 illa ire non audeas? Exactus, p cōpleto, perfecto, uel
 præterito est. Ci. Interim tertia serè uigilia exacta,
 fit in eos impetus.

Suscipere. Ci. Id ut honoris mei causa suscipias
 uehementer te etiā, atq; etiā rogo. Susceptio est susci-
 piendi actus. Ci. Sic ea, quæ proficiuntur à uirtute,
 susceptiōe prima, nō perfectiōe, recta sunt iudicanda.

Facere. Ci. Id feci adductus autoritate. Facere
 aliquid alicuius causa. Cic. Prius uelim tibi persua-
 deas, ut hoc mea causa libenter facias, q̄ ut facias. Cū
 aduerbijs

uerbis inuictum facere uel in bonam partē. Cic. Id
 à me rectè factum puto. Vel in malam partem. Cic.
 Nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus. Facta
 transacta omnia, de quo nihil super agendum. Te-
 rent. Quot modis contemptus, spretus? facta, transa-
 cta omnia, hem repudiatus repeto. Quid faceret
 aliud? pro quid poterat aliud facere. mic. Valerius
 quotidie cantabat (erat enim scenicus) quid faceret
 aliud? Cum datiuo. Cic. Etiam Domitio ipsi multa
 iam feci, quæ uoluit, quæq; à me petiuit. Quid illi
 fiet? quid illi faciam, quid illi factum est? Hij modi si-
 gnificant, quod nonnulli aliquid admirantes, uel acce-
 pta aliqua calamitate, aut dāno inceptè dicunt, quid
 de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum
 est? Cic. Quod illi fiet, quam reliquero? Idem Quid
 faceret huic conclusioni? Quid hoc homine facies?
 Cic. Quid hoc homine faciatis? ad aliquem spem tā
 perfidiosum, tam importunum animal reseruetis?
 Cum ablatiuo & præpositione de. Cic. Feci de Fa-
 bio, ut scribis. Facere pro sacrificare. Verg. Cū fa-
 ciam uitula pro frugibus ipse uenito. Facere pro fin-
 gere uel inducere. Cic. Feci sermonem inter nos ha-
 bitum in Cumano. Facere pro efficere uel reddere
 Cic. Cum iratum aduersario iudicem facere uellet
 Facere pro prodessse, uel placare. Pli. Facit ad diffi-
 cultatem,

cultatem urinæ, id est, prodest. *Martialis.* Nō facit ad stomachū nostra lagena tuum. *Fac esse, fac potuisse, fac uelle.* *Permittentis, & cōcedentis* sunt huiusmodi locutiones, idq; significat, quod illiterati dicunt: ponamus quod ita sit. *Cic. Quæ est inuidia, aut quid nunc mihi inuideri potest? Verū fac esse omnia. Idem. Eum tu occideres? fac potuisse. Idem. Fac totum dolere corpus. Idem. Fac, ut isti uolunt, animos non remanere per mortē. Facere cum quibusdā particulis eleganter iungitur, aut cū Quin. Cic. Facere non potui, quin tibi & sententiam, & uoluntatem declararem meam. Aut cum Quod. Cic. Fecit humaniter Licinius, quod ad me uenit. Aut cum, Vt, Ci. Facito ut sciam. Idē. Inuitus feci, ut C. Flaminium de senatu eijcerem. Factum oportuit, uel faciendum fuit. *Terent.* Scilicet ita tempus fert, faciendum est. *Plaut.* Consperge ante ædes G. Faciam. D. factum oportuit. Factus, a, um. De persona dicitur hoc adiectiuum, uel extra personā est. Cum de persona dicitur, pro nato, apto, apposito, idoneo accipitur. *Ci.* Ad quam legem non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Extra personā *Ci.* Hæc omnia antiquo opere, & summo artificio facta. Idē. Erat ea nauis plena argēti facti, atq; signati, multa cum stragula ueste. Factor pro eo qui*

uel uinum, uel oleum facit, uel aliud simile ponitur.
 Quamquam generaliter dici possit factor, qui aliquid facit. Cato. Factoribus det in singulos factus, olei sextarios, & in lucernam, quod opus fiet. Factum, ti, dicitur, quod fit, res scilicet gesta, uel actio Cic. Meum factum abs te probari gaudeo. Factus us, ui, propriè est, quod fit à factore, ut factus olei, uel uini, sed etiam generale nomē est. Varro. Quò ornatioꝝ ea esse posset fructu, quàm factu. Factura est ipsa cōpositio rei, quam facimus. Pli. 34 ca. 14. Factitius. Factitium appellatur ad alicuius speciē factum, uel artificis cuiusdam opera factum: uel ab alicuius similitudine factū. Vnde factitla uerba appellamus, quæ alicuius uocis similitudine facta sūt. Sic balare oues dicunt. Latini, sic hinnire equos, sic grunnire sues, sic mugere boues, sic catabare perdices, sic glacitare anseres, sic fluctus à sono, sic fragorem, sic tonitru &c. Pli. Ego in utraq; gente. Ladani genera terrenum, & factitium.

Fieri ponitur pro constare, conflare, euadere, euenire, uel accidere. Cic. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Vt fit. Designatur per hanc locutionē frequens rei cōsuetudo uel assensionis facilitas. Latiniq; adponunt, ferè, ut ferè fit, pro ut sepe fit. Ci. in Orat. Fiat, partic. est permittētis, concedentis,

concedentis, uel annuentis aliquid. Plaut. Mecum,
hercle obsecro, te unà simul. S. Fiat.

Confieri habet passiuā significationē. Terē.
Hoc confit, quod uolo.

Facitare faciendi frequentatiuum est, & si
gnificat sepe uel crebro facere. Ci. Quē palām hæ
redem semper facitauerat.

Faceffere aliquando ponitur pro abire, uel
disscedere. Ci. Faceffāt igitur, qui docere nihil possunt,
quò melius sapiētiusq; uiuamus. Aliquādo pro
exhibere, uel creare, impedire, et quod Barbarē di
citur, darē ad faciendum. Aliquando pro facere uel
agere, aut exequi. Ver. Haud mora, cōtinuo matris
præcepta faceffit.

Faxo uerbū est antiquū, ut habessit, prohibes-
sit, interrogassit, creassit, turbassit, migrassit, indi-
cassit, & similia. Futuri autē temporis sepe esse uē
detur, & accipi, pro faciam. Ci. Nemo me lachry-
mis decoret, nec funera fletu faxit. Dij faxint ut, uel
ne. Ci. Quod promittis dij faxint. Idem. Dij faxint
ne sit alter & c.

Affectus, a, um. Et propriè dicuntur affecta,
quæ nō ad finem ipsum, sed proximè finē progressa
deductiue sunt. Cic. Bellū affectum uidemus, & ut
uerè dicam penè confectum.

E 2 Conficere

Conficere pro *facere, efficere, perficere, expedire, exequi, complere, absoluerē*. Ci. Valde hoc uelim *amanter, diligenterq;* conficias. Conficiens cōfectoris, uel confectricis significationem habet. Ci. Hæc cum corporis bona sint, eorū conficientia certe in bonis numerabis. Confector. Ci. Qui reliquias huius belli oppresserit, hic totius belli confector futurus est. Cōfectio. Ci. Confectio huius belli est D. Bruti salus, Confectura. Col. Confectura mellis.

Efficere rei perfectionem complectitur. Est enim re ipsa *facere, persequi, concludere, conflare, uel efferre*. Ci. Potius debet eniti, & efficere, ut excitet &c. Effectum reddere, uel dare, est idē quod efficere. Terent. Effectum dabo. Efficiens appellatur quod efficit. Ci. Causas id efficientes non habebat, Effector dicitur architectus, molitor, uel perfector. Ci. Magna stultitia est earū rerum deos facere effectores. Efficax dicitur qui multū efficit, uel quā uim præsentē ad aliquid agendū habet, & maximē conducit. Pli. Aduersus serpentes, ac priuatim aspidēs, ex aceto pota efficax. Efficacitas uel efficacia pro ui accipitur. Ci. Itēq; uiribus corporis, & neruis efficacitati similis, similibusq; uerbis animi uires dominantur. Plin. Quos efficacis, industriaq; cōparemus neruos, Effectus, us, ui, pro eo quod effectum

fectum est, & pro euentu quandoq;. Ci. Sic in libidine peccatum est etiam sine effectu. Efficientia uis est efficiendi. Ci. Interest inter causas fortuito atque tregressas, & inter causas cohibentes efficientiam naturalem. Effectio idem est, quod effectus, uel efficientia. de Finib. 3. Efficienter uel efficaciter est cum effectu. Pl. Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter sanat.

Perficere habet rei susceptæ absolutionem, & est munus susceptum explere, extremaq; persequi. Cic. Nihil est tantum, quod non populus Romanæ te perfici, atque obtineri posse iudicet. Perficere, ut pro tantum facere, quod &c. Terent. Perfecit, sibi ut inspicuendi esset copia. Perficere, ne. Ci. Perfecerat fortuna, ne quid tale scribere posse, aut omnino cogitare.

Admittere pro facere, perficere, suscipere, committere. Ci. Tu es liberior, quod ea in te admisisti, quæ à uerecundo inimico audire non posses. Alias pro intrmittere, uel recipere, & approbare accipitur. Aut ad personas refertur. Ci. Salutatum ueniebant, admissus est nemo. Admittere ad colloquium. Cæs. de bell. ciu. 3. Admittere auribus. Liu. de bell. Pun. 4. Aut ad res relatum pro approbare. Ci. Si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt. Ad-

mittere equum, pro in equū admotū infilire, uel equū concitare Cæs. Confidius equo admisso ad eū accurrit. Admittere pro marem foeminae, aut mari foeminam admouere ad coitum. Col. lib. 7. Translatè. Pli. 17 cap. 18. Admittere ad concubitum pro recipere. Col. Contumax ad concubitū dedignatur gallina admittere marem. Admissarius equus, uel asinus, qui ad sobolem procreandam potissimum seruatur, ut equabus admittatur. Pli. Sanguis equi præcipuè admissarij. Admissarius pro homine libidinis peruagata, & ad omnium foeminarum luxuriam exposito. Ci. contra. Piso. Admissio ipse actus admittendi mares foeminis. Var. de re Rust. 2 cap. 7.

Conflare propriè est simul flare, ut à uentis fieri uidemus, cum maximo impetu flant: Est etiam cõponere, uel efficere. Ci. Hoc totū à matre conflatum est, & perfectum. Vide primo Tomo uerbum expedire, uel explicare.

Obire propriè. Ci. Cogitat reliquas colonias obire. Translatè. Cic. Qui tantum modò recipiebat, quantum uideret se obire posse.

Præstare pro præbere, exhibere, tribuere, uel exoluere. Et aut ad res pertinet. Ci. Ego tibi et iucūda & honesta præstabo. Aut ad personas. Ci. Præstitit se acerrimū propugnatorē libertatis pro
fide

fide iubere, cauere, uel exitū rei in se recipere, uel alienæ culpæ dispendiū uelle luere, ut præstare eue tum, uel promissum alienum præstare. Neq; uero res solū præstamus, sed etiā personas, & homines ipsos. Cic. Si dictum non omne præstandū est, quod dictū non est, id præstandum putas? Pro facere, efficiere, reddere, implere, uel obire. Ci. Quādo præstitimus, q; debuimus, moderatè, quod euenit, seramus

FVNGI est officium, munusq; agere; ut fungere magistratu, prætura, legatione, officio, uel munere suscepto, partibus iudicis etc. Aut ablatiuū habet. Cic. Valetudo opportuna est, ut dolore careas, & muneribus fungere corporis. Accusatiuū. Terent. Proinde quasi nemo siet, ita attentè tute illorū officia fungere. Functio est fungendi actus. Cic. Labor est functio quædam uel animi, uel corporis grauioris operis & muneris.

Perfungi est ad extremū obire munus, et strenuè operā nauare. Ponitur etiā pro uti, uel pro perferre. Ci. Eadē pericula, qbus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Perfunctio est perfungēdi actio. Cic. Neq; laborū perfunctio, neq; perperessio dolorū per se ipsa allicit, nec patiētia, nec assiduitates. Perfuntorie est neglectè, et oscitāter. Ulpianus. Neq; quædam perfuntorie, aut obscurè dicere, aut denūciare debet.

Defungi interdum est non toto conatu, nec magnopere aliquid accurare, sed tepidè & instrenuè, & eo tantū animo, ut officio functi esse uideamur, & quatenus satis sit ad uitandam reprehensionem, aut emerendam ueniam. Liu. ab urb. Cond. lib. 1. Aliàs accipitur pro explicari negotio aliquo, aut molestia, & ei finem imponere. Sic rei exitum, & absolutionem designat, siue bona sit, siue mala. Ci. Hoc mendacio si qua pericula tibi impenderēt, ut defungeremur, optauit. Defunctus absolutè dicitur, qui mortem obiuit, quasi ærumnis seculi liberatum, & exemptum significemus. Pli. Defuncta corpora incorrupta conseruat, uiuentia corrūpit. Defunctum etiam substantiuè pro cadauere intelligimus. Pli. Ungues hominibus lati, defuncto crescūt. Defunctoriè aliquid agere, est remissè & languidè aliquid agere. Vlp. in Leg. 2 ad Tertul.

Capessere. Cic. Is autē animus superiora capessat necesse est.

Sustinere est fungi, obire, & quod susceptū est, omni cura tueri, & explicare. Cic. Est omnino difficile, non grauius id ferre, sed tamē nostros animos maximis in rebus gerendis, & sustinendis exercitatos frangi.

Gerere. Ci. Te ita gerere uolo, quæ per exercitum,

citū, atq; imperiū gerenda sunt, ut hæc multo ante meditere. Gestio est administratio, & actio, quæ parum in usu est. Cic. Negotijs autem quæ sunt at tributa, partim sunt continentia cum ipso negotio partim in negotij gestione considerantur. Gestus est actio quædã & quasi pronunciatio corporis. Cic. Illud de gestu histrionis tu inepte suspicaris. Gestū agere dicuntur histriones, fabularum actores, uel oratores in pronunciando, cum certis quibusdam corporis moribus, uel ad tristitiam, uel ad leticiam uel ad alios quoslibet animi affectus, impetusue signandos utuntur. Cic. Humeris gestum agebant. Gestæ diximus supra esse in rebus maioribus, & ad Rempub. uel ad plures spectantibus Scito tamen, sæpius res gestas dici, quàm gesta pro rebus gestis.

Tractare pro rem aliquam administrare, uel curare, aut illius rei curam habere, uel pro aliquid facere, aut agere: ut tractare rempub. munus aliquod, uel rem aliquam quamlibet. Ci. Hoc tu tractabis, ut tibi uidebitur. Tractabilis. Cice. Corporeum autē, & aspectabile, itemq; tractabile omne, necesse est esse, quod natum est. Translatè pro leuimiti, humano, quieto, pacatoq; ponitur. Cic. Virtus in amicitia tenera est atq; tractabilis. Tractatio est ipse tractandi actus, siue propriè accipiatur, siue

translatè. Cic. Orator tractationē orationis sibi assumet. Tractatus, us, ui, cum tractationis significatione conuenit. Propriè. Pli. Tractari gaudent tractatu gratulationem intelligentes. lib. 8. cap. 5. 4. Translatè. Cic. Qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in uita aliud agunt,

Procurare est administrationem rerū suarum, uel alienarum gerere, gubernare, uel adhibita diligentia excolere. Cic. In quo & si nihil prociuro, tamen nihil curare uix possum. Interdū pro expiare accipitur. Gel. Ut terram induisse nunciari solet, eaq; res procuratur. Procurator est qui aliena negotia procurat, uel qui alieno prepositus est negotio, uel qui alterū absentē in iure defendit. Ci. Nihil interest, utrū per procuratores agas, an per te ipsam. Procuratrix. Cic. Sed cū sapientiā totius hominis custodem, & procuratricem esse uellent quæ esset naturæ comes? Procuratio interdum pro administratione uel gubernatione. Cic. Est idem in procuratione ciuitatis egregius. Ad procurationem uocare. ad Att. 4. Procurationem committere. Ci. Cic. Mihi sacrarum ædium procurationem mihi totam urbem tuendam commisit. Præcurationi præficere. De Leg. 2. Procurationem habere. Cicero. Sunt philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere

habere senserunt rerum humanarum procuratio-
nem deos. A procuratione amouere. De Arusp.
Resp. Procuratione priuare. Cic. Nec sanè multum
interest, utrum id neget, an eos omni procuratio-
ne, atq; actione priuet. Interdū pro expiatione po-
nitur. Cic. Constituendæ nobis sunt procurationes,
& obsecrationes.

Ministrare est idem quod præbere, porri-
gere, præparare, uel seruire. Cic. Ipse solus bibitus/
rus, quæ eodem de dolio ministrentur. Minister ap-
pellatur, qui ministrat. Cic. Ut cum te ipsum Sulpi-
ti obiurgabam, quod ministratorem peteres, non ad-
uersarium. Minister dicitur, præbitor, satellites, co-
mes, famulus, seruus. Trāslatè. Ci. Sit annulus tuus
non minister alienæ uoluntatis, sed testis tuæ. Mini-
stra. Cic. Res familiaris ministra, & familia corpo-
ris. Ministerium pro omni operatione poni consue-
uit, uel pro ministri opera. Vel pro ipso ministro
ut seruitium pro seruo. Ci. Quibus utitur ministe-
rijs deus.

Administrare est gerere, gubernare, obire, præbe-
re, suggerere, suppeditare. Ci. Quod opus erit, pro-
uideas, atq; administres. Administrator est curator
uel procurator, uidelicet qui administrat, suggerit,
& præstat operā, ut administrator ciborū belli, etc.

Tusc. 5. Administer dicitur, qui ministrandi munus obit. Cic. Vnus puer uictus, quotidiani administer relictus non est. Administratio est curatio, procuratio, uel gubernatio. Off. 2.

Gubernare est administrare, gerere, pro curare, regere uel moderari. Ci. Te hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua. Gubernator est moderator uel rector. Ci. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à uectoribus admonere solent. Gubernatrix De Orat. 1. Gubernatio est curatio, uel administratio. Cic. Magnam gubernationem tui consilij res desiderat. Gubernaculum est nauis clauus, quo nauis gubernatur & dirigitur. Translate. Cic. Gubernacula Reipublice prenderem.

Regere est gubernare, moderari, uel administrare & tam ad res, quàm ad personas pertinet Cic. Vellem suscepisses iuuenē regendum. Rector est gubernator, qui aliquid regit & gubernat. Cic. Cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris, & domini numen, &c. Rectrix. Pli. Italia rectrix, parensq; mundi altera. Rectio est actus regendi. Cic. Omnia rerum publicarum rectiones præscripsimus. Regimen. Pli. Vocis, sermonisq; regimen priores tenent dentes.

Regu

Regula propriè aliquando significat normam, qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regēs. Col. lib. 3. cap. 13. Aliquando pro baculo accipitur, quo aliquid rectum tenetur. Col. Vbi possint etiam numelli fabricari, ut inserto capite, descendentes per foramina regulis, ceruix teneatur. Aliquando instrumentum est eundem usum præbens in factura olei, quem fiscus. Col. 13. cap. 50. Translatè pro lege quadã, exempla, uel norma ponitur. Sic eleganter dicimus, aliquid ad regulam uirtutis dirigi, uel referri, id est uirtutis ratione habita fieri. Ci. Hanc ad regulam dirigenda, et formanda oratio est. Regularius uel regularis. Est autem Regulariũ, quod secundam regulam est, uel quod in regulã trahi potest. Regulare uero æs uocant Latini, quod obsequitur malleis, et quasi in utranq; partem regi potest quod aliàs æs ductile appellatur. Pli. 34. cap. 8. In Cypro coronariũ æs, et regulare est, utcunq; ductile. Plinij imitatione ferrum, quod nostra ætate uenditur, regulare ferrum rectè appellare possumus, nempe in regulas formatum, non globatum.

Rex Cic. Non regno, sed rege liberati uidemur. Interfecto enim rege regios omnes nutus tuemur. Reges ærario præerant, apud Ro. dicebantur Cic. cont. Rul. Rex sacrorum. Cic. L. Claudius rex sacrorum

sacrorum. Et sic apparet regem nihil aliud designa-
 re, quàm suscepti muneris administratorem. Inter-
 rex est, qui regis demortui locū tenet, donec alius
 substituatur. Cic. L. Flaccus interrex legem de Syl-
 la tulit, ut omnia quæcunq; ille fecisset, rata essent.
 Interregnum appellatur id tempus, quo regnū re-
 ge uacat, id est, antequam in demortui locum no-
 nus rex præficiatur. Ci. Per magni eius interest rē
 ad interregnum non uenire. Interreguum aliquan-
 do dicitur, cum loco magistratus interrex creatur.
 Liu. Cum sine Curuli magistratu respublica esset.
 patritij coiere, & interregem creauere. Contentio
 consulesūe, an Tribuni militum crearentur in in-
 terregem creauere. Contentio, consulesūe an Tri-
 buni militum crearentur in interregno rem com-
 plures dies tenuit. Interregnū inire significat regis
 demortui uices fungi. Liu. Nisi Romā ueniret, Sena-
 tum interregnū iniri passurum. Regulus aliquando
 propriū nomen est, aliquando pro aue minima poni-
 tur, quæ & à quibusdam dicitur regaliolus: alio no-
 mine Trochilus. Pli. 10. cap. 74. Aliquando serpē-
 tis genus est. Hic diminutiuum à rege quasi paruus
 rex, nō quod parue stature, sed quod alicuius urbis
 aut oppidi dominus sit. Dicuntur etiā reguli filij,
 aut nepotes regū. Pli. Vt cu regulis Africæ biblio-
 thecas

*hec*as donaret. Regius res ad regē spectās, uel quæ
 rege digna est. Ci. Rege interfecto, regios omnes nu-
 tus tuemur. Regia, iæ nomē substantiuum accipitur
 pro domicilio, uel aula regis. Ci. Nemo dicit in re-
 gia regē ipsum, quasi productum esse ad dignitatē.
 Regiè est, ut decet regē, uel ut rex solet. Cic. Si in
 hūc adnimauertissē crudeliter, & regiè factū esse
 dicerēt. Regificè idē est quod regiè. Ci. Vidi ego te,
 astāte ope Barbarica, testis cœlatis, laqueatis, auro
 ebore, instructū regificè. Regalis idē est qd' regius,
 pertinetq; ad excellentiā, & eminentiā, ut regale
 sit, quod rege dignū est, id est, regis opibus, & po-
 tentia. Ci. Sylla regalē habuit potestatē. Regina di-
 citur regis uxor, regni socia, uel quæ prouincie ali-
 cui præest, & eam regit: quemadmodū. Dido apud
 Carthaginenses, & Cleopatra in Ponto. Trāslatē.
 Ci. Omnium regina rerum oratio est. Regnum est
 regis dominatus, uel dominatio. Ci. Timent, ne sub
 regno sint. Regnare est dominari, imperare, uel re-
 gnum possidere. Cic. Clodius interfecto Milone re-
 gnaturū se putabat. Regnator, qui regnat, uel qui
 possidet. Plaut. Regnatur deūm architectus omni-
 nibus Iupiter.

Dirigere, propriè est obliquum emendare.

Cice. Me sine ad hanc opinionē dirigere puerum.

Transa

Translatè pro constituere uel ordinare ponitur. Cic. Honestate dirigēda utilitas est. Aliquando pro referre, metiri uel aestimare. Cic. Fines bonorum dirigunt utilitate, aut uoluptate. Directè. Cic. Ut cum semel dictum sit directè. Directè. Cic. Alterum ad finem directè spectat.

Dominari est rerum potiri, regnare dominatum, uel dominatum tenere, uel gerere Absolute. Cic. Libidine dominante temperantiæ locus non est. Cū datiuo. Cic. Dominatus est Alexandria, imò uerò in superbissimo dominatu fuit. Cic. Cum accusatiuo & præpositione in uel inter. Cic. Ratio dominatur in libidinem. Cum ablatiuo & præpositione in. Cic. Casus et natura in bonis dominatur. Passiuè etiam ponitur. Cic. O domus antiqua quæ dispari domino dominaris. Dominator est, qui dominatur. Cic. Dominator rerum deus hæc eo ordine destinxit. Dominatrix. Cic. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominus Aratorū dominus et rex. Domina, Plaut. Quod nomen est tuæ dominæ? Translatè. Cic. Hæc uirtus omnium est domina, & regina uirtutum. Dominatus, us, ui, significat principatū. Cic. Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. Dominatum dare. Phil. 11. In dominatu lo care.

care. Cic. Cum assumpta ratio est, tanto in domina-
tu locatur, ut omnia illa prima naturæ illius tutelæ
subijciantur. Dominatum occupare. Tus. 5. Habe-
re. Ci. in Parad. Esse in dominatum, pro dominatū
habere. Cic. Dominatus est Alexandria, imò uero
in superbissimo dominatu fuit. Dominatu teneri,
uel premi Off. 2. Dominatum pellere, uel liberare.
Cic. Qui hunc populum dominatu regio liberauit.
Dominatio idem est, quod dominatus, tyrannis,
uel imperiū. Ci. Idē fecero, q̄ in Cinnæ dominatiōe,
& Martij tyrannide Philippus. Dominationē quæ-
rere. Ci. Dominatio quæsita ab utroq; est. Domina-
tionem sibi comparare. Ci. contra. Rull. Domina-
tionem habere. Ad Heren. 4. Dominium est impe-
rium, principatus, uel possessio. Varro. In mercan-
do item (ut ceteræ pecudes) emptionibus, traditiō-
nibus dominium mutāt. Dominicus. Col. Dominicæ
habitationes huiusmodi esse debent.

Constituere. Ci. Ineuntis ætatis inscitia, se-
num constituenda, & regenda est prudentia. Con-
stitutus, a, um. Ci. Esto igitur, ut ij sint, quam tu nā-
tionem appellasti, & qui integri sunt, & sani &
benè de rebus domesticis cōstituti. Dicimus etiā cor-
pus bene constitutū, pro bene cōplexionato. Ci. Me-
trodorus cum perfectè putat beatū cui corpus benè

constitutū sit. Constitutio. Et constitutū, etiā adiectū
uū est. Dicimus, aliquid alicui cōstitutū esse, uel ali
quem aliquid constitutum habere, id est, aliquid ali
cui deliberatum esse, uel aliquid alicui in animo
esse. Aliquando uerò substantiuum est, & ad cons
siliij initi rationem fertur. Cicero. Horum & timor
fuit idem primo, qui meus & constitutum. Ad con
stitutum, pro ad constitutam diem. Cice. Igitur ad
constitutum.

Ordinare est componere, constituere, de
signare, digerere, in ordinē adducere, uel redigere,
uel disponere, qui cuiq; locus esse debeat. Vnde &
ordinatum dicimus, quod rectē atq; ordine consti
tutum est & dispositum. Ci. Cum omnia ordinaren
tur, instituerentur, parerentur. Ordinarius. La
tini ordinarium uocant, in quo seruatur ordo, uel
qd' ordine dispositū est. Ci. Malleolis ordinarijs ui
tibus inserendus est. Ordinarius lapis est structura
genus ex lapide ordinario, nec temere congestū, nec
ad perpēdiculū respondēs, sed tamē ordine coagnē
tatū. Vitru. lib. 2. Ordinarius seruus à Iurisperitis
appellatur, frugi & rei bene gerēs, officio diligēter
incumbēs, assiduus. Vlp. Etenim multū interest, qua
lis seruus sit, bonae frugi, ordinarius, dispensator,
an uerò uulgaris, mediastinus, an qualisqualis.

Ordinarius

Ordinarius homo, dissolutus, scurra, improbus, qui assidue in litibus moratur, eaq; ob causam in ordine stat aduentium Praetorem. Alij dicunt illum esse, qui minime ordine uiuat. Ordo cum hominum est ponitur pro statu, ut ordo senatorius, equestris. Ci. Omnium generum, atq; ordinum consensus. Aliquando ad rem bellicam pertinet, ut ordines ducere. Phil. 1. Translatè ordinem ducere, pro ordine persequi uel conseruari. Quint. 10 cap. 1. Ordines assignare. Cic. Quid? Centuriatus palam uenditos? quid per tuum seruulum ordines assignatos? Ordinem adipisci. Ci. pro Flac. In ordinem redigere. Pl. li. 2. Epistola. In ordinem cogere. Liuius. Profecto haud gratuita in tanta superbia comitatem fore, nimium se in ordinem cogere. Eximere numero, contrarium illius. Ordo etiam rerum est, & significat rationem, distributionem, dispositionem, uel collocationem in suo cuiusque rei loco. Cic. Ordo est, qui memorie maxime lumen affert. Ordinem habere. Off. 1. In ordinem adducere. Cicero. in Acad. In ordinem conficere pro Rosc. Comed. In ordinem redigere hic digestionem & dispositionem designat. Cicero. Quoniam dispositio est, per quam illa, quae inuenimus in ordinem redigimus, ut certo quidq; loco pronuncietur. Ad ordinem se referre.

Cic. Ut præposterè tecum agam, mox referam me ad ordinem. Ordinem explicare. Ci. Ut explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia uiderem. Ordinem habere dicuntur ea, quæ bene ordinata sunt, uel quæ ordinem demonstrant, uel ad ordinem nos dirigunt. Ci. in Brut. Ordinē sequi. Cic. Non puto existimare te ambitione me labi, quippe de mortuis: sed ordinem sequens in memoriam notā & æqualem necessario incurro. Ordinem tenere. Phil. 5. Ordinem seruare, uel cōseruare. Ci. In qua intelligitur ordinis cōseruatio. Ordinē immutare. Cic. Verborum ordinem immuta, sicut sic & c. Ordinem perturbare. Ci. Quo in genere (ut in ijs perturbationem ætatum ordinem) nuper L. Quintus fuit. Ordo est series, ut uidere est in hortis seminaria ordine posita, in uineto uites ordine positas. Hic significat bene, rectè, ut decet, destinctè, nō confuse, delucide, pulchrè eximiè. Ci. Domestica ordine administrantur. Ordine & rectè antiqui Ro. dicebant aliquid fieri, curari, administrari, disponi, narrari, recitari, cum in re administranda, disponenda, narranda, recitanda summam diligentiam, ordinemq; adhibitum, designabant. Cicero. Philip. 3. Rectè atque ordine exq; republica fecit. Alio genere loquendi dicunt docti, rem modo, & ratione administratam,

stratam, in qua administranda singularis diligentia posita esset, ordoq; non uulgaris seruatus. Cicero. Existima C. Aquili id, modo, & ratione omnia Romæ Neuium fecisse, si hoc, quod per literas &c. Ex ordine, significat secundum ordinem, uel pro ratione ordinis, uel ordine seruato.

Cicero. Ut quisq; etate antecederet, ita sententiam dicebat ex ordine. Extra ordinem, est idem quod præter ordinem, præter ordinis rationem, uel neglecta, & posthabita ordinis ratione, uel præter morem & consuetudinem. Ci. Negat quicquã unẽ extra ordinem decerni. Translatè pro proximè, & quasi præter ceteros ponitur. Fam. 6. Aliter Quintil. 10 cap. 3 usus est hac locutione. Iurisconsulti extra ordinem ponunt pro sine uerbis, & formulis solennibus. Paul. Iuris. Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in usu esse desijt, durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur. Ordinatè uel ordinatim, est ordine, uel cum ordine, uel seruato ordine, uel non extra ordinem. Cicero. Quæ si sequamur, acutè & citò reperiemus, distinctè & ordinatè disponemus &c.

Cæs. Ita fastigiato, atq; ordinatim structo, ut &c. Extra ordinarius. Latini extra ordinariũ dicunt, quod præter ordinem est, uel fit. Cic. Si extra ordi-

narius nemo reus accessisset. Idem. Consulatus peti-
tio extra ordinaria.

Digerere pro diuidere, seligere, ordinare,
disponere, distribuere, dilucidare. Cic. Vtrū cætera
nomina in codicem digesta habes? Digestio pro or-
dine hic, & dispositione ponitur. Ci. Tum duo illa,
quæ maximè mouent, similitudo, & exemplū, dige-
stio, interpellatio &c.

Disponere est ordinare, digererere, in ordi-
nem, redigere, collocare. Ci. Qui locis omnibus di-
spofiti scrutabantur tabellarius. Dispositio est or-
do, uel collocatio. Cic. Ordo ac dispositio argumen-
torum. Dispositè est distinctè, uel cōmodè, uel quod
Barbari dicunt proportionatè. Ci. Non possum di-
spofitè istum accusare, si cupiam.

Dispensare est disponere, uel distribuere.
Cic. Inuenta non solum ordine, sed etiam momento
quodā dispensare, atq; disponere debemus. Dispen-
sator qui æs pensans expendebat, nō adnumerabat.
Mart. Dispensatorem fallax spoliabit amica. Ali-
quando est, qui sua dilapidat, & consumit. Idem.
Prælia quanta illic dispensatore uidebis Armige-
ro. Dispensatio est distributio, distinctio, uel di-
rectio. Ci. Eripueras senatui ærarij dispensationē.

Stabilire est firmare, uel stabilem redde-

re. Ci. Libertatem ciuibus stabiliuerat. Stabilis stabile uocant Latini, quod firmum est, constans, immutabile, immortale, certum, perenne, optimè fundatum, & constitutum. Cic. Vultus semper idem, uox oratio stabilis, ac non mutata. Stabilimen, uel stabilimentum dicitur, quod aliquid firmiter tenet. Cic. Addo huc, quòd mihi portento coelestium pater prodigium misit regni stabilimen mei. Stabilitas est firmitas. Cic. Respublica quassata multa amisit praesidia stabilitatis suae. Stabilitatem dare de Nat. Deor. 2. Stabilitatem habere. Ci. Restincta sitis stabilitatem uoluptatis habet.

Persequi hinc accuratorem quadam rei susceptionem, gestationem, procuratorem & absolutionem designat. Propriè denotat persequi, aliquè præcedentem sequi illius assequendi causa. Cicero. Quid erat, quod me persequeretur in castra? Tráslatè. Ci. Cuius uestigia qui persequi cupiunt, eius sententiam sciscitantur. Idè. Nec institutas cerimonias persequi potuit. Persecutio. Ci. Cum in altera gratiae, gloriae, praesidij plurimum esset in altera persecutionem, cautionumq; præceptio.

Subsequi. Cic. Ipse maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequeretur.

Prosequi. Ci. Ex eodem ponto illa. Medea quondā profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in ijs locis, qua se parens prosequeretur, dissipauisse.

Exequi est conficere, & persequi. Ci. Quod si exequi nequeas, possis tamē alijs præcipere. Executio exequendi effectus. Cicero. Queritur in translatione, primum aliquis eius rei actio nem, petitionem, aut executionem habeat, quem non oportet.

CONSEQVI est, cum eum, qui nos in itinere præcedit, sequentes, tandem, ubi ille ipse est, uel cōsistit, peruenimus. Propriè. Ci. Nunc tu propera, ut nos consequare. Translatè pro subsequi, subiungi, euenire, uel accidere. Ci. Libertatē pax consecuta est. Cum accusatiuo. Cic. Id facilius cōsequar, si ad me in Ciliciam ueneris. Cum ut, uel ne. Ci. Ut uerò etiam ipsi loci proposita quæstione occurrant, exercitatione consequere. Consequens appellatur, quod futurum est, uel quod consequitur. Cic. Ut efficiatur, quod sit consequens ijs, quæ sumentur. Consequentia, & consequentis rei ordo, uel euentus. Cicero. Per consequentiam significatio fit, cum res, quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur.

Assequi

Assequi itineris proprium est. Plautus. *Itē cito: iam ego uos assequar.* Translate ea dicimur **assequi**, quorum compotes sumus, uel quæ in potestate nostram ueniunt, uel quæ ingenio, labori, industriæ, studio, diligentiaq; nostræ cedunt. Cic. *Itaq; omnia experiar, & ut spero assequar.*

Nancisci est, consequi, assequi, adipisci. Quod si cū homine iungatur, poni uolunt pro inuenire, uel obuenire. Cic. *Sortem est nactus urbanae prouincis.*

Adipisci. Propriè. Cic. *Medio itinere eum adeptus, amplexus sum.* Hoc est, cum medio itinere ad eum peruenissem. Translate. Cic. *Magnam ex ea re laudem adipisceris.* Adeptio est ipse adipiscendi actus. Cic. *Nos beatam uitam non depulsiōe mali, sed adeptiōe boni iudicemus.*

Procedere pro proficere. Cic. *Cui bene quid processerit, eum multum prouidisse dicimus.* **Processus, us, ui.** Vide primum Tomum.

Proficere est procedere, efficere, obtinere, assequi, consequi. Cic. *Cum consilio profici nihil possit.* Idem. *Te multum profecisse sentio.* Aliquando pro prodesse ponitur absolute, & uel datiuum regit, uel accusatiuū cum præpositione ad. Cic. *Profecit hæc exornatio ad duas horas.* Idē *Hæc à prin-*

cipio tibi præcipiens, quantum tibi profecerim, nõ ignoro. Profectus, us, ui, dicitur utilitas, quæ ex alicuius rei tractatione nobis prouenit. Quint. Firmiores in literis profectus alit æmulatio. Profectum facere idẽ est, quod progressum facere, uel progressum habere, scilicet in re aliqua procedere, proficere, uel progredi. Pli. Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit.

POTESTAS est facultas, optio, ditio, imperium, ius, uis, potentia. Cic. Quæ tum erat potestas, id est, quod tum fieri poterat. Potestates præter hæc dicuntur, principes, potentes, & ij, qui magistratus gerunt, & iudicijs præsunt. Pli. 31 cap. 4. Potestatem obsidere. Cic. Dictatura iam regiam potestatem obsederat. In potestatem redigere. Fam. 12. In potestatem cadere. Cic. Caden-
dũ in unius potestatem. In potestatem uenire, uel peruenire passiuæ significationis est. Estq; in potestatem cadere, uel sub potestate alicuius subijci. Cic. In potestatem hostium ueniendũ est. Sub potestatem se subijcere. Ci. Si supplicabimus, & nos sub eorũ, quorũ misericordiam captamus, potestatem subijciemus. In potestate esse passiuè. Nam ea dicuntur esse in potestate nostra, quæ in potestatem nostram uenerunt. Vel dicimur in potestate esse eius, qui potestatem, autoritatemq;

tatemq; in nos habet, uel sub cuius potestatem subiecti sumus, aut sponte, aut dominationis iure, aut emptionis nexu, aut accepti beneficij obligatione. Ci. Totum ei negotium permisi, meq; in eius potestate dixi fore. In potestate habere. Fam. 9. In potestate contineri. Cic. in Catil. In potestate tenere, uel retinere. Cic. Fac, ut prouincia retineas in potestate reipublicæ. Potestatem dare. Fam. 9. Potestatem concedere. Phil. 12. Permittere. Cic. Vobis potestas decernendi non est permissa per eum. Potestatem tradere. Cic. Populus omnem suam potestatem de bonis tradit uobis. Potestatem deferre. Pro Cor. Balb. Potestatem facere. Cic. Facio tibi potestatem interpellandi in potestate alicuius aliquid ponere. Cic. Atq; hoc dabitis, ut opinor (si modo sit aliquid esse beatū) id oportere totum poni in potestate sapientis. In potestatem suscipere. Cic. Si pater uendidit eum, quē in suam potestatem susceperat ex potestate dimittit. Potestatem esse alicui alicuius rei. Cic. Ei potestas fuit aufrendi omnem pecuniā ex edicto meo. In potestate alicuius aliquid esse situm. Cic. In interdum potestate nostra est sita salus Potestatem esse sitam in aliquo. Cice. Huiusce rei potestas omnis in uobis sita est iudices. Potestatem penes aliquem esse. Cic. De illo autem, penes quem

quem est omnis potestas. Potestate præditum esse. Cic. Vir summa potestate præditus. Potestatem habere. Cic. Cuius rei quantam potestatem Quæstor habeat, non sum ignarus. Potestatem gerere. Cic. Discutiendum erit, quem habuerit in potestatibus gerendis animū. Potestatem adimere. Cic. Sylla Tribunus plebis sua lege iniuriæ faciendæ potestatem ademit. Potestatem eripere. Cic. De Amic. Potestate priuare. Cic. Atq; abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. In potestatem redire dicitur, quod è potestate prius exiuerat. Gellius lib. 7. capite 3.

Facultas pro commoditate, uel potestate accipitur. Interdum appellatur uis quædam, quæ facit, ut id facilius fieri possit, quod de una quaq; arte præcipitur: est enim genus omnium artium. Cic. Age nunc, cæteras quoq; facultates consideremus. Facultatem expetere. Cic. Horum ego bonorum facultatem nunquam expetiui. Facultatem comparare. Cic. Non deerit ipsi facultas ex cæteris rebus comparata. Facultatem offerre. Cic. in Catil. Facultatem concedere. Cic. Utinam mihi hanc facultatem causa cõcederet, ut possem hoc prædicare. Facultatem dare. Cic. Opes superbiæ & libini facultatem, & materiam dant. Facultatem suppeditare. Cic. Omnium re-

rum in contrarias partes facultas ex eisdem suppeditatur locis. Adipisci. De orat. 1. Consequi. Cic. Cuius rei tantæ, tamq; difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero. Facultatem assequi. Off. 2. Facultatem habere.

Cic. Alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Facultatis alicuius esse, id est, facultatem in aliquo esse. De Leg. 1. Facultatem esse alicui. Cic. Romæ mihi nummorum facultas est, quam si sapiens, communem existimabis. Facultatē esse in aliquo. Cic. Quis ego sum? aut quis in me est facultas? Facultatē prætermittere. Cic. Te quærebam, totum esse cupiebã, neq; eius rei facultatem, si qua erit, prætermittam. Facultatem adimere. Cic. Breuem illius temporis rationem nostram uides: reliqui facultatem res adēt. Facultatem eripere. Fam. 3. Ut tulit facultas uel quoad tulit facultas, pro quantum potui, uel quoad eius fieri potuit. Cic. Fons confirmationis, ut facultas tulit, proposuimus. Idem. Quos ipsos, quoad facultas tulit, proposuimus.

Opportunitas est idem, quod facultas, occasio, uel tempus actionis opportunum, uel utilitas. Cicero. Cum ad cæteras summas utilitates hæc quoq; opportunitas adiungatur. Opportunitatem habere, ea dicunt Latini, quæ opportuna uidentur.

id est,

id est, quæ commoda & utilia sunt. Sic passivæ magis, quàm activæ significationis est hæc locutio. Cic. Tenendam hanc oram puto, quæ dignitatem & oportunitatem habet. Opportunus est idem, quod ad tenendum portum maximè accommodatus. Translatè ponitur pro commodo, idoneo, proprio, uel utili. Cic. Hæc res mihi accedit opportuna. Opportunè est loco & tempore, siue in loco, & in tempore uel commodè. Cic. Opportunè ades. Idem. Per opportunè, inquit uenis.

Occasio aliquando pro copia, uel facultate ponitur Colu. Id fabricatur ex robore, quercu uel subere: nam oleæ est rara occasio. Aliquando ponitur pro opportunitate temporis, casu proueniente, pro tempore opportuno oblato, pro causa uel ansa. Cicero. Simulac primum ei occasio uisa est prouinciã deserunt. Occasionè captare. De Arusp. Respon. Occasionem offerre. Cic. Quorum alter relictus, alter lacesitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Occasionem parere. Plaut. Quid igitur stultè, quoniam occasio ad eam rem fuit uirtute mea parta, ut quantum uelles, tantum sumeres. Occasionem dare. Fam. 12. Occasionè nancisci. Ibidem. Occasionè habere. Cic. Si in eo mihi temperauissem, maiores occasiones ad opitulanda

opitulandum haberē. Occasionem tenere, uel amplecti. Cic. Teneo, quam optabam occasionē, neq; remittam. Pli. Tu occasiones obligandi me auidissimē amplecteris. Occasionē urgere. Ci. Quin tu urge istam occasionem & facultatem qua melior nunquā reperietur. Occasione priuare. Cic. pro Ligar. Occasionē amittere. Cic. Maximas amissas occasiones dicebat, Si occasio tulerit uel ferret, pro si occasio dabitur, uel offerretur. Cic. Nec depugnare, si occasio tulerit, nec obsideri, si neceſse fuerit, nec mori, &c.

Causa est idē, quod occasio, caput, origo, fons, radix, principium, seminarium, semen, uel stirps. Cic. Si consilij mei causam, rationemq; cognouerit. Personam causam esse rei alicuius. Elegans locutio, cum aliquis rei alicuius, uel bonæ, uel malæ causa esse dicitur, hoc est autor, uel princeps. Cicero. Is profecto mortē attulit, qui mortis causa fuit. Causa pro statu, uel conditione. Cic. Morte qui affecti sunt in eadē causa est, in eadē causa sunt, qua antequā nati. Causa pro partibus. Causa alicuius sequi intelligimur, cū illi studemus, id est illius sequimur partes, uel ab eo stamus. Ci. Hunc ego à Cesare liberaui frequēs enim fuerat nobiscum, atq; etiā diutius in causa est, q̄ nos commoratus, id est, diutius secutus est partes Pōpeij. Causa mea. Ci. Polliceare omnia,
 et fā-

te facturum mea causa. Causa tua. Cic. Quæ antea tua causa feci. Causa rei alicuius. Cic. Omnium salutis causa decedam. Causam querere. Cic. Cum omnes nouarum perturbationum causæ queri uiderentur. Causam inuenire. Teren. Tandem inuenta est causa, soluisti fidem. Causam capere. Terent. in And. Causam afferre idem est aliquando, quod causam denunciare, uel significare. Cic. Ego ad illum belli ciuiliis causam attuli. Hic idem est, quod rationem reddere, uel ratione niti. Cic. Iustam causam affers, quod me hoc tempore uidere non possis. Causam dare, idem est, quod occasionem offerre, uel dare. Cic. Multæ causæ suspicionum, offensionumq; dantur Aliquando ponitur pro causam adferre. Cic. Pollicitus sum, me daturum causam, qua inductus Vlysses accesserit ad maleficium, id est allaturum. Causam esse alicui dicimus, uel causam esse alicui rei alicuius faciendæ. Cic. Tu si tibi eadem causa est, me remunerere sanè uelim. Causam habere idem est, quod occasionem habere, uel ratione aliqua probabili niti ad aliquid faciendum. Ci. Modo ne hæc causam habeat ad iniuriam. Causam conferre. De diuinat. 2. Causam explicare. Fam. 5. Causam adimere est occasionem eripere. Terent. Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.

Causam

Causam dcesse. Off. 2. *Causæ* nihil dico, uel *causam* non dico, est renuere, recusare, uel repugnare, uel inficias ire. Teren. *Causam* nõ dico, quin, quod meritus est, ferat. *Causa*, pro non sine *causa*, uel nõ abs re, non temere, non inconsideratè. Cic. Certè scio te fecisse cum *causa*. Vel cum particula ob. Ci. Hæc ad te ob eam *causam* maximè scribo, ut meditere. Vel de. Cic. His de *causis* credo &c. Vel cur. Cice. Erant *causæ* cur mihi in optatis sit, complecti hominem? Vel quare. Cic. Miror quid *causæ* fuerit, quare consilium mutaris. Vel quod. Cic. Ne miretur, hoc *causæ* sumpsi, quod &c. Vel cum quin. Ci. In altera re *causæ* nihil erat, quin secus iudicaret ipse de se. Vel cum ut. Ci. *Causa* fuit huc ueniendi, ut quosdam hinc libros promerem. Vel cum sine. Cic. Verisimile non est, odio fuisse parenti filium, sine *causis* multis, & magnis & necessarijs. *Causari* est *causam* adferre, uel id, quod impedimento fuit, aut quod in *causa* fuit, ut peccaremus, afferre in accusationem. Vergilius. *Causando* nostros in longum ducis amores. Id est, impedimenti *causas* afferendo. Plautus. Ergo, quia sum tangere ausus, haud *causificor*, quin eam ego habeam potissimum, id est, non obsto. *Causarius* adiectiuum est à *causari*, unde dicuntur *causarij* milites, id est,

morbo, aut debilitate affecti, ob idq; cessari coacti, uel ualitudinarij, Liuius. Tertius exercitus ex causarijs, senioribusq; à L. Quintio. scribatur, qui urbi, mœnibusq; presidio sit. Causariam missionem uocat Vlpianus non sine ornatu, quæ propter ualitudines à laboribus militiæ soluit.

Ansa est pars qua uas, aut quiduis aliud teneri solet. Translatè uero usurpant Latini pro causa, uel occasione propriè. Vergil. in Buccolicis. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Translatè. Cic. pro Cecinna. Iste hac sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. Ansam habere. Cicero pro Plancio. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio, cur seueriorem Niceam putet, quàm Rhodum. Ansam dare, pro occasionem, uel causam præbere. Cicero. Deniq; etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tonere possemus. Ansatus Plautus. Sed quis hîc ansatus ambulat. Ansatum hominē ioco dixit Plautus, qui incedit utroq; brachio in ansarum modum ad latera applicato, siue (ut ipsemet loquitur) qui subnixis alis sese infert.

Materia, uel materies propriè significat syluam (in quo significato ligna omnia comprehenduntur) præ-

prehenduntur) uel pro ligno sumitur, quod est inter corticem. Poni etiam uideas pro palmite, qui de nouello nascitur, & in tenero alligatus dependet. Cicero. Vri posse ligneam materiam necesse est. Translate. Cicero. Plato ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum censet. Idem. Quid odisset Clodium Milo segetem, ac materiam suæ gloriæ. Materiam dare. Cicero. Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse uidebimur. Materiam præbere. Cicero. Illa mors uulgaris nullum præbebat materiam ad ornatum. Materiam nancisci. Fam. 3. Materiam habere. Cicero. Vnus satis es materiæ habens, nec quicquam domi tuæ turpius est, quam tu. Materiam crescere ad Atticum 2. Materiam subtrahere. Cicero. Nonne id agendum nobis fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo? Materiari est idem, quod ex materia componere, aut construere, uel materiam colligere. Cicero. Officiorum lib. 3. Malæ materiata, ruinosæ, &c. Id est, compositæ ex mala materia, ut ex lignis non tempestiuè coësis. Materiarius dicitur ad materiam pertinens, ut materiarius faber, id est, faber lignarius, materiaria fabrica, id est, lignaria,

Et materiaria incrustatio. Plaut. Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est, non indolem nostri ingenij, citò erit parata navis.

Instrumentum à Latinis ponitur pro omni illo, quo quis ad operandum utitur. Pro apparatus item, quo fundus, taberna, et id genus alia instruuntur. Cic. Hæc omnia in instrumento, ac suppellectili C. Verris nominabantur. Translatè instrumentum est, quo ad aliquid uel assequendum, uel comparandum, uel ad alicuius rei usum utimur. Sic pro ope, uel subsidio interpretari licet. Est etiam monumentum scripturarum ad res gestas, uel testificandas, uel posteritati transmittendas pertinentium. Cic. In orationis instrumento tam lautam suppellectilè nunquam uideram. Instrumentum querere. Cic. Ut in augenda re non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quereret. Instrumentum habere. Ci. Homo multa instrumenta habet ad adipiscendam sapientiam.

Fundamentum est propriè solum, uel sedes, ut uidere est in ædificatione ædium, uel murorum. Verg. Fundamenta locant alij, pars ducere muros. Translatè pro aditu, uel gradu accipitur: uel pro eo, quod nobis aditum, uel gradum ad rem aliquam præbet, aut in re aliqua progressum constituit,

stituit, uel præstat: aut pro eo, quo ad rem aliquam
 progressum faciendum nitimur. Ci. Hanc utar ini-
 tio, & quasi fundamento defensionis. Fundamen-
 tum iacere propriè in ædificijs uel lapide structis,
 uel materia fundamèta iaciuntur, super quæ, quod
 reliquum est operis, extruitur. Quare id translate
 est Latinis, quod apparatus quendam facere, uel ea
 parare, uel eà proferre in medium, quibus ad rem
 peragendam opus sit. Aut ea parare, quæ rem esse
 futura uideatur. Ci. Bene habet, iacta sunt fundamen-
 ta defensionis. Fundamentum ponere. Ci. Virtutum
 omnium fundamenta uos in uoluptate, tanquàm in
 aqua ponitis. Fundamentum agere, pro fundamen-
 tum iacere. Ci. Qui Appium fratrem hominè mihi
 cõiunctum fidelissima gratia absentè de possessione
 fundi deiecit: qui parietè sic per uestibulum soror-
 ris instituit ducere, sic agere fundamenta, ut soror-
 rem non modò uestibulo priuaret, sed omni aditu
 & lumine. Fundare est fundamentũ iacere, ponere,
 constituere, stabilire, uel niti. Propriè enim dicitur
 de ædificiorum fundamentis: de ijs rebus, quæ in
 terram immittuntur, & infiguntur, ut firmitus, so-
 lidiusq; stant. In quo significato dicitur, nauis an-
 chora fundari, pro firmari, uel retineri, uel dici-
 tur ipsa anchora nauè fundare, pro firmare, uel

retinere. Vergil. Haud procul hanc saxo colitur
 fundata uetusto Urbis Agyllinae sedes. Translate.
 Cicero. Nihil religione testatum, nihil ueritate
 fundatum reperietur. Funditus significat pro-
 fus, uel penitus. Cicero. Ciuitatem funditus per-
 didissem, &c.

COMMODITAS interdum pro oportu-
 nitate, aptitudineq; & conuenientia qua-
 dam ponitur. Interdum utilitatē designat, unde dici-
 tur amicitia multas commoditates continere, uel di-
 cimus commoditatem ex re aliqua percipi. Ci. Ami-
 citia plurimas, & maximas commoditates conti-
 net. Commodus est opportunus, aptus, uel conue-
 niens, aut facilis & tractabilis, cum de persona di-
 citur. Cic. Illis hoc aequè commodum non erat. Com-
 modè est rectè, bene, uel commodum. Cic. Quod li-
 teras, quibus putas opus esse, curas dandas, facis
 commodè. Commodum pro opportune in tempo-
 re, uix, uel, tantum, ponitur. Cic. Commodū disces-
 seras heri, cum Trebatius uenit. Teren. Hec te ip-
 sum quæro, commodum uir lepidissimè. Incommo-
 dus. Cicero. Huius illum opes in rebus eius incom-
 modis subleuarunt. Incommoditas. Plaut. in Mil.
 Incommoditate abstinere me apud conuiuas com-
 modè commemorari. Incommodè. Cicero. Id mihi

non incommode uisum est accidisse .

Accommodus. Vergil. Est curuo anfra-
ctu ualles accommoda fraudi . Accommodare pro
adhibere , commodare , aptare , referre , naturam
suam uersare , & ad tempus regere . Cic. Peto à te ,
ut ei de habitatione incommodes . Idem. Meum con-
siliu accõmodabo ad tuum . Accommodatus est idẽ
quod aptus , congruens , uel constitutus . Interdũ pro
pensum , uel procliuem significat . Et datiuo iungi-
tur , uel accusatiuo cum præpositione ad . Cice. Mi-
nimè sum ad te consolandum accõmodatus . Accom-
modatio est ipse accommodandi actus . Cic. Elocutio
est idoneorum uerborum , & sententiarũ ad inuen-
tionem accommodatio . Accommodatè est aptè uel
uel appositè . Ci. Definiendũ est , ad popularem in-
telligentiam accommodatè .

Bellus à bono diminutiuum esse uolunt . Di-
citur autem & de personis , & de rebus , & dici-
tur ciuilis , uel urbanus . Cicero . Cicero bellissimus
tibi salutem dicit . Cum de rebus ponitur , pro
commodo uel accommodo accipitur , iungiturq; se-
pe cum datiuo , uel absolutum est . Cicero . Mihi in-
mentem uenit , bellum esse , aliquò exire . Bellè
est commodè . Cicero . Bellissimè nauigamus .
Esse cum genitiuo casu positum in ea significatione

à Latinis usurpari solet, qua commodum, accom-
modum, uel bellum, resoluiturq; in regimen da-
tium. Ci. Est et tuæ, et nostri imperij dignitatis.

Satius pro commodius, uel melius accipitur.
Cic. Video cum altero uinci satius esse, quàm cum
altero uincere.

Potius hic nomen est, et ponitur pro cōmo-
diore exoptatiore, uel exquisitiore. Et in masculino
etiã genere usurpatur. Cic. Filius plus pollet, poti-
orq; est patre. Potissimus, a, um est cōmodissimus,
uel præcipuus. Quint. Deniq; ut semel, quod est po-
tissimum, dicam.

Aptus significat accommodū, conuenientē,
consentaneum, congruentē, idoneum, habilem, cohæ-
rentem, uel connexum, aut coniunctū. Ci. Nihil fieri
potest, nec commodius, nec aptius, quàm ut scribis.
Cum datiuo pro utili ponitur. Cic. Quid utriq; no-
strum aptius? Cum præpositione inter. Ci. Hæc et
illa inter se apta sunt. Cum præpositione, Cum. Ci.
Qui rectè uixerit, ad illud astrum, cum quo ap-
tus fuerit, reuertetur. Cum præpositione Ad. Cic.
Qui locus ad exulandū est aptissimus. Cū præposi-
tiōe ex uel è. Ci. Si ea causa nō ex æternis causis ap-
ta dicatur. Cū præpositione, In. Liuius. Erāt de præ-
hensi genere pugnae, in quòd minime apti sunt.

Aptè

Aptè est appositè, uel congruenter. Cic. Aptè numeroſiq; dicendum est. Aptare pro accommodare ponitur. Cic. Hoc uerbum est ad id aptatum, quod antè dixerat.

Appositus propriè est adiunctus, additus. Apponere autè significat affingere, addere, propinquum uel proximū facere. Cic. Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. Translatè pro apto uel accōmodato accipitur. Cic. Operarius appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa. Idè homo bonè appositus ad istius audaciam. Appositè est aptè, uel conuenienter. Cicero. Cætera appositè tibi mandabo.

Idoneus pro apto, accommodato, conuenienti, congruenti, constituto, uel digno accipitur. Cic. Quæ res ne laude quidem satis idonea affici possit. Aut genitiuum habet. Liuius. Ipsos deos Dictatorem, Magistratumq; equitū reos magis, quàm quæstores idoneos eius criminis esse dicebant. Aut datiuum. Cic. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. Aut accusatiuum & præpositionem ad habet. Cic. Ad Lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. Aut cum ablatiuo & præpositione inponitur. Teren. Adeone uidemur uobis idonei, in quibus sic illudatis? Aut cum præpositione de. Cic.

per diphthongum scribitur. Cic. Oper. *pretium est, ipsam legem cognoscere.*

Neceffe, uel neceffum dicitur, quod ui aliqua cogente fieri opus est. A cefso uerbo, quia non fit in co ceflandū. Est autem adiectiuum, quod plus uehementiæ habet, quàm opus. Cic. Mihi neceffe puto, etiam aduerfarijs prodeffe. Idem. Quoniam ita neceffe erat. Cum uerbo habere. Cicero. Non habebimus neceffe, femper concludere. Neceffarius pro eo ponitur, quod neceffe uel neceffum est, id est, pro ui cogente ad aliquid fufcipiendum, agendum, uel exequendum. Cicero. Non dubitauit id à te petere, quod mihi effet maxime neceffarium. Neceffitas est uis quædam, quæ nos cogit ad aliquid moliendum, uel faciendum. Cicero. Ut etiam fi naturæ tales non fint, neceffitate effe cogantur. Neceffitatem habere. Philip. 12. Neceffitatem afferre. Cicero. Mihi neceffitatem attulit paulò plura dicendi fententia eius. Neceffitatem imponere. Cicero. Ego mihi neceffitatem imponere. nolui huius nouæ coniunctionis. Neceffitatem obuenire. Off. 2. Neceffitate cogi. Cicero. Vi & neceffitate coactus feci. Premi. Cic. Quæ te neceffitas tanta præmebat, & c. Astringi. Cic. De Nat. Deor. 2. Neceffitatem effugere. Cic. Nullum est corpus, quod

quod effugiat ferendi, patiendaq; necessitatem. Ne-
 cessitati parere. Cic. Ipsi necessitati dant operam,
 ut quàm occultissimè pareant. Necessitati seruire.
 Cic. O uirum simplicem, qui nos nihil telat: sapien-
 tem, qui seruiendū necessitati putet. Necessitudo est
 idem, quod necessitas. Cic. Necessitudo est, cui nulla
 ui obsisti potest. Necessariè idem est, quod uigente
 necessitate. Cic. Necessariæ demonstrantur ea quæ
 aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probare possunt.
 Necessariò est ex necessitate, uel necessarijs, & ma-
 ximis causis. Cic. Quibuscum uiuo necessario.

Opus esse, est necessarium esse. Aut ablati-
 uum uel genitiuum admittit. Cic. Autoritate tua no-
 bis opus est, & consilio, & etiam gratia. Aut sub-
 stantium huic nomini iungitur, & tunc ueluti in-
 declinabile usurpatur. Ci. Duæ nobis, ei autor opus
 est. Idem. Video mihi opus esse uiaticum.

Vsum esse pro opus esse. Cic. De cæteris stu-
 dijs alio loo & dicemus, si usus fuerit, & diximus.

Oportere. Cic. Ego uerò, qui, si loquor de
 republica, quod oportet, insanus: si, quod opus est,
 seruus existimor, si taceo, oppressus & captiuus.
 Id est quod ad personam meam attinet, si loquar, si
 officiū sequar uidebor insanire. Sic apparet in uer-
 bo Oportere, officij necessitatem inesse: & quoniã
 debe=

debemus officiū sequi, ideò pro debere passim usurpatur. Cic. Quam pecuniam oportuit civitatibus pro frumento dari. Aliquādo est conijcientis. Plaut. Hunc hominem malum esse oportet, id est suspicor esse malum. Aliquando personale est. Teren. Hæc facta ab illo oportebant fieri.

Decere significat conuenire, decorum esse. Postulare pati, par esse, aptum esse. Absolutè. Cic. Quò maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac te deceat. Cum infinitiuo. Cic. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Cum accusatiuo. Plaut. Decet me hæc uestis. Cum Datiuo. Cic. Quandoq; id deceat prudentiæ tuæ. Decentia est conuenientia quædam, & pulchritudo. Cic. In corporum etiam motione, atq; gestu multa cernunt subtilius colorū etiam, & figurarum, tum uenustatem, atq; ordinem (ut ita dicam) decentiam oculi iudicant, atq; etiam alia maiora. Decenter pro aptè, pulchre uel conuenienter ponitur. Cic. pro Cecin. Dedecere est idem quod indecorum, uel ineptum esse. Cic. Ut si quid dedecet in illis, uitemus, & ipsi. Indecore est idē quod dedecore, scilicet non decere, uel esse præter decorem. Mart. Oculòq; ludos spectat indecens uno. Indecenter pro parum id est decēter, uel nō decenter ponitur. Plaut. Nec tolerant, ut æquū est patres,

Anteuertere est propriè antecedere, ut fit in uia. Terent. Miror, ubi ego huic anteuertentim. Translatè. Cic. Atq; id ipsum cum tecum agere conarer. Faunius anteuertit.

Anticipare est antecapere. Ci. Ita est informatū, anticipatumq; mentibus nostris. Anticipatio, aliquādo est figura quæ prolepsis uel præsumptio uocatur. Hic ponitur pro antè iniecta animo opinione, & rei alicuius informatione, cognitioneq; aut cognitionis parte ante occupata. De Nat. Deor. 1.

Anteoccupare est præoccupare, uel anteuertere, uel præuenire. Ci. Ut anteoccupet, quod putat opponi. Anteoccupatio est rei præreptio. Cie. Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio, &c.

Præoccupare est anteoccupare, anteuertere, uel anticipare. Ci. Præoccupauit animos timor. Præoccupatio schema est quoddam apud Rhetores, cum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: quod fit, uel cum rem notā esse putamus auditoribus, uel cum suspicionem excitare maiorem reticendo uolumus, aliās occupatio uel apophiopesis dicitur.

Præuenire est præripere, anteferre, uel anteuertere. Liuius. Præuenerat non fama solū, quā
nihil

uel ab instituto diuertere. Cice. Omnia iura diuina,
 & humana peruertit. Propriè uerò positum, signi-
 ficat in terram ruere, & è solo, uel è terra aliquid
 tollere, quod in solum, uel in terram postea depri-
 mas, ratione decentiæ, & decori prætermiffa, &
 peruersa. Plaut. Ei rei dant operã, ne coenet senex.
 Aulas peruertunt, ignem restinguunt aqua. Peruer-
 sus est præposterus uel deprauatus. Cic. Quid per-
 uersius, quid intolerabilius? Peruersitas. Hæc uox.
 peruertendi et peruersi significationem habet. Itaq;
 ad morum prauitatem non solum refertur, sed gene-
 raliter de præpostero rei cuiuslibet ordine intelli-
 gitur. Sic in moribus, in orationis cõstructione, in rei
 alicuius descriptione, in carminis cõpositione, breui-
 ter in re omni, in qua ordo nõ seruabitur, uitiũ illud
 peruersitatem rectè appellare possumus. Cic. Quæ
 est in hominibũs tanta peruersitas, ut inuentis frugi-
 bus glande uescantur? Peruersè pro præpostere acci-
 pitur. Cic. Multi deorũ beneficio peruersè utuntur.

Præposterus est peruersus, uide supra &
 Tomum primum.

PARARE est instruere, ornare, moliri, mu-
 nire, uel institucere. Cice. Cogito trans Tyberim
 hortos aliquos parare. Paratus est instructus,
 armatus, promptus, expeditus, uel præsto. Et poni-

H tur

tur uel absolutè. Cice. Animatus melius, quàm paratus, uel cum infinitiuo. Cæsar. Paratus sum omnia perpeti. Vel cum genitiuo. Cice. Fuit hic uir & ciuis, & reipublicæ maximè, tuendæq; ciuitatis paratissimus, uel cum datiuo. Cice. A me tibi omnia, liberisq; tuis paratissima esse confidas. Vel cum accusatiuo, & præpositione ad Cice. Ad omnia parati sumus, uel cum ablatiuo solo. Cice. Ego hunc paratum uideo, peditatu & equitatu. Vel cum ablatiuo & præpositione à, uel ab. Ci. Sciebã, quàm paratus ab exercitu esses. Parabilis parabile appellant Latini, quod in promptu est, uel quod cito haberi potest. Cic. Diuitias naturæ parabiles esse, ait Epicurus. Paratè est promptè, uel expeditè. Ci. Diligentius, paratiusq; uenisses. Imparatus est non paratus Ci. Imparatus imparatos inciderat.

Præparare est præparationem adhibere, præmunire, uel præfulcire. Cic. Appius miscet, Hircius præparat. Præparatus est antè paratus. Si is non præparatis auribus inflammare rem coepit, furere uidetur. Præparatio Quintilia. Narrabimus cum præparatione quadã. Præparatus, us, ui, Gell. lib. 10 cap. 11. In præparatu rei rusticæ, per tempestates, pluuiasq; cum otium est &c. Præparatò pro præparatè ablatiuus est aduerbialis factus,

cius, ut tutò, falsò & similia. Quintilianus lib. 4.
 Quàm nihil preparatò, nihil festinatè fecisse uideatur Milo?

Apparare est parare, comparare, at id cum uehementiore attentione, & diligentia. Ci. Quæ crimina in Sestium apparantur. Apparatus, a, um. Ci. ce. Vt nò apparatu oratio uideatur. Apparatio est opera, quæ in apparando ponitur. Cice. Est multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Apparatus, us, ui. Ci. Dices, nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi.

Comparare est parare, componere, ordinare, apparare, uel instituere. Cic. Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. Comparabilis. Cice. Simile ex specie comparabili iudicatur. Comparatiuus. Ci. Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere tanquam causam deliberatiuam. Cõparatio. Aliquando pro collatione, uel cõtentione uel similitudine accipitur. Ci. Illa orationis suæ cum scriptis alienis cõparatio. Aliquãdo pro apparatu. Ci. Totius deniq; huius criminis cõparatio ab illa, et inuēta, et adornata est. Cõparatè, Ci. Cũ aut quæritur, quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut cõparatè. Simpliciter expetendane sit gloria. Cõparatè præponēdane sit diuitijs gloria

H Reparare

Reparare est id quod amissum, dissipatū, uel confusum est, recuperare, restituere, uel in ordinem redigere, tamq̄ de personis quàm de rebus dicitur. Cū uerò de personis dicitur pro recreari, uel refici uidetur accipi. Plin. Quæ sunt uetustate sublapsa, reparentur in melius. Reparatio est reparandi actus, scilicet opera studium, diligentia, uel sumptus, qui in reparando ponitur. Sall. Sanè fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere.

Adornare uox est ab ornando composita. Ornare autē idem est quod adornare, uel instruere. Ci. Lectum sibi ornari & sterni iubet. Ornatus, us, ui, est apparatus ipse. Cic. Hoc simulachrum adornatum. Aedilitatis suæ deportauit. Ornatū habere ea dicuntur, quæ apprimè ornata sunt, et magis passi uè capitur, quàm acti uè. Cice. Ante Periclem litera nulla erat, quæ quidē ornatū haberet. Ornatè est politè, splendidè, luculenter, apparatus, non incultè. Ci. Oratoris est cōpositè, ornatè, copiosè eloqui. Adornare est instruere, parare, uel comparare. Ci. Vidi forum, comitiumq̄; adornatum magifico ornatu.

Subornare. Aliquādo ad apparatus pertinet. Cic. In altero loco Aesopum, & Cimbrū subornare oportet. Aliquādo seductionē, & ad dolū per sollicitationem designat. Ci. Falsum subornauit testē Ros.

Exornare

Exornare idē est, quod ornare, instruere, uel diligenter parare. Cic. Mulieres eum ita exornatum deprehenderunt. Exornator, qui exornat, uel qui exornationē ahibet. Cic. Ceteri nō exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. Exornatio significat leporem, apparatus quendā accuratiorē, festiuitatē, uel communitatē. Interdum apud Rhetoricos pro schemate quodā Rhetorico accipitur, scilicet cum Oratores orationē uel uerbis splendidioribus, uel sententijs insignioribus illustrant, remq; ambitiosius efferūt, & lumē quoddā in dicendo aucupantur. Ci. It simpliciter sine ulla exornatione exponendum est.

Concinnare pro exornare, infucare, uel pingere. Cic. Auceps quando cōcinnauit areā, effundit cibū. Concinnator, qui aliquid cōcinnat & adornat. Col. in præfat. li. 1. Cocinnus est ornatus, elegans, politus, cōpositus, uel facetus, sed id cum ad personas refertur. Ci. Mihi erit curæ, tectorium ut concinnū sit. Concinnitas. Ci. Ut memoriam concinnitatis suæ relinqueret. Cōcinnitudo. Ci. Exordium splendoris, & festiuitatis, & concinnitudinis minimū debet habere. Cōcinnē est cōpositē uel elegāter, ut si dicas aliquē concinnē uestitū, uel ornatum. Ci. Hæc quidem sunt concinnē distributa, sed non peritē.

Struere est ordinare, ordinatè aptare, uel moliri. Cic. A quibus exercitum abducis, & aduersus quos aciè struis. Structor dicitur, qui aliquid struit. Vnde & structorem ponunt Latini pro Cellario, qui instruendæ mensæ, & ciborū curam habet. Cic. A puero ut discepsi, in aream tuam ueni, res agebatur multis structoribus. Structilis. Structile dicitur, quod constructum est multis materijs, ut columna structiles, quæ non sunt ex uno lapide, sed ex multis. Col. Vetusissimi autores uiuam sepem structili prætulerunt. Structura dicitur compositio, uel ordinatio. Translatè. Cic. Verborū quasi structura est. Aceruus dicitur minutarum propriè rerum cōgeries, ut frumenti leguminis, uel salis. Interdum tamen aliquando etiam maiorum, ut aceruus scutorum apud Vergilium. Et ferè generale est ad omnia. Strues autem propriè lignorū dicitur. Strages uerò cadauerum intersectorum uno in loco, ac propriè iacentium multitudo, siue humanorū, siue maiorum. Sarcina uerò utensilium est, & eorum quæ ad cultum, ad ornatū, & ad cæterarum usum pertinent (ut sic dicam) fascis, quem quis in itinere facièndo comportare possit. Siquidem milites, cum castra mouere uolūt, sarcinulas colligere dicuntur, & qui in aliam domū imigrant, sarcinas suas componere.

ponere. Res enim nostras domi, cistis, capsisq; cōpo-
 sitas sarcinas uocamus. Quin. Iacēt relictae sine hære
 de sarcinæ. Ci. Strues salinarū apparatus. Substrue-
 re est subitus struere, uel subædificare. Plaut. Fun-
 damentum liberorum substructum. Substructio
 est actus substruendi. Columella pro futura, &
 substructione fungentur aduersus ea. Construere
 est componere, coagmentare, uel conseruare. Cice-
 ro. Multæ & magnificæ res constructæ & re-
 conditæ. Constructio est compositio, & quasi stru-
 ctura quædam. Cicero, Magna & ornata constru-
 ctio uerborum. Destruere est delere, tollere,
 uel excindere, nullum rei alicuius uestigium re-
 linquere, uel quod structum erat corrumpere.
 Cicero. Nauem, aut ædificium idem destruit fa-
 cillimè, qui construxit. Instruere est parare, ap-
 parare, uel adornare. Aut ablatiuum habet sine
 præpositione, uel cum præpositione, à uel ab.
 Aut cum accusatiuo & præpositione ad. Cicero.
 Instruar consilijs idoneis ad hoc negotium. Idem.
 Qui à philosophia, à iure ciuili, ab historia esset
 instructior. Instructor dicitur, qui instruit & pa-
 rat. Cicero. Hi sunt conditores, instructoresque
 conuiuij. Instructus, us, ui, significat apparatus or-
 natū, uel elegantiam. Ci. Quocunq; ingreditur Anto-

nij oratio, eodem est instructu, ornatuq; comitata.

Condere accipitur aut pro ædificare. Cice. Qui respublicas constituerunt, qui urbes condiderunt. Aut pro componere uel scribere. Plin. Tunc autor ille historiam eam cōdidit. Aut pro instituere, & stabilire. Cicero. Qui te ex ærarijs exemit, lustrum condidit. Aut pro reponere. Cice. Literas in ærario sanctiore condi imperauit. Idem. Methrodorus omne bonum in uisceribus, medullisq; condidit. Aut pro conijcere, uel claudere. Cice. Qui postulante me produci, atq; in carcerem condi imperauit. Conditor dicitur, qui aliquid componit, uel qui rei alicuius autor est. Columel. Conditor peripateticæ sectæ fuit. Aristoteles, Conditium, conditium est quod absconditur, & seruatur in aliquo loco. Columel. Duobus tamen, aut tribus modis mēsis acceptant condititia cibaria cæteris se ipsas pascunt seminibus agrestibus. Conditium est id quod seruari potest sine læsura. Col. Itaq; mane, priusquā procedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis cibis citetur aluus. Conditorium pro sepulchro ponitur. Plinius. Quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio Sallustianorum asseruabantur hortorum.

Conditi

Conditi proprie dicuntur cibaria, uel poma, quæ uel acerba sunt, uel insipida sunt, & ad gustatum male suauiâ. Conditi tamen etiam dicuntur bene maturi, & suaues fructus, ut poma, nuges, laeluca & similia. Ci. Isti herbas omnes ita condiunt ut nihil possit esse iucundius. Translatè ponitur pro iucundum, gratum, uenustum, suaue, leuèq; reddere, aut pro cõponere & ordinare. Cic. Non erunt illa quidem meliora, sed certe condita iucundius.

Conditio pro eo, quod ad uliquid condiendum est proprium, & aptum accipitur, uel quo aliquid conditur, uel quod conditum est. Cic. Natura fruges terræ, baccasq; arborum generi humano dedit, & earum cultus, conditionesq; tradidit. Condimentum. Cic. Hæc omnia sermonum condimenta sunt. Conditura. Col. Hac quidem pro aqua mulsa utuntur non nulli etiam pro defruto in condituras oliuarum.

Coagmentare est coniungere, construere, uel componere. Cic. Docebo, ne coagmentari quidem posse pacem. Idem. Viuendi est finis optimus, cū integra mente, cæterisq; sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentauit, natura dissoluit.

Coagmentatio est coniunctio, compositio uel conglutinatio. Cic. Quæ est coagmentatio non dissolubilis? Coagmentum. Plaut. Viden' coagmēta in foribus

Conglu-

Conglutinare est coniungere, componere, uel ferruminare. Ci. Soles cōglutinare amicitias testimonijs tuis. Plin. Cortex, uitium, & folia arida uulnecum sanguinem sistunt, ipsumq; uulnus cōglutinant. Cōglutinatio est cōiunctio, uel cōpositio. Ci. Omnis cōglutinatio recens egrè, inueterata facile diuellitur.

Agglutinare est idem, quod annectere, uel coniungere, ponitur etiam pro ferruminare, ut fit in metallis. Pli. Fragmenta teporata agglutinantur tantum.

Compingere ponitur pro cōponere. Col. Robereis asseribus compingitur solum. Est etiam detrudere. Pli. Amulius ipsam in uincula compegit. Cōpactus pro coagmentato, formato, uel composito. Var. Compactis cruribus potius breuioribus, quàm longis. Compactilis. Compactile est Latinis quod cōpingi potest, & non minus rem præteritam factã, quàm futuram & faciendam designari. Plin. Leonum duo genera, compactile, & breue, crispioribus iubis. Idem libro secundo cap. 18. Compactio. Cicero. Videmus ea, quæ terra gignit, corticibus, & radicibus ualida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum. Compactio idem est, quod
 excom-

excomposito. Plautus. Omnes compacto rem agant.
Vel de compacto. Idem. Nemo ridet, siui exemplo
plo rem de compacto geri.

Iungere est copulare, & quasi in unū agere.
Et ponitur cum datiuo, uel cum accusatiuo, &
prepositione ad, uel inter. Vel cū ablatiuo & pre
positione cum. Vel cum ablatiuo & datiuo. Vel cū
accusatiuo solo, uel cū ablatiuo & prepositione ex
Propriè. Col. Arbores serēdi causa collo, & mulo
clitellario afferre, sed iuncto aduehere non permit
titur. Translatè. Cic. Propter uicinitatem totos dies
simul eramus iuncti. Iunctio est continuatio, uel com
positio. Cic. Est interitus quasi discessus, & secre
tio, ac diremptus earum partium, quæ ante inte
ritum iunctione aliqua tenebantur. Iunctura Gell.
Iunctura, posituraq; ligni scitè, peritèq; facta. Iun
ctim est sine interuallo. Suet. Magistratus & matu
rius inchoauit, & penè iunctim percurrit,

Subiungere, aut est subijcere uel adde
re. Cicero. Aristoteles translationi hæc ipsa sub
iungit. Aut est subiugare. Cicero. Ut sub uestrum
ius, iuris dictionem, potestatem, terrarum orbem
subiungeretis.

Coniungere. Cic. Eam epistolam cū hæc
coniunxi. Idem. Cum eo necessitudinem coniunxi.

Coniunxi

unctis pro copulato, continente, coherente, consensiente, implicato, communi, sociato, connexo, uel habente consocietatem cum aliquo. Cic. Omnium nostrum periculum erat coniunctum suo. Coniunctio. hic est copulatio, consociatio, conuenientia, & quasi concentu quodam. Cic. Iam municipia coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouentur. Coniunctè. Cic. Si quando risus coniunctè re, uerboq; moueatur. Coniunctim. Liuius. Si coniunctim ferre à se prouulgatas rationes uellent.

Coniugare ponitur pro adiungere, uel coniungere, uel quasi ad unum alligare. Cic. Est ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniungauit. Coniungatio pro coniunctione uel compositione. Cic. de Senect.

Subijcere propriè. Cic. Quem ne maiorum quidè more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis sui ceruices subijcere gestiret. Translatè pro subiungere, uel suggerere ponitur. Cic. Cupio mihi ab illo subijci, si quid prætereo. Est autem subijcere, subiugare, submittere, supponere. deprimere, in potestatem, ditionemq; redigere. Cic. Subijcere non debemus fortunas innocentium ficto sermone. Idem. Subiecerunt se imperio, ac potestati Romanorum. Subiectus. Ci. His omnibus partibus subiecta

iecti sunt quædam argumenta propria. Subiectior dicitur suppositor, ut subiectior testamentorum. Cic. Quis tota Italia ueneficus? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamentorum subiectior? quis circumscriptor? Catilinæ familiaris non est? Subiectio est subijciendi actus. Cic. Rerum quasi gerantur sub aspectum, penè subiectio

Copulare est iungere, coniungere, uel copulare. Cic. Cum clamaret, copulati in ius peruenimus. Copulatio dicitur coniunctio. Cic. Copulatio rerum, coagmentatioq; naturæ ita est. Copula dicitur, quæ copulat, id est coniungit, est etiam nexus, siue uinculum. Flau. Queritant me, in manibus gestant copulas secum.

Ponere est idem, quod figere, uel infigere. extra quam significationem per sepe egreditur, & significat constituere, locare, uel collocare. Cic. Omnis amplitudo, ac dignitas in uirtute posita est. Idè. Quæ posita sunt in coniectura. Aliquando hoc uerbum de personis intelligitur, ut cum dicimus aliquid in aliquo positum esse, pro in alicuius potestate constitutum & situm esse. Poni aliquid dicimus etiam pro apponi, erigi, uel ædificari. Verg. Posuitq; immania templa. Item poni oua à Gallinis dicimus. Col. Cum pauca oua posuerunt inertes ad incubandum.

494 COMMENT. DOLETI

dum, multoq; magis ad excludendum, raro foetus suos educant. Ponere praeterca pro pingere ponitur. Horat. Soles nunc hominē ponere, nunc deum Aliquando pro dicere, scribere, inserere, immiscere, uel usurpare accipitur. Et uel absolute, uel accusatiuo solo, uel cum ablatiua & praepositione in, uel de. Cic. Ut paulò ante posui. Idem. Posui id scribendo. Idem. Ponunt exemplum uitiosum. Aliquando pro proponere. Cic. Res minimè dubitanda in contentione ponitur, utrum, &c. Aliquando pro numerare. Cic. Ut honestate in uirtute ponantur, ut uitij turpia. Aliquando pro deponere. Cic. Tunicam posuit. Aliquando pro adduci. Cic. Equidem cum in mentem uenit, ponor ad scribendum. Ponitur praeterca pro iniicere. Cic. Ut aliqua in uita formido improbis esset posita. Positiuus. Positiuū Latini uocant quod primo positū est, nec aliunde deriuatim. Unde Grammatici positiuum à comparatiuo & superlatiua distinguunt, quod illud sit quasi fundamentū istorū. Positione pro collocatione accipitur. Etiam pro situ, uel situ alicuius rei ad aliquā cœli, uel solis partē quēdam aspectū uocant. Col. Naturalis calor cōtingit positione cœli & declinatione. Positura significat situm, siue positionē. Vel est nota, qua sensus in oratione distinguitur. Gell. lib. 3. cap. 5.

Reponere

Reponere est cōdere, uel collocare, uel iterū apponere. Vnde dicuntur repositi cibi, id est frigidi iterū appositi. Ci. Ne tibi ego idē reponā, cūm uenēris. Idē. In uestra humanitate totā causam repono.

Supponere est subijcere, subiungere, uel subornare. Est etiam adulterinū loco ueri submittere, ut supponere falsum testamentū, id est, pro alio fraudulēter ponere. Propriē. Cic. Supposita p̄sona falsum testamentū obsignauit. Transl. Ci. In mandatis nostræ operæ uicaria fides amicorū supponitur. Suppostor, uel suppostrix dicitur, qui uel quæ aliquid supponit, ut pueros alienos alijs tanquā suos nutriendos clām præbens. Plaut. Quadruplus uenefica suppostrix puerū. Supposititiuus. Supposititiuum dicitur, quod suppositū est, & alterius loco, uel pro uero, & natiuo positum. Varro. Matri supposititiæ quoq; inseruiunt, quò equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit. Suppositio est actus ipse supponendi. Plaut. Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio.

Locare interdū pro parare, ponere, uel collocare accipitur. In quo significato dicimus filiā locari pro nuptū tradi, & argentū locari pro insumi. Ci. Mēbra suo quæq; loco locata. Prudētia est locata in delectu bonorū, et malorū. Interdū usū rei mercede concessum

concessum significat. Locat qui pretium & mercedem accipit, uel qui aliquid faciendum tradit, uel qui alicuius rei usum prabet, ut sit in domibus locandis. Cic. Non palam uiuorum funera locabantur. Idem. Quod opus maxima pecunia locasti faciendum.

Locator quanquam sit plerumque, qui pretium accipit, & conductor, qui dat ut sit locator dominus, conductor inquilinus, tamen nonnunquam uice uersa euenit, ut locator pretium det, conductor accipiat. Pli. lib. 7. cap. 52. Locatio est idem quod conductio, tam eius, qui pretium dat, quam eius, qui pretium accipit. Cic. Hic istius scelerata locatione nefarioque latrocinio, bonis patrijs, fortunisque omnibus spoliatus uenit in iudicium.

Collocare est ponere, uel statuere. In quo uerbo apparet stabilem & certam rei locationem inesse. Cic. Bene collocabis beneficium. Idem. Aedilitas illi data, & recte collocata est. Collocatio est positio, uel dispositio, coniunctio uel copulatio: ut collocatio syderum, uerborum filiae, &c. Cic. Ipsa collocatio, confirmatioque uerborum perficitur in scribendo.

Figere interdum pro ferire accipitur, quod quae figuntur, id in quo figuntur, feriunt. Translate
pro

pro firmare usupatur, unde fixum consilium, uel
fixa sententia dicitur. Interdum pro affigere uel ap-
plicare sumitur, & quasi ad aliquid firmare. Vnde
de omiffa militia, siue gladiatura, milites, seu gla-
diatores arma figere dicebantur, qui ea in templis
suspendebant, uel templorum parietibus affige-
bant. Cicero. Tabule figuntur, immunitates dantur.
Idem. Dubitant, utrum mucrones in ciue, an in ho-
ste figuntur.

Configere est idem, quod figere, siue pro-
priè, siue translate ponatur Cic. Inuentus est scri-
ba quidam Gn. Flauius, qui cornicū oculos confixerit.

Affigere est ad aliquid figere. Translate te-
naciter imprimere. Affixus pro addicto, uel uehe-
menter inharerenti ponitur. Et ponitur autem cum
accusatiuo solo, uel cum accusatiuo & datiuo, uel
cum datiuo solo: Vel cum accusatiuo & altero ac-
cusatiuo interiecta præpositione ad, uel cum accu-
satiuo & ablatiuo admissa præpositione, in. Cicero
Hoc in sensu meo penitus affixum & insitum est.

Defigere propriè est immittere, & uelut
ti implantare uel submittere. Cic. Sicam in corpore
Consulis defigere uoluit.

Refigere non significat iterum figere, sed
quod antea fixum erat reuellerè, & retraherè.

Itaq; ponitur pro, quod fixū erat, educere, & per trāslationem pro rescindere, ut refigere tabulas, & leges. Ci. Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. Accipitur etiam pro rur sus figere, uel ualde figere. Columella. Siue propè truncum defigitur palus, pedali tamen spatio refigendus est.

Congregare est colligere in unum locum, compellere, contrahere, coniungere, cogere, uel frequentare. Quod uerbū à grege ductum est, Greges enim propriè congregari dicuntur. Cic. Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt in unū locum congregati. Congregabilis. Congregabile uocant Latini, quod facile congregari potest, id est, quod facile coniungitur. Ci. Apum examina congregabilia natura sunt. Congregatio dicitur rei cuiuslibet coniunctio. Cic. Nos ad coniunctionem, congregationemq; & ad naturalem communitatem nati sumus.

Aggregare propriè idē, quod congregare, scilicet in gregem colligere. Translatè pro coniungere, copulare, uel cumulare. Ci. Ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo.

Frequentare hic est geminare, quasi implere, uel coaceruare. Interdū etiā ponitur pro celebrare. Cic. Alterū genus est non tam sententijs frequentatum.

quentatum . Frequens ponitur pro crebro, multo, pleno, uel celebri. Cic. Frequens numerus est armorū. Frequentatio est coaceruatio, uel cōdensatio. Cic. Densa & continens frequentatio uerborū. Frequentia est crebritas, uel multitudo, qualiscunq; sit, siue hominum, siue rerū. Cic. De epistolarū frequentia nihil te accuso . Frequenter est idē quod crebro, uel frequens. Cic. Frequenter, & assiduò consequatur artis rationem.

Creber est idem, quod frequens, densus, uel multus . Et huius nominis præcipua tum elegantia est, cum ponitur cum ablatiuo, & præpositione in : Et sic dicimus aliquē in re aliqua crebrū esse, id est, multum, & assiduū, scilicet eum re illa sæpe, & frequenter uti. Cic. Crebras, uel potius quotidianas cōpellationes meas non tulit. Crebritas est frequentia, uel assiduitas. Ci. Colloqui uidebamur, in Tusculano cum essem, tanta erat crebritas literarum . Crebrò est frequenter. Cicero. Tu ad me uelim literas crebrius mittas.

Densus significat crebrū, crassum, pleniorē, concretū, uel pingue. Cic. Sylua densa atq; aspera. Densare uel condensare significat spissum facere, uel cogere. Etiam Latini densere dixerunt. Plinius libro 20, cap. 14. Varro. Condensant se in unum

tur. Ci. Frater meus in febriculam incidit assiduam. Assiduitas pro opera quotidiana accipitur, quã etiã pro diligentia uel frequẽtia interpretari possumus.

Ci. Terentiã pergrata est assiduitas tua, & diligentia. Assiduitatem præbere est idem, quod assiduũ in re aliqua esse, siue de personis, siue de rebus intelligatur. Cic. Eandem assiduitatem tibi præbuit postri die. Assiduè significat continenter, usq; totos dies, quotidie, iugiter, uel cõtinuè, aut nullo puncto tẽporis intermisso. Ci. Quibus literis assiduè utor.

Iugis idẽ est, qd' assiduus, cõtinuus & quasi semper iugo affixus. Cic. Etiã id futurũ esse aquæ iugis colore præsentunt. Idem. Huic simile est, quos nos augures præcipimus, ne iuge auspitiũ fiat, ut iumenta iubeant disiungi. Iuge auspitiũ est (inquit Festus) cum iunctum iumentũ stercus fecit. Iugiter est assiduè, continnè. Plau. Venerem, amorem, amoenitatẽq; accubans exerceo, & quidem Aedepol omnes mores ad uenustatem iugiter.

Continuus pro continente, perpetuo, uel perẽni, aut pro frequẽti & assiduo ponitur. Ci. Tot dies continuos quid egisti? Continuò est statim, uel confestim, uel ilico. Poni autẽ solet uel negatiuè uel interrogatiuè, & tunc idem est, quod non ideo, uel ideo: uel num ideo? Cic. Quicquid egero, continuo

scies. Cic. Si quis motus populi factus esset, id Caio Norbano in nefario crimine, & fraude capitali non continuo esse ponendū dicebat. Continuare est perpetuare, uel continuum reddere. Ci. Res iterata & continuata. Continuatio pro perpetuitate ponitur. Cice. Nimis longa continuatio uerborum reprehenditur. Continuitas. Plin. Collum & iuba cōtinuitate spinæ porrigitur, flexiūq; nisi circumactu totius corporis nequit.

Cogere est congregare hic, conuocare, conducere, uel cōcludere, coaceruare. Ci. Nec duces simus, nec agmen cogamus. Idem. Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. Coactus, us, ui, est idē, quod impulsus. Brut. Att. Scribis mihi, mirari Ciceronē quod nihil significem unquā de suis factis, quoniam me flagitas, coactu tuo scribam.

Colligere pro cogere, uel redigere, aut ea, quæ dispersa sunt, sub uno aspectu ponere. Cic. Res undiq; collectæ, & cōportatæ. Collectitiuus est idē, quod collectus, uel comparatus, siue ad exercitum, copias, manum, uim, gratiam, beneuolentiam, laudē, famam, rumorem, inuidiam, aut aliud quidlibet referatur. Ci. Signa tyrone, & collectitio exercitu cū legionibus robustissimis contulit, uictus turpissimē, amissis etiam castris, solus fugit. Collectaneus. Col-

lectaneum

lectaneum dicitur id quod mixtū est, & ex diuerso usu conflatum, ut *es collectaneum*. Pli. *Massa profatur in primis, mox in proflitum additur tertia portio æris collectanei*. Collectio est comprehensio, complexio, conclusio. Ci. *Vt eorū collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret*. Collecta dicitur, quæ ex pluribus locis in unum lecta est. *Symbolum aliàs appellatur*. de. Orat. 2.

Recolligere est colligere in unum. Interdū de persona intelligitur, & accipitur pro reconciliare, corrigere, uel reuocare ab ira. Dicitur præterea se recolligere aeger ab ægitudine, id est uires resumere & recipere. Pli. *Recolligentibus se à longa ualitudine utilissimæ*.

Nectere est iungere uel ligare. Ci. *Res collocata, & quasi structa, & nexæ uerbis esse debent*.

Subnectere est subiungere, uel nectere sub. Plin. *His subnectemus ea, quæ Græci communicatione nominū in ambigno fecere, annē arborum esset*.

Annectere pro simul nectere alligare, uel agglutinare ponitur. Et iungitur cum datiuo, uel cum accusatiuo & præpositione ad, uel cū ablatiuo & præpositione in. Cic. *Paulò supra quā ad linguā stomachus annectitur*.

Connectere est etiam simulnectere, con-
iungere, uel aptare. Cice. Persequere his funeribus
connexos dies.

Cathenare propriè est cathenis uincire. Cœ-
lius. Ciceroni. Vellem quidè uerna propugnatorus
tantū animi habuisset in uestro Domitio, quantum
ipse cathenatus in hoc habuit. Translatè. Martial.
Expeāct curæq; cathenatiq; labores. Hoc est, sese
mutuo, & uicissim subsequentes, quasi cōcathenati
essent. Cathenatio est cōiunctio, arctatio stricta tra-
bium, uel aliarū rerum. Vitrū, 2 ca. 9. Cathena uin-
culum est ferreum, quo uel seruos, uel captiuos,
uel animalia irretimus, ne effugiant. Propriè. Cice.
Iste hominibus innocentibus injici iubet cathenas.
Translatè. Cice. Hanc tetram, immanemq; beluam
uinctam auspitijs, alligatam more maiorum, con-
strictam legum sacrarum cathenis, soluit subito.
Concathenare est simul cathenare uel coniungere.

Globare est aliquid solidū in rotunditatem
cōponere. Plin. Forma eius in speciem orbis absolutè
globata est. Conglobare est coadunare, uel coniun-
gere. Cice. Maximè definitiones ualent cōglobatæ.
Globus pro multitudine militum sæpe ponitur, sed
propriè dicitur corpus solidū undiq; & rotundū,
Græci spheram dicunt. Ci. Stellarū globi terræ ma-
gnitudinem

gnitudinem facile uincūt. Globulus. Cato. Globulos sic facito : Caseum alica ad eundē modum misceto. Globosus est multum globi habitens, uel rotundus. Cic. Globosæ stellæ & rotundæ.

Glomerare est implicare, & in globi, hoc est spheræ figuram filum inducere. Translatè uerò est congregare, uel acumulare. Cice. Clades uetusta seclis glomerata horridis. Glomeratio Plin. de equis loquens. Quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, Conglomerare est supperaddere, uel inuoluere. Ennius. Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala. Glomus est idē, quod globus ex filo factus. Plin. Quò si quis impropere sine glomeræ lini, exitum inuenire nequeat.

COLLINEARE est dirigere, uel propositum assequi. Ci. Quid est, qui totū diem iaculatus non aliquando collineat ?

Vincire est cōstringere. Ci. Loca ea occupare et uincire præsidij debebas. Idem. Membra orationis sunt numeris uincienda. Vinculū est ligamē. Ci. Est quidem cum illo maximis uinculis & propinquitatis, & affinitatis coniunctus.

Deuincire est obstringere, cōstringere, alligare, uel cōprehendere. Ci. Quibus fœderibus etiā cum hoste deuincitur fides.

Colligare est simul ligare. Cicero. I lictor, colliga manus. Translatè. Cice. Id expectant aures, ut uerbis colligetur sententia. Colligatio est coniunctio uel copulatio. Cicero. Arctior colligatio est, societatis propinquorum.

STRINGERE pro comprimere. Cicero. Nullum uinculum ad stringendam fidem iure iurando Maiores arctius esse uoluerunt. Pro edicere. Cicero. Tu illum gladio stricto insecutus es. Pro mouere, tangere, uel percutere. Virgilius. Atque animum patriæ strinxit pietatis imago. Pro arctare Pli. Apprehensam manum strinxit. Pro rarescere, uel excidere. Virgilius. Et fragili iam stringere hordea culmo. Pro decerpere uel colligere. Virgilius. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus. Et baccas lauri. Pro radere. Virg. Littus ama & laeuis stringat sine palmula cautes. Strictius. Strictium dicitur, quod stringitur, ut strictiæ oleæ, quæ manu colliguntur. Cato. 100. & 409. Strictura. Stricturæ pro massis terræ, ex qua ferrum fit, ponuntur. Stricturæ etiam dicuntur scintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt, quod aut stricte emittantur, id est, celeriter: aut oculos suo fulgore perstringit. Virgilius. Structuræ chalibum, & forma

et fornacibus ignis anhelat. Strictè, uel strictim est compressè uel breuiter. Cic. Quibus de questionibus; tu strictim nostri multa solent dicere. Idem. De Amic. Ditor mihi, et affluentior uidetur esse uera amicitia: nec obseruare strictè, nec plus reddat, quàm acceperit.

Astringere est alligare, contrahere: uel est simul, aut ad aliquid stringere. Astringi etiam pro obligari, et quasi confirmari, uel pro cogi per sepe ponitur. Relaxare contrariū est. Et accusatiuū solū habet, uel accusatiuū cum ablatiuo, uel accusatiuū cū altero accusatiuo, et præpositione ad, uel accusatiuum cum genitiuo, uel ablatiuum solum. Cic. Quicquid ego astrinxi, ille relaxat. Idem. A quo est disciplina Lacadæmoniorum astricta legibus. Astrictorius. Astrictorium est quod astringit. Pli. Folia astrictoriam uim habent. Astrictio. Plin. Gustus amari cum astrictione. Astrictè idem est, quod arctè. Cic. Ait drationē, quæ quidem sit posita, atq; facta quodam modo, non astrictè, sed remissius numerosam esse oportere.

Obstringere est astringere, circumligare et deuincire. Cic. Ego me magna uoti religione obstrictum puto.

Constringere est arctare, uel comprimere. Cic.

Ve. Cic. Hostibus dedi cōstrictū malle. Translate.
Cic. Orbem terrarum constringit nouis legibus.

Perstringere est ualde stringere, uel claudere. Propriè. Ci. Cuius quidem aratri, uomere portam Capuæ penè perstrinxisti. Translate significat percurrere, leuiter tangere, breuiter, strictimq; dicere, non longius persequi, incidere media, ut cito ad extrema labamur. Interdum etiam pungere, taxare, uel reprehendere, & leui dolore afficere designat. Item accipitur pro offuscare, obnubilare, uel obscurare. Vnde perstringere aciem mentis, & animorum, aut boni ingenij. In quibus locutionibus nō nulli malunt legi præstringere, quàm perstringere: sed tu utrum uis sine differentia dicito. Cicero. Qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenij perstringunt.

Præstringere propriè pro ualde stringere, uel pro obtundere, & hebetare ponitur. Pli. de pomis acerbis scribens. Vis inquit, tanta, ut aciem gladij præstringat. Translate est obtenebrare, uel imponere. Vnde dicuntur præstigiæ. Cic. Omnes meos dolos præstrinxit commoditas patris. Præstigiator. Præstigiatores dicuntur, qui celeritate lufitandi, & ludibria illa oculorum factitandi, ita præstringunt uisum intuentium, ut miracula facere credantur.

dantur. Vel dicuntur præstigiatores, qui circumstantibus ita oculorum aciem præstringunt, ut non advertat dolum. Plaut. Præstigiator hic quidem poenus probus est: perduxit omnes ad suam sententiam. Præstigiatrix Plaut. Aut Pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est aut, paterã hic inesse oportet. Præstigiæ dicuntur incantationes, delusiones, quæ quadam manuum dexteritate aliæ apparent, quàm reuera sint. Cic. Ex eisdem uerborum præstigijs regna uobis nata sunt.

Restringere significat retro stringere, uel ualde stringere: est etiam reprimere, coërcere. Pli. Draco uernam nauseam syluestris lactucæ succo restringit, Restrictus cum de personis intelligitur, accipi solet pro auaro et parco, idq; per translationem: quoniam qui auari sunt, pecuniam ita stringunt, ut nihil prodigant, aut profundant. Cice. Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. Restrictè idem quod parcè. Cice. Nec tamen, cur id tum parcè, tamq; restrictè faciunt, intelligo.

Contrahere est astringere, uel in augustum addicere, cum altero aliquid agere, uel rem, rationemq; iungere, suscipere, aut facescere. Cice. Qui cum decubisset, ferrum recipere iussus contraxerit collum

rit collum? Contractus idem est, quod breuis, uel remissus. Cicero. Quæ studia in senectute contractiora esse debent. Contractio est breuitas. Cicero. Meam in eo parsimoniam contractio pagine significat.

Comprehensio est complexio, uel contractio. Cicero. Comprehensio numerosè, & aptè cadens. Translatè. Cicero. Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincire debemus.

Complecti pro comprehendere, uel continere hic ponitur Cicero. Complectar uno uerbo omnia. Complexus, us, ui, est idem, quod comprehensio. Ponitur etiam pro amore. Et propriè fit cõplexus brachijs & sinu. Cic. Quem ego ferus, ac ferreus è complexu dimisi meo. Idem. Vi me Planctus, & complexu suo retinuit. Complexio est comprehensio, uel conclusio. Cicero. Mera uerborum complexio.

Miscere est temperare, confundere, turbare, perturbare, pocula ministrare. Et uel absolutè ponitur, uel accusatiuum solum habet, uel accusatiuum cum datiuo, uel accusatiuum cum altero accusatiuo, interiecta præpositione ad, uel accusatiuum cum ablatiuo Cicero. Noua quedam miscentur, & concitantur mala. Idem. Maius mihi miscens

miscendum malum. Mixtus uel mistus, est fusus, cōfusus, uel temperatus. Cic. Sic est in oratione mista modestia grauitas. Miscellaneus. Miscellaneū à mixtura indiscreta rerum dici, significare uidetur. Gel. lib. ult. cap. 11. Miscellus. Miscellum dicitur, quod mixtum est, & uarium. Vnde miscellum columbarū genus uocat. Varro lib. 3. cap. 7. quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroq; temperatum Miscellas uites uocat Cato cap. 8. de re Rust. quæ in omni agro conueniunt, & quod cæteris ubiq; utiliter misceantur. Miscellæ uuæ. Cato cap. 13. quibus præliganeum uinum fit, quod operarij bibant. Mistura pro moderatura ponitur. Col. Ea mistura palatum, atq; linguam, totumq; os perfricant.

Admiscere est rem aliquam cum aliqua miscere. Cic. Ego ad id consilium admiscear? in hac legatione sum? Admistus. Cic. Aër multo calore admistus est. Admistio est ipse admiscendi actus. Cic. De Senectute.

Immiscere idē est quod miscere, nisi quid accipiat uehementiæ ab ipsa compositione. Liuius. Immisti turbæ militum Togati, &c.

Demittere. Propriè est deorsum mittere. Cic. Demittebat se ad aurem illius. Demissus. Cic. A subsellijs demisso capite discesserat. Translatâ,

pro fracto, humili, abiecto, & sordido ponitur. Ci. Video ne illum tristem & demissum? iacet, diffidit &c. Demissio translata. Cic. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem. Demisse est humiliter. Ci. Hanc causam te prætor demissius sperant futuram.

Immittere est inculcare. Quod regit accusatiuum solum, uel accusatiuum cum altero accusatiuo admissa præpositione ad, uel in. Cic. Eone tum seruos ad spoliandum sanum immittere ausus est? Immissio. Cic. de Senectute.

Accingere est instruere, uel amare, interdum pro aggredi uel suscipere ponitur. Et accusatiuum regit cum ablatiuo, uel accusatiuum cum altero accusatiuo adiecta præpositione ab, uel in, interdum etiam datiuum solum. Liuius. Iam ad consolatum uulgi turbatores accingi. Accinctus pro industrio ponitur. Horat. Altius ac nos Accincti sumus. Sicut contra negligentes discinctos uocamus. Ut: Discinctos Mulciber Aphros.

Succingere propriè est subtus cingere, ut solemus, quò expeditiores simus ad aliquod opus faciendū. Ponitur etiam pro circumsepire, circumdare, uel munire. Liuius. Quid ut inimicus adiuratus?

K quod

quid cum ferro succinctis iuuenibus uenis?

Procingere est apparare. Ex quo uerbo dicitur participium *procinctus*, a, um, pro parato, uel expedito. Vnde *procincta classis*. Gell. l. ca. 11. *Procinctus*, us, ui, dicitur apparatus bellicus, uel expeditio. Vnde dicimus *facere testamentum in procinctu*, stare in *procinctu*, uel habere in *procinctu* dicimus, quod nobis paratissimū est, & expeditissimū, uel quod multum in nostra potestate est. Cic. *Fecit in procinctu testamentum, sine libro, atq; tabulis.*

Discingere. Cic. *Cæsar, mihi crede, in sinu est, neq; ego discingor*, id est. In potestate mea est, uel in occulto est, neq; est metus, ne mihi excidat, & iudicio meo prodeat. *Discinctus* uulgò dicitur non *cinctus*. Propriè tamen antiqui uocabant *discinctos*, qui negligētes et desides essent: molles enim demissis, *discinctisq; uestibus* uti solent. Vnde *discincti inefficaces & ignaui* dicuntur, sicut è contrario *præcinctos strenuos* uocamus. *Liuius*. *Districulis gladijs discinctos destituit.*

Suggestere est idem, quod *subministrare*. Cicero. *Suggestebantur etiam sæpe damna aleatoria*. *Suggestus*, us, ui, uel *suggestum*, sti, à *suggestere* dicitur, quod ibi ligna *suggestantur*, in quibus stari possit. Significat enim locum editiorem scilicet *pulpitum*,

pitum, hoc est, locum excelsiorem, unde oratio haberi ad populum solet. Cic. Cum in communibus suggestis consistere nō auderet, concionari ex turri alta solebat.

Sufficere aut pro satis esse ponitur. Cic. Paucorum cupiditati tum cum obsistere non poterant, tamē sufficere aliquo modo poterāt. Aut pro suppeditare, subministrare, uel substituere poni solet. Et accusatiuū regit sine præpositione, uel cum præpositione in, aut accusatiuū cum datiuo. Cic. Ne sufficiatur consul, nō timēt. Verg. Atq; aliā ex aliā generando suffice prolem.

Subrogare est sufficere, uel substituere, unde subrogare collegam consul dicebatur, qui in demortui locum consulis alterum sufficiebat. Linius. Consul antequam collegam sibi subrogasset, negauit se passurum agi de legē.

Subdere est supponere, uel subijcere. Cic. Quis in meum locum iudicem subdidit? Subditus idē est, quod subitus immissus. Subditus etiam est in alterius locū positus, unde subditus partus, id est, sublatus ab ea muliere, quæ peperit, & alteri suppositus. Vnde etiā subditū testamentū apud Iurisperitos dicitur, cū uero testamento occultato, aliud clā fuit appositū. Ci. Quæ efferuescūt subditus ignibus

Subdititijs est idem quod subditus cum accipitur pro supposito. Plaut. Amphitrio subdititijs eccum exit foras cum Alcumena uxore usuraria.

Substituere est sufficere, uel subordinare. Cic. Philosophiā nobis pro Reipub. curatione substitutam putabamus.

Supplere est in deficientis locū ponere, subiungere, uel addere. Ci. Nō te instruere domū tuā uoluerunt in prouincia, sed illum sum prouinciæ super. Supplementū est, quod suppletur. Ci. De supplemento non uideo, quid fieri possit.

Præficere est præponere, uel, quod uulgò dicitur, committere aliquē & ordinare. Cic. Nō erat superioris honore usus, quē præficem. Præfectus dicitur, qui alicui rei gerendæ præficitur. Ci. His utitur quasi præfectis libidinū suarum præfectura. Ci. Præfecturam petiuit: negaui me cuiquā negotianti dare. Et præfectura dabatur apud Romanos honoris causa. Præfectorius adiectiuū est: ut præfectorius uir, qui præfecturæ munus obiuit.

Præponere interdū est anteferre, uel præferre: & sic in comparatione consistit. Cic. Ut nobilissimis hominibus longè præponerer. Interdum est præficere, uel substituere, & sic in negotio administrando positum est. Cicero, Qui à suis
cui

ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant. Præpositio est actus præponendi. Ci. Neq; tamen illa præpositio ad illum finem pertinebit.

VICARIVS est, qui uicem alterius obtinet, uel in eius locum succedit, uel qui pro alio in aliquo munere constitutus est, id est, qui alterius uices gerit. Et ponitur sine casu, uel cum genitiuo. Cicero. Nolite mihi subtrahere uicarium diligentia meæ.

Vices modo pro alternatione, siue uicissitudine, siue loco, & munere Latini ponunt, modo pro casu, uel infortunio, modo pro pœnis, & incommodis. Ci. Valde & meam & uestrâ uicem timeam necesse est. Idem. Ut meam uicem sollicitus uideretur. Pli. Humi quoq; uice pedum serpunt.

Vicissitudo est alternatio, mutatio, ex alio in aliud, & quædã uelut uarietas. Cic. Vix quisquã arte ulla rerû ordinem, ac uicissitudinem persequi potest. Vicissim significat pariter, inuicem, uel per uices. Ci. Hoc ego meo facto delector: cõsidera nunc uicissim tuum.

Inuicem est per uices, uicissim, secundo loco, uel econtrariò aut contra. Quintilia. Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt.

MVNIRE pro parare, adornare, firmare
confirmare, uel obuallare. Cice. Munio me
ad hæc tempora. Munitus. Cic. Turribus oppugna
bam oppidum munitissimum. Immunitus est nõ mu-
nitus. Ci. Si uia sit immunita, iubet, quã uelit agere
iumentũ. Munitor est qui munit. Liuius. Castra in-
de ponentem, pugnando undiq; in munitores, operi-
bus prohibet Munitio. Cic. Antonius Mutinã ope-
ribus, munitioibusq; sepfit. Munimen. Verg. Hoc
effusos munimen ad imbres. Munimentum. Liuius,
Quiritum quoque fossam (haud parum munimen-
tum) planioribus aditum locis Ancus rex fecit.

Præmunire est prius, uel antè munire. Cic.
Per fortunas, illud præfulci, & permuni, ut simus
annui. Præmunitio est præmuniendi uerbale. Cice.
præmunitio est etiam ad id, quod aggrediare, &
reiectio in alium.

Communire est circummunire, quod non
solum de loco dicitur, sed ad multa etiam eleganter
transfertur. Cice. Quid refert habere si parum sit
communitum ius.

Permunire est ualde munire, aut absolue-
re, quod munire incœperas, & Liuius. Que mu-
nimenta inchoauerat permuniit.

Vallere

Vallare est munire, firmare, stipare, & quasi uallum facere. Cic. Catilina stipatus choro iuuentutis, uallatus sicarijs &c. Vallum & uallus idem. Interdum tamen uallum & pro uanno accipitur. Var. lib. 1 cap. 52. Cic. Oppidū uallo & fossa circumdedi. Vallaris uallare dicitur, quod ad uallum pertinet, ut uallarīs corona, qua donari solebāt, quī primi uallū hostiū fuissent ingressi. Liuius. Multe ciuicę coronę, uallaresq; ac murales conspēctę.

Obuallare est circumuallare. Cic. Me longo interuallo propè memorię, temporumq; nostrorum primum nouum homines Consulē fecistis: & cum locum, quem nobilitas pręsidijs firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me ducē rescidistis.

Circumuallare est obuallare, firmare & quasi uallo munire. Liuius. Non dubium est, quin castra circum uallaturi sint.

Stipare est claudendo coarctare, densareq; & quasi stipa, siue stupa obturare, quod in nauibus fieri uidemus. Pro circumdare etiam ponitur, ut cum aliquem stipamus defendendi illius causa. Cice. Catilina stipatus erat choro iuuentutis. Stipator est apparitor, uel satelles, qui regum, uel aliorum corpora custodit, à stipe dictus, quam accipiebat:

uel quod reges stipet, & undiq; circumdet. Ci. Ser-
gius armiger est Catilinæ, stipator tui corporis. Sti-
parius res ad stipandū pertinens. Stipticus, res qua
stipat, id est, obstruit. Plin. Mox siccatae in saxo tra-
duntur stipario malleo. Stipatio actus ipse stipandi
est. Pli. Fessi profrūt ad primos, ita cæteri stipatio-
ne naturali propellunt eos.

Constipare est coarctare, uel condensare.
Cic. Non modo dena iugera dari nobis, sed ne cōsti-
pari quidē tantum numerū hominum posse in agrū
Campanum intelligetis.

Obstipare est condensare, uel constipare.
Plaut. Auecta est peregrè hinc habitantiū longius.
M. Obstipat aquilam.

Sepire est stipare, munire, obsidere, uel inter-
cludere. Dictum à sepibus, quæ obiectæ iter claudūt
Cicero. Forum sepietur, omnes claudentur aditus.
Septus est stipatus, uel munitus. Cice. Philosophie
presidijs septus sum. Septum ti, substantiuum est.
Et septa omnia loca munita, & quodam sepimento
uallata dicuntur. Inde stabula ouilia, bubilia, capri-
lia, & id genus reliqua, septa nuncupantur. Vnde
& septa aliquando pro ouilibus ponuntur. Septa
etiā pro obicibus & claustris, quibus utimur ad im-
petus flumiorum coercendos accipiunt. Iurisconsul-
ti, Ci.

si, Cic. Cum ille ui in septa irruisset, &c. Var. Intra septa uillæ habeas aquam. Scpimentum est, quo aliquid sepitur. Cic. Hæc omnia quasi sepimento aliquo uallabit differēdi ratione ueri, & falsi iudicandi scientia.

Vestire propriè est uestē induere. Cic. Nisi hoc indignum putas, quod uestitū sedere iudicio uides. Translate pro tegere, munire, uel sepire ponitur. Cic. His tabulis interiores templi partes uestiebantur.

Conuestire est idē, quod uestire, uel exornare. Cic. Topiarium laudauit, ita omnia conuestiuit hedera.

Circumuestire est tegere, occultare, uel offuscare. Plin. Vernacula putatio deiectis per ramos uitium circumuestit arborem.

Inuestire est ornare. Pli. lib. 35 cap. 7. Publicas porticus inuestiuit pictura.

Fulcire est munire, uel sustentare. Ci. Magna subsidijs fulta Respub. est. Idem. Imperium debet beneuolentia fultum esse.

Præfulcire est præmunire, uel sustentare. Ci. Per fortunas (quoniã Romæ manes) primū illud præfulci, atq; præmuni, quaeso, ut simus annui, & ne quid intercalleatur.

Suffulcire est subdus fulciēdo sustinere. Plaut. Ecce autē edificat, columnam mento suffulciat suo.

Fultura est quæ aliquid sustinet, alio modo sustentaculum dicitur. Col. Pro fultura & substru-
tione fungentur aduersis ea. Fulcimentum est fultu-
ra. Plaut. Quid ego nunc agam, nisi ut sarcinam con-
stringam, & ad dorsum accommodem fulcimenta.
Fulcrum summa lecti cænatorij pars est, qua torus
sustinetur Fiebat autem tabulis inuicem compactis
ut dum, asiderent conuiu.e, fulcirētur à dorso. Verg
Lucem genialibus altis, Aurea fulcra oris.

Præditus accipitur pro affecto, ornato, de-
corecto, instructo, aucto, amplificato, cumulato. Et
in bonam partem capitur cum in morum laude, uel
in bonum acceptione positum est. Cic. Sapiencia præ-
ditus est propè singulari. In malam autem partem
pro uituperatione, perdito & contaminato. Cice.
Hunc miserum luctum præditum eiecit domo. Idem
Amentia præditus atq; audacia.

Coalere, uel coalescere est coherere, uel cō-
crescere Liuius. Concordia caluerunt omnium animi.

VARIARE est distinguere, uel uarietate,
aut uariū facere. Ci. Ut postea uariari uolup-
tas, distinguīq; possit augeri, amplificariq; nō possit.
Aliquādo est neutrum Li. Ibi si uariaret quod raro

incide

incidebat, ut secundæ classis, Centuriæ uocarentur. Varius significat dissimilē, disparē, diuersum, multiplicē, cōmutabilem, disparilē, multiformē, uarietate distinctū, uel in uarietate constitutū. Dicitur præterea uarus, qui uaris in facie distinctus est. Quintilian. lib. 6. cap. 4. Ci. Vestigal bellis infestū, in fructibus uarium. Varietas est dissimilitudo. Cice. Varietate gentium constans prouincia. Varietatē habere dicitur ea, quæ in uarietate constituta sunt, uel quæ uarietatis speciē præ se ferunt. Cic. Eaque eam, quam probo, habent uarietatem. Varietatē facere, uel efficere est idem, quod uarietatem præbere, uel generare. Cic. Iouis stella multas efficit uarietates. In uarietate constitui. Cic. de Nat. Deo. 1. Variè idem est, quod multis, uel uarijs modis. Cicero. Variè sunt affectus tuis literis.

Diuersus propriè dicitur, qui deflexit de itinere, à diuertere dictum, quod est deflectere. Plaut. Inde suam quisq; ibant diuersi domum. Lilius in diuersum concitare equū dixit. Deinde in diuersum, inquit, equiconcitati sunt, lacerum in utroq; curru corpus, quæ in hæserunt, uinculis mēbra portantes. Translatè ponitur pro dispare, distante, uario, impari, dissimili, disincto, ferè cōtrario, toto alio, uel disparili. Dicimus etiam aliquid ab aliquo diuersum

Cicero.

Cice. *Varia & diuersa genera bellorum. Idem. Epicurus totus à te diuersus est. Diuersitas est dissimilitudo, uel contrarietas. Pli. Oculi in homine numerosissimæ diuersitatis, & differentiæ sunt. Diuerse idem est, quod in diuersas partes, uel uariè. Terent. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt.*

Discolor dicitur, quod est diuersi coloris. Et ponitur pro uario, diuerso, multiplici, uel multiformi. Ouid. *Et uolat amissis discolor agmen equis.*

Mutare pro uariare, uel inuertere, uel uendere. Cic. *Vos uestem mutandam censuistis, cunctiq; mutastis. Col. Lacteus porcus ære mutandus est. Mutabilis est res mutationem habens, uel quæ mutari potest, uel quæ faciliè mutatur. Ci. Omnis corpus mutabile est. Mutabilitas est idem quod nobilitas. Cice. Hæc inconstantia, mutabilitasq; mentis, quæ nõ grauitate deterreat? Mutatio est conuersio, motus, uel inclinatio. Cic. Mutationes sunt quatuor temporum. Mutationem habere & dicuntur, quæ mutari possunt, uel quæ subinde mutantur. Fam. 7. Mutationem moliri. Cic. in Academicis, Mutationem facere. Cic. Quod si acciderit, facienda morum, institutorumq; mutatio est.*

Immutare est mutare, siue aliud pro alio dare,

dare. Cic. Cui successor aliquid immutat de institutis priorum. Immutabilis. Immutabile dicitur, quod nullo modo morietur, aut flectitur, quod immobile est perenne, uel propriū. Ci. Causæ immutabiles et æternæ. Immutabilitas est stabilitas, cōstantia, perpetuitas uel æternitas. Ci. In factis immutabilitas apparet, in futuris nō idē. Immutatio est mutatio, uel conuersio. Cice. Negat mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum.

Demutare idem est quod mutare. Plautus. Quod dixi, potius quàm id non fiat, ego dabo, non demutabo. Demutatio. Plinius. Nullum animal pauidius esse existimatur, & ideó uersicoloris esse demutationis.

Summutare est aliud pro alio mutare. Ci. Hanc Hypallagen rhetores, quia quasi summutantur uerba pro uerbis: Metonymiam Grammatici uocant, quod nomina transferuntur.

Commutare est conuertere, uel contrarium facere, uel simul mutare. Cic. Tua ratio postea est commutata. Commutabilis res quæ facile commutatur. Cic. Assentatoris animus uariius, commutabilis, & multiplex est. Cōmutatio est conuersio, & uicisitudo. Cic. Morum commutationem factam esse, id probat.

Per mu

Permutare est mutare, uel immutare. Festus dicit: Permutari id proprie esse, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, cum aliud pro alio substituitur. Dicimus etiam pecuniam permutare, id est, mensam mittendam curare. Aliquando pro perturbare ponitur: ut permutare remp. Aliquando pro emere. Ci. At se curasse, ut cum questu populi pecunia permutaretur. Pli. Permutare pretio noluit, aliaue merce. Permutatio. Cic. Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum.

Dissoluere aliquando rescindere, aliquando ere alieno liberare, aliquando explicare, uel disingere, uel dissociare. Cic. Pecuniam tenebat, nec quicquam ulli dissoluebat. Idem. Facilius est apta dissoluere, quam dissipata conecere. Idem. Frattus constringit, non dissoluit periurium. Dissolubilis. Cic. Animal mortale, dissolubile, et diuiduum est. Dissolutio. Cice. Dissolutio criminum ab oratore queritur. Indissolubilis. Cice. Immortales uos quidem esse, et indissolubiles non potestis. Indissolutus. Cic. Hec sunt indissoluta me inuito: quanquam omne colligatum dissolui potest.

Dissuere proprie dicuntur sarctores, qui uestimenta dissuunt. Translatè est dissoluere. Ci. Amicitiam magis decet sensum dissoluere, quam repetere precidere.

Discindere proprie de ueste dicitur Ci. Discidit uestis

testem. Translatè pro dissoluere. Cic. Talis amicitiaè diffuende magis, sunt, quàm discindendæ.

Seiungere propriè est seorsum iungere, siue seorsum ponere, & separare, segregare, uel semouere. Cic. Seiungam te ab illo. Idem Defensio remota ab utilitate reipublicæ periculo seiungatur. Seiunctio est seiungendi actus, separatio scilicet & distinctio. Cic. Propositio, quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum, seiunctio, & reditus ad propositum, & iteratio.

Seiugare est separare, seiungere, uel semouere. Cice. Humani autem animi eam partem, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.

Segregare est ab aliorum numero & societate & grege separare, quasi seorsum à grege ponere. Accusatiuum ferè habet cum ablatiuo adiuncta præpositione à, uel ab. Cic. Qui uirtutem à summo bono segregauerunt.

Subducere est subtrahere, uel remouere. Cic. Subducendum est id, quo nititur aduersariorum causæ Aliquando etiam ponitur pro sursum ducere, leuare, extollere. Hinc subducere naues dicimus, id est, in terram trahere, quod terra mari altior sit. Cæs. Naues reliquas, si uellet, subduci & refici iuberet

ei iuberet. Item subducere animam, spiritum & anī
 helitū pro sursum attrahere dicimus. Cic. 157. Sub
 ducere aliquem dictis pro circumuenire. Terentius.
 Etiam nunc me subducere istis dictis postulas? Por
 rò subducere cum hoc nomine ratio, summa, uel cal
 culus, significat computare, quod uulgus dicit sum
 mare, quod inire, & habere, & facere rationem di
 cimus. Cic. Rationibus subductis, summā feci cogi
 tationum mearum. Subductarius subducendi signi
 ficationem retinet: quia ponitur subducere pro sur
 sum attollere: Vnde dicitur subductarius funis, quo
 quid leuatur Cat. Funes laeos quinque habeat, sub
 ductarios quinque, melipontos quinque. Subductio est
 subtractio, leuatio, sublatio, suma Cic. Quo per
 specto, statim occurrat quadam prudentia, non his
 subductionibus, quas isti docent, quid faciat causant.

Distringuere est separare, diuidere, disiun
 gere, secernere, interpungere, uel uariare. Cic. Si
 gna conturbantur, quibus uoluntas à simulatione
 distingui posset. Distinctio est diuisio, uel separatio
 Cice. Illam distinctionem tuam nullo pacto probo.
 Distinctè, sepositè, distributè, & separatim, uel di
 uisim. Ci. Articulatim, distinctèq; dicebat.

Separare est seiungere, distinguere, secerne
 re, distrahere, disternere, uel discludere. Cic. Illa
 quomida

duo maria pertenui discrimine separantur. Separabilis. Tusc. 1. Separatim uel separatè significat seorsum, sigillatim, uel præter ceteros. Iungitur cum ablatiuo & præpositione à uel ab. Cic. Nihil accidit ei separatur à reliquis ciuibus.

Secernere est separare, disiungere, distinguere, uel diuidere. Ci. Secerni blādus amicus à uero, & internoſci poteſt adhibita diligentia. Secretus idem eſt, quod ſeparatus, ſeiunctus, uel ſecluſus. Interdum ponitur pro extra uulgarem uſum Cic. Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretam & liberam. Secretum nomen eſt à ſecernendo, ponitur pro ſecluſu. Quintil. Stylus ſecreto gaudet. Aut pro re ſecreta, & ſeparata, quâ nulli communicauimus, quamq; apud nos tacitâ ſeruamus: Quintil. Profert mores plerunq; oratio, & an imi ſecreta detegit. Secretum eſt ſecernendi actus. Cic. Eſt intentus quaſi deſſus, & ſecretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Secretò eſt ſine arbitriis Comparatiuum interdum etiam habet, & tunc uidetur accipi pro diſtinctè, uel ſeparatè. Cic. Ex his quaeritur ſecretò, quid eſſet actum. Col. Iis diebus commodè inſtruuntur horti, de quibus ſuo loco dicam ſecretius, ne inter hanc quaſi turbam operum,

L

negligen

negligentius olitoris officia descripsisse uidear.

Discernere est disiungere, separare, diuidere, uel dijudicare. Cic. Quam notione discerneres? Discretus passiuæ significationis est, pro separato & distincto. Pli. Discretæ suis nominibus syluæ. Discretio est separatio uel distinctio. Appellatur etiam quidam color Rhetoricus, uel est ordinatio quædam cœlestis. Cic. Multo magis parent huic cœlesti discretioni, menti quæ diuinæ, & præpotenti deo. Discerniculum est, quo discernitur capillus, acus scilicet, quæ capillos mulierum aut frontem diuidit. Ponitur etiam pro differentia uel discrimine. Gell. lib. 10 cap. 15. Discretè est distinctè. Cicero. De Inuent. 1.

Discriminare est diuidere. Cic. Hetruriâ discriminat Cassia. Discrimen interdum pro periculo ponitur, interdum pro separatione & differentia. Cic. Non est consilium in uulgo, non ratio, non discrimen, nõ diligentia. Discriminatum est diuisè uel differenter. Var. lib. 1 de re Rust.

Seponere est disiungere, seiungere, uel segregare, sed eò aliquando inclinatur, ut uideatur pro condi, recondi, uel asseruari positum. Cic. Scio uenire nunc nihil posse, sed seponi & occultari possunt.

Secludere propriè est seorsum claudere, est
stiam

etiã segregare semouere, uel seiungere. Ci. His demum quoddam iter est seclusum à concilio deorum. Secluforium est, in quo aliquid secluditur. Var. Cum opus sunt ex hoc auario, ut sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum auarium, quod est cõiunctum cum maiore hostio, et lumine illustriore, quod secluforium appellauit.

Intercalare est interserere, uel interponere, aliquando etiã differre significat. Ci. Diligenter habenda est ratio intercalandi. Intercalaris, uel intercalarius. Intercalare dicitur quod interseritur, uel interponitur, ut mensis Februarius intercalaris dicitur, quod ei dies unus interseritur, diesq; ipse insertitiuus, intercalaris Latinè appellatur, et græcè ἐμβολιμος ἢ ἐμβολιμαῖος, ἢ ἐμβολισμος intercalatio. Calendæ intercalares ἢ menses. Ci. Antoxy. Calend. intercalares. Bene agis. Intercalares uersus uocantur, qui frequētes in Poëmate interponuntur, ut apud Verg. Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Interponere est interijcere, uel interserere. Cic. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponēs, sed exquirens tuum. Interpositio. Fam. 16. Interpositus, us, ui. Cic. Luna interpositus interiectusq; deficit.

L 2 Interijc

Interijcere idem est, quod in medium interponi, uel inter aliquid iaci. Et iungitur datiuo, uel accusatiuo cū prepositione inter, Ci. Alij eis interiecti, & tanquàm medij sunt. Interiectio uel interiectus, us, ui, est interpositio, uel insertio, Ci. Occultè dicimus interiectione uerborum.

Interferere propriè est in medio plantare, seminare, uel inserere. Col. Eaq; cõtegantur interstitis buxeis, aut myrticeis fruticibus. Translatè est interponere, uel interijcere. Plin. Vt potioni interseri possunt.

MEDIVS. Medium est, quod mensuratum æqualiter distat ab extremis. Medium etiã dicitur, quicquid inter duo extrema est, tametsi non æqualiter distet: uel generaliter accipitur pro interiecto uel sumitur pro dubio, uel ambiguo, ut medium responsum, medius sermo, media uocabula, quæ & in bonam, & in malam partem accipi possunt. Qualia sunt tempestas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, nobilis, insignis, & nonnulla alia. Dicitur & medius, qui neutrius partes sequitur. Et sic refertur etiam ad personas. Cic. Mulier in media potione exclamauit. Idem. Quæ est in medio belli causa posita? De medio sumere. Ci. Verba hæc sunt sumpta de medio. In mediũ uocare

care. Cic. Itaq; Iudices incensi suspitione rem in mediū uocare cœperunt. In mediū afferre. Off. 1. Proferre. Cic. *Questus forensis in medium proferatur.* In medio ponere, uel proponere. Cic. *Rem in mediū ponam.* In mediū consulere. Verg. *Consulite in medium, & rebus succurrite festis, id est, in commune.* In medium uenire. Cic. *Primo ueniat in mediū Epicuri ratio.* In medio esse. Cicero. *Tabulæ sunt in medio.* In medio relinquere. Sall. *Nos eam rem in medio reliquimus.* Mediū tenere. Verg. *Iam mediam tenuere rates. E medijs alicuius partibus esse.* Ci. *Alteri dicti sunt, alteri sunt è medijs.* C. *Cæsaris partibus.* De medio recedere. Ci. *Recede de medio, per alium transigam.* E medio excédere pro mort. Teren. *E medio excessit.* E medio pellere. Cic. *Ho quidē deliberantium genus pellatur è medio.* E medio tollere. Cic. *Cū uerba iacentia sustulimus è medio.* De medio tollere. Cic. *Tollere illum de medio conatus est.* Medietas est media pars, uel medium. Cicero. *Partes rursus interuallis ita locabat, ut singulis essent bina media: uix enim audeo dicere medietates, quas Græci messotidas appellât, sed quasi ita dixerim, ita intelligatur.* Intermedius, est idem, quod interiectus, uel interiacens. Varro. *In lateribus dextra, sinistra porticus sunt, primoribus co-*

lumis lapideis inter medijs arbusculis humilibus ordinatæ.

Dimidius est pars altera dimidiati. Cic. Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. Dimidiū substantiuum. Ci. Redemptori tuo dimidium pecunie curavi. Dimidij elegans usus in ablatiuo. Cic. Ambulatiuncula propè dimidio minoris constabit illo loco. Idem. Ex sua cuiuscq; parte ne minus dimidio ad fratrem perueniret. Idem. Rectè non credis de numero militum, dimidio plus scripsit. Clodia. Dimidiatus. Cicero. Eximunt ex anno unum, dimidiumq; mensem.

Diuidere est partiri, secare, distribuere, digerè, segregare, uel excludere. Ci. Ambiguè dicta diuidere, & explanare oportet. Diuisor generaliter dicitur, qui diuidit. Item pro redemptore pecuniarum accipitur, quæ tributim diuidebantur à Candidatis ad suffragia corrumpenda. Sæpe enim eueniebat, ut tributim pecunie diuiderentur à Candidatis ad auerupanda suffragia egentium. Cic. Doce, per quæ sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Diuiduus. Diuiduum dicitur, quod separatum est, uel diuisum. Columel. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Indiuiduus est, quod diuidi non potest. Cicero. Ita nihil esse indiuiduum potest. Diuisio est par-

nitio, uel distributio. Cic. Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiã. Diuisura est diuisio, siue incisura. Pli. Folio paruo, & rotundo, siue diuisuris.

Secare propriè, Cic. Ad urendũ, & secandũ medici ueniunt. Translatè pro diuidere, distinguere uel distribuere accipitur. Cic. Isti quidẽ causas in plura genera secuerunt.

Resecare est rescindere. Propriè, Cic. Quorum lingue sic inhaerent, ut loqui non possint, hæ scalpello resecta liberantur. Translatè, Cicero. Hæ tamen ita disputant, ut resecanda esse fateantur.

Defecare est secare, uel incidere. Liuius. Defecta erat cum stramento seges. Translatè, Cicero. Tu illud defecabis, & hoc agglutinabis. Defectio. Columella. Horum defectio cum pecori, tum agro est utilis.

Dissecare. Pli. Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere causa uidendi, lib. 11 ca. 37

Execare est excidere. Cic. Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret uitiosas partes, quàm quæ execaret. Executio est execandi actus. Cicero. Cum executio fundi in armario animaduertetur, querebant homines, quonam modo fieri potuissent.

Præcidere est secare, amputare, uel præcludere proprie. Ci. Naues præcidit, et incendit. Trāslatè ponitur pro incidere, auferre, abrumpere, uel abscindere, durè negare & designare quotū quēq; articulum, quotum quodq; caput oppugnare uelit litigator, ne in uniuersum admissus, licenter tergiversari, & identidē euariare possit. Cic. Is sibi ipsi reditum præcidit. Idem. Præcidendus est aduersario sermo. Liuius. Non præciditur spēs plebeio, si dignus summo honore erit. Præcidaneus. Præcidaneum significat præcidendum. Var. Quod humanus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda. Telluri & Cereri, aliter familia pura non est. Festus præcidaneam porcā ab antiquis dici solitam tradit, quam immolabant, antequam nouam frugem inciderēt. Præcusio est abscisio. Cic. de Orat. 3. Præcisè modo significat abruptè, & abscissè, modò durè. Præcisè etiam dicere, id est, compendio sermonis, & per defectum, & aliquid subintelligendum ad Att. lib. 8

Præstituere est præfinire, uel præscribere. Ci. Lex quibus diebus proficisceretur, præstituebat

Præscribere est definire, præfinire, uel præstituere, ut antè, uel prius scribere, aut inscribere. Cic. Simus ea mente, quam ratio & ueritas præscribit.

bit. *Præscriptum* est formula, norma, regula certè quædam, & definita lex, uel religio. Cic. Ex communi præscripto ciuitatis unam quanq; rem administrare debet. *Præscriptio*. Cic. A quibus ei primus locus inuidiæ in præscriptione legis concessus est. Nonnulli pro exceptione, & translationè interpretantur: & ita sanè ut præscriptionè, exceptionem, & translationè unū & idē in re forensi significare uelint, nempe præscribere, perscribere, subscribere uerba sunt propria fori, & iudiciaria. Quint. li. 7.

Norma est idē, quod præscriptio, lex quædā, uel regula, sed id translata. Ci. *Natura norma* est legis. Propriè enim est fabricorum instrumentū habens duo latera, quo omnia dirigūt, metiunturq; quæ & regula dicitur. Plin. *Structuram ad normam*, & libellū fieri, & ad perpendicularum respondere oportet. *Normatus*, uel *normalis* est res ad normā facta ut *normalis angulus*. Col. Antiquā illam Ciconiā infiximus, ut tanquàm suppositæ basi ad perpendicularum normata insisteret.

Canon est regula. Ci. Heus tu, qui canon esse meorum scriptorum soles: unde illud tam ἀκρυπος ualeitudini fideliter interseruendo?

Circumscribere pro definire, constituere, uel terminare. Cic. Genus uniuersum breui circum-

scribi ac definiiri potest. Aliquando pro decipere, circumuenire, tollere, expugere, priuare, uel spoliare ponitur. Cic. Aut eiciunt uicinos, aut adolescentulos circumscribunt. Circumscriptor uerbi sui significatio nes retinet: sepius tamen pro deceptore accipitur, & pro eo, qui aliquem bonis priuat. Iuue. Pupillum ad iura uocantem. Circumscriptorem. Circumscriptione. Cic. Cum omnis ab his fraus, omnes infidie, circumscriptionesque adolescentium nascerentur. Circumscriptione significat cum circumscriptioe. Cic. Id ratione concludimus, singulasque res desuimus, circumscripteque complectimur.

Præfinire est præstituere, uel præscribere. Ci. Præfinire non est meum præfinito. Plautus. Haud licebat loqui, nisi præfinito.

Deuinire est aliquid cõstituere, circũscribere terminare uel describere, uel definitioe uniuersũ rei uum explicare. Cic. Nihil habent, quod difinitũ sit, aut certum. Idẽ. Id breuiter illustrandũ est, uerbiq; definiendum. Definitiuus est id, quod definitur, uel quod definiiri potest. De. Inue. 1. Definito est earum quæ sunt eius rei, quam desinire uolumus breuis & circumscripta quedam explicatio. Cicero. Definitio genere declaratur, & proprietate quadam. Definito, est expresse. Cicero. Lex definitõ potestatem

statem Pompeio ciuitatem donandi dederat.

Terminare est finire, uel difinire, concludere, regionibus circumscribere. Cic. Aliquando sententiam terminemus. Idem: Clausula longis syllabis terminanda est. Terminatio idem est quod finis, distinctio, uel discretio. Cic. Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Terminus deus apud antiquos creditus est, in cuius tutela fines agrorum esse existimabantur. In quo autem loco colebatur deus, ibi super eum foramen patebat in tectis, quod nefas esse arbitrarentur Terminum intra tectum consistere. Termini Dei dies festi Terminalia apud antiquos dicebantur. Lilius. Tertio die post Terminalia Calende intercalares fuerunt. Terminus etiam pro fine et regione positus est, et proprie est signum quod agrum ab agro diuidit. Cic. Certos mihi fines, terminosque constituam.

Determinare est diuidere. Cic. Quas interuallum binas determinant unum.

Determinare proprie est terminos imponere, uel terminis et ueluti limitibus quibusdam designare. Pli. Determinauimus sinum hunc Europe. Translate est concludere, uel difinire. Cic. Id quod dicit, spiritu, non arte determinat. Determinatio actus terminandi est. Ci. Conclusio est exitus, et determinatio totius orationis.

Fines

Fines Latini ponunt pro terminis, uel cancellis. Cic. Comites duntaxat finibus his præstabis. quos ante prescripsi. Cæs. Quorum per fines ierant.

Interuallum est spacium, diuisio, uel discrimen. Propriè uerò spatium est, quod est inter palos, uallum Castrense constituentes : à quo omne spatium interuallum est appellatum. Cice. Crebris interuallis, & diuisionibus oportebit uti. Interuallum etiam pro tempore ponitur. Cic. Ut te tanto interuallo uiderè. Idem. Consuetudo longo interuallo repetita & relata. Ex interuallo. Cice. Vestorio dandi sunt dies, & ille latinus Atticismus ex interuallo regustandus est. Per interualla est idem quod alternatim. Pli. Singulas per interualla interfecit. Interualla dare. Cic. Si grauis dolor, breuis: si longus, leuis. Dat enim interualla & relaxat. Interuallo facere. Liuius. Regnasse deinde Seruiū Tullium tradūt: & ne interuallo quidem facto oblitum tanquam alieni regni Superbum Tarquinium. Interuallum interijcere. Cice. Quantum interuallum inter te, atq; illum interiectum putas? Interuallum esse. Plaut. Nunc interuallum iam hos dies multos fuit. Interuallum habere. De final. 1.

Intercaedo est tempus intersectum, cum scilicet mora est ad capiendum. Generaliter pro intercaedo

teruallo ponitur. Cic. Itaq; iam non me poenitebit,
intercapedinem scribendi fecisse pro Cunno etiam
sumitur. Cic. Quid? honestum uerbum est diuisor?
aut inest obscœnum, cui respondet intercapedo.

Cancelli propriè significant opus subtili mas-
teria in transuersum compacta, ad similitudinem ro-
tis factum: quod frequentia foramina habet, qualia
sunt, quæ in corpore efficit cancer morbus. Vnde
& cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per di-
minutionem cancelli appellantur. Var. Præterea
& perdicas inclinatas ex humo ad parietem, &
in eis tranuersis alias gradatim modicis interuallis
annexas ad speciem cancellorum scenicorum habe-
ant. Cancellare. Pli. Cancellata cutis Elephantorum
est, Cancellatim est ad cancellarum speciem. Pli. Can-
cellarum reticula ea erunt. Translatè pro terminis
& limitibus cancelli ponuntur, Cice. Tantus est ex
fori cancellis plausus incitatus.

Limes dicitur transuersa uia, ponitur etiam
pro termino, pro cancellis, uel interuallis. Cic. Bene
meritis de patria quasi limes ad cæli aditum patet.

Limitare est partiri, diuidere, uel distinguo-
re. Cic. Et si de tua proluxa beneficaq; natura limi-
tauit aliquid posterior annus, propter quandam tri-
stitiam temporum.

Portio accipitur pro parte, & in rebus tractabilioribus, quam grauioribus, uel in interuallo positus sepius uersatur. Dicimus etiam pro portione, ut quemadmodum pro parte. Cic. Cum oēs Asiæ ciuitates pro portione in Prouincias descripsisset.

Proportio est duarum rerum, quatinus ad quantitatem pertinet, inuicem facta comparatio. Cic. Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cetera.

Regio. dicta est à rego, quod priusquam prouinciæ fierent, regiones sub regibus erant, atque ab ijs regebantur. Dicuntur etiam regiones maiores urbis partes, ita appellare coeptæ à similitudine earum regionum, in quas orbis diuiditur. Regio etiam pro natura partis, & regionis eius prouinciæ, quam incolimus, uel cui præfecti sumus. Præterea accipitur pro orbita, linea, ora, plaga, uel tractu. Translate pro finibus, uel terminis. Cic. Qui regionibus exclusi in arua aliena uenerunt. Idem. Aspera & montosa regio. E regione pro, in conspectu, uel quasi relictis lineis. Cic. Occurrunt tanquam e regione quadam contraria. Regionatim significat per singulos urbis regiones. Liuius. Mutarunt suffragia, regionatimque generibus hominum, causisque & questibus tribus descripserunt.

Natio

Natio est genus hominum, qui non aliunde uenerunt, sed ibi nati sunt. Cic. Hoc uitio cumulatata est eruditissima illa Græcorū natio. Natio pro ordine et societate uel certe hoīm genere. Ci. Deteriores caute, quorum quidem est magna natio. Idem. Nemo tibi obuiam uenit, ne de officiosissima quidem natione Candidatorum.

Gens est idem quod natio, uel familia, uel populus aliquam regionē incolens. Cic. Res est in manibus, tu autē abes longē gentium. Maiorū, uel minorū gentium esse. Neq; ad ætatem refertur, sed ad auctoritatem, & dignitatem quadam uelut temporis, & ordinis, seu uetustate, seu præstantia quasitam. Cic. Cleantus, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zononis auditor, Solem dominari, & rerum potiri putat. De minorum gentium, Fam. 9.

Gentilis dicitur, à scriptoribus rerum sacrarum, omnis idolorū cultus. Gentilis Latinis dicitur, qui ex eadē gente ortus est, & qui simili nomine appellatur: sic dicuntur gentiles dominorū serui, id est, eodē nomine appellati, quo domini. Præterea gētilis dicitur, quod est gētis propriū et familiare. Vnde Iuuenalis gētilia tympana dixit, id est, gentis propria. Cic. Antiquus sanè: fuit enim meo regnante gentile

Gentilis

Gentilitius id quod ex genere, siue familia est, ut gentilitia nomina, quæ originem gentis, uel familiæ declarant, ut Portius Cornelius. Sic gentilitia nota à Liuiio dicitur, & gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Cic. Qui sacrificio gentilitia illo ipso in sacello factitarunt. Gentilitas est agnatio, uel multitudo ipsa familiæ alicuius. Ci. In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilitatis iure dicendum.

Populus non solum de hominibus dicitur, sed etiam de rebus alijs, ut de apum examine. Cicero. Vsum loquēdi populo cōcessi scientiā mihi reseruauī.

Plebs, uel plebes, uel plebecula idem est, quod uulgus, hoc est uilior pars populi, & infima multitudo. Cic. Misera, & iciuna plebecula. Liuius Eo nuncio erecti patres, erecta plebis. Plebicola dicitur, qui plebem colit, uel qui plebi seruit. Cice. Qui credo, non libidinis causa, sed ut plebicola uideretur, libertinam duxit uxorem. Plebeius res quæ est plebis. Translatè pro humili, abiecto uel sordido accipitur. Cic. Vestitus asper, purpura illa plebeia, ac penè fusca. Plebiscitum est plebis statutum uel tribunitia rogatio, Sciscere ac statuere est. Cic. Plebiscitis multoties Consularis dignitas minuta est.

VERGERE est idem, quod inclinatum esse, uel spectare. Cic. Prospice, quò ista uer-gant

gant. Idem: Id tectum nunc honestè uergit in tectū inferioris porticus.

Spectare est uergere, siue de personis, siue de rebus inanimatis dicitur, ut est ager, regio, oppidum, urbs, turris uel flumen, & similia. Accusatiuum regit sine præpositione, uel cum præpositione ad uel in. Cat. Si poteris, sub radice montis sit, in meridiem spectet, salubri loco.

Tendere pro uergere, uel spectare ponitur hic Pli. Tendit gula ad stomachū, deinde in uentrē.

Tangere hic est contiguum esse, uel attingere. Et accusatiuum solum regit. Cic. Fundos decem, & tres reliquit, qui Tyberim fiere omnes tangunt.

Attingere est contiguum esse, uel uicinum. Caesar. Propterea quod Rhenum attingunt, multiq; ad eos mercatores uentitant.

Contiguus pro uicino ponitur, & pro eo, quod contingit. Pli. Aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus.

Vicinus à uico dicitur, estq; qui eundem locum colit, quiq; propè nostram domum habitat. Cic. Cum cæteri deficerent finitimi & uicini. Translatè uicinus pro proximo. Cice. Vicina & finitima est Rhetoricæ Dialectica. Vicus modò est pars urbis que ex multiplicatis domibus fit. Nam ex pluribus

uicis urbis cōstat, diuiditurq; in uicos, quasi in membra minora. Cic. Omnibus uicis statuæ factæ sunt. Est præterea uicus rusticus, cum plures simul uillæ, quæ pagi dicuntur, hoc est, plures rusticanae domus coniunctæ sunt, & aliquo spatio remotæ ab urbe, dummodo nō sint clausæ mœnibus. Li. Quintum fratrem negotio præposui, ut in uicis, captis aut aut malè pacatis exercitus collocaretur. Vicanus est, qui in uico rustico habitat. Liuius. Vicani, quiq; ibi exules habitabant. Vicatim est per uarios uicos, siue de uicis urbanis intelligas, siue de rusticis. Cice. Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe descriptio. Vicinitas est uicinatorum propinquitas, uel multitudo. Etiam ad alia, quàm ad homines uel locum, refertur. Cicero. Propter uicinitatē totos dies simul eramus iuncti. Translatè. Cicero. Nares non sine causa uicinitatem oris secutæ sunt. Vicinia. Cicero Tuscula. 1. Inde in uicina nostra Auerni lacus.

Continens pro continuato, iuncto, affixo, proximo, uel perpetuo, aut littore, uel insula. Continens etiam Latine dicitur firmamentum causæ, quod punctum litis decisorium uocant. Cicero. Quibus hoc, qua de re, agitur, continentur, hæc continentia uocentur, quasi firmamenta

metā defensionis, quibus sublatis, defensio nulla sit. Contineri pro connecti, uel coniungi ponitur. Cicero. Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune uinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Continentis exēpla. Cicero. In extrema oratione continens uox remedio est uoci. Idem. Mare diſsimile est proximo ei continenti. Liuius. Continenti cursu sequuti sunt fugientes.

Pertinere personale est, pro attingere, uel annexi ponitur, aut pertingere uel peruenire. Et iungitur modò præpositione in, modò ad, modò per. Cicero. Quæ uia pertinent ad iecur, eiſq; adherent. Idem. Venæ in omnes corporis partes pertinentes. Idem. Vis uitalis per omnes mundum pertinens.

FORTUNA est accidentiū rerum subitus, ac inopinatus euentus, casus, temeritas, cōditio quam deam esse crediderunt Antiqui. Iuue. Te facimus, Fortuna, Deam, cœloq; locamus. Huic Deæ lapsum omnem, & errorē uitæ tribuunt mortales. Cic. Mala & afflictā fortuna. Idem. Gaudeo tuam diſsimilem fuisse fortunam. Idem. Fortuna egens fuit uita turpis. Fortunam dare. Cice. de Petit. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quam

C. Coelio? *Fortunæ se committere. Cic. Quorum ego causa timidius me fortunæ committebam. Fortunæ periculum facere. Cic. Fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius. Deæ periculū facere non debet. In fortunam deuenire. Fam. 4. Fortunam excipere. Cic. Excipere fortunam, subire uim, atq; iniuriā malui, quā: aut à uestris sanctissimis mentibus disidere: aut de meo statu declinare. Fortunā subire. Cic. Subijt indignissimam fortunam præstantissima gloria sua. Fortunæ obsequi est idē, quod fortunam subire. Cic. Fortuna optima esse debent. In fortuna esse aliquid dicitur, quod positum est, & consistit in fortunæ potestate. Cic. Quæ sunt in fortuna temporibus regētur. Dicitur præterea, aliquis esse in fortuna, quam subit. Cice. Ne punctum quidem temporis in ea fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se uiolatum putaret. In fortuna uersari. Cic. Incredibili dolore sum affectus, tale ingenium in tam misera fortuna uersari. Fortunam trahere, pro in fortuna esse. Ci. Ut tutam, tranquillamq; fortunam traheretis, mea perfici uigilantia. Fortunam insectari. Cic. Non est miserorum fortuna insectanda. Fortuna extrema stare. Cic. Bis ad iudicij subsellia attractus, fortuna extrema stetit. Fortunam leuare. Cic. Nullo loco deero neq; ad consolandum.*

landum, neq; ad leuandum fortunam tuam. Fortunam amplificare. Ci. Sæpe in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificanda fortune fractior. Fortunam dilabi. Cic. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Fortunare est fortunatū facere, uel bonis augere. Cic. Tibi patrimoniū dii fortunent. Fortunatus dicitur felix, cuius uotis fortuna respondet. Ci. Nihil est nobis fortunatius. Fortunatū idem est, quod feliciter. Linius. Nihil ibi satis scitè, aut fortunatè gestū. Fortuitus res in fortuna posita, uel quæ casu accidit. Cic. Si quippiā nacti sumus fortuiti boni. Fortuitū idem est, quod casu, uel temere, cui aduerbio opponitur consultū, de industria, scienter, uel certa causa. Ci. Fortuitū in eum sermonē incidimus. Fortuitū idē est, quod fortuitū, uel sine consilio, & inconsideratè. Cesar. Fortuitū, & sine consilio id fecerunt.

Sors à serie dicitur, poniturq; pro fortuito alicuius rei euentu, cōditione, fortuna, casu, alea, fato, uice, munere, summa, siue capite, & prima pecunia quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. Ci. cero. Id illi sorte assignatum est. Idem. In sortem coniectus est. Idem. Quod sors obtulerit, id acturus uidetur. Ponuntur etiam sortes pro oracu-

lis, siue responsis, siue syngraphis. Cic. *Quæ sortes fortune monitu miscentur, ac ducuntur.* Idem. *Simia urnam euertit, sortes dissipauit.* Conijcere in sortem, est uelut ducendæ, trahendæ, uel edendæ sortis fundamentum iacere. Et est in sortem conijcere, idē quod sorti committere. Quemadmodum faciunt, qui furti cognoscendi causa ineptijs quibusdā utuntur, fabas miscendo, uel cribrum chartulis quibusdam inscriptis plenum commouendo, & alijs sortibus abutēdo, quas ab auibus superstitionis discēs. Aclūs in sortem conijciendi est, sortē ducere. Finis in sortem conijciendi, uel sortem ducendi est, sortem eadere, uel trahere. Id quod fit re in sortem coniecta, & sorte ducta. Sortiri est sortitō capere, in sortē conijcere, sortitionē facere, uel fortune iudicio committere, sortē eligere, per sortem, siue sorte obtinere, disponere, substituere, uel subministrare. Cicero. *Prætores nondum sortiti sunt Prouincias.* Idē. *Paucos ex multis ad ignominiam sortiere.* Sortilegus dicitur, qui per sortes futura prænunciat, uel per sortem aliquid eligit. Cic. *Sunt innumerabiles præsentiones non fortuitæ.* Sortitio est ipse sortiendi actus. Cic. *Sententiam dixit, ut ipsi Iudices per prætorem urbanum sortiretur.* Iudicium sortitione facta, *Comitia haberentur.* Sortitus, us, ui, pro
sortitū

sortitione ponitur . Cicero. Pluribus de rebus uno sortitu retulisti. Sortitò, uel sorti, est idem, quod ex sorte, uel per sortem. Plaut. Tibi sortitò id obtigit. Verg. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti.

Fors idem est, quod fortuna. Cic. Sit sanè fors domina campi . Fors fortuna pro felici casu & prospero ponitur . In ablatiuo uerò casu pro aduerbio, quod est fortè. Cicero . Quid est tandem, quod casum fieri, aut forte fortuna putamus : Plautus. Forte fortuna per impluuiū huc despexi proximum . Fortè idem est, quod casu, forte fortuna, temerè, & ueluti per sortem . Et peculiariter post nisi, ponitur. Cic. Cum puteolos fortè uenisssem &c. Idem. Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas fatendum est, nisi fortè tanta ubertas & uarietas pomorum &c. Forsan idem est, quod fortè Vergilius . Forsan & hæc olim meminisse iuuabit . Forsitan. Cicero . Que res forsitan sit refricatura uulnus meum. Fortassis . Cicero . Sed ego fortassis uaticinor, ut hæc omnia meliores habeant exitus . Fortasse . Cicero . Graculus otiosus, & loquax, fortasse doctus, & eruditus.

Fatum id appellant Latini, quod Græci *ἔταξιον*, id est, ordinem, seriemq; causarum,

cum causa cause nexa rem ex se gignat . Ea est ex
 omni æternitate fluens, ueritas sempiterna. Ci. Vno
 meo fato & tu, & omnes mei corruistis. Idē. Anile
 sanè, & plenum superstitionis est fati nomen. Fatū
 canere. Cic. L. Tarutius urbis nostræ fata canere
 non dubitabat. Fatum fari. Cic. Neq; me Apollo fa-
 tis sandis dementem inuitam ciet. Fatum impendē-
 re. Cic. Quibus ego confido impendēre fatum ali-
 quod, & pœnam, iam diu improbitati debitam. Fa-
 tum manere aliquem. Cic. Quis meum consulatum
 præter P. Clodium, qui uituperaret, inuentus est &
 cuius quidē te fatum, sicuti. C. Curionē, manet & c.
 Fatum aliquem circumstare. Cic. Cum uerò dies, &
 noctes omnia nos undiq; fāta circumstent. Fatum ue-
 nire. Philip. 4. Fati esse. Cic. Illud fati est, hoc con-
 silij. Fatum est alicuius, uel alicui. Cicero de Fato.
 Si fatum tibi est, ex hoc morbo conualescere & c.
 Fato esse aliquo aliquē. Cic. Quis quidem in re sin-
 gulari sum fato. Fatum exequi, pro subire. Cic. Mi-
 seros nos: cur non omnes fatum illius unā executi si-
 mus? Fatum flectere. Cic. Nisi dij immortales omni
 ratione placati propè fata ipsa flexissent . Fatum
 mutari. Ci. Mutari fata nō possunt. Fatalis. Fatalis
 dicitur, quod ex omni æternitate definitum & con-
 stitutum est. Cic. Hic annus fatalis est ad interitum
 huius

huius urbis. Fatiloquus est, qui fata exponit. Liuius. Venerabilior erat diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sybillæ in Italiã aduentum miratæ hæ gentes fuerant. Fatidicus idem est, quod fatiloquus. Plin. Fatidico quidem, & memorabili augurio. Fatifer. Fatiferum appellatur, quod mortem adfert. Vergilius. 8. Aen. Fatiferumq; ensem. Fataliter idem est, quod fato cogente, ui fati, uel ordine. Cicero. Omnia quæ fiunt, quæq; futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Casus dicitur sors, fortuna, euentus, uel ruina. Cic. Iecit quidem casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissentionemq; ciuilem. Propriè dicitur casus, cum quid cadit, & interrã fertur. Cice. Via lubrica, qua insistere, aut ingredi sine casu aliquot, aut prolapsione uix quisquam possit. Præterea casus dicimus, non modò ea, quæ fortuita hominibus accidunt, sed etiam uocabulorum formæ, quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Cice. ad Heren. Quæ uerba similiter iisdem casibus efferruntur. Casum habere dicuntur ea, quæ casu subiecta sunt. Cicero. Hæc res magnum casum habet. Casum interuenire. Cicero. Casus inter-

*Casus mirificus quidam interuenit, quasi, uel testis opinionis meae, uel sponzor humanitatis tuae. Casum incidere. Cic. Nec depugnare, si occasio tulerit, nec obsideri necesse fuerit, nec mori, si casus inciderit, pro uobis paratior fuerit quisquam. Ad Casum obicere. Cic. Ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus. In casum demittere. Cice. Cum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo magna in spe ad proficiendum impedi-
 menta opponerem eius. In casum impellere. Cic. In hunc me casum uos uiuendi autores impulistis. In casum uenire. Cic. Postremo in eum casum ueneram ut omnis fortunarum mearum status unius iudicij periculo contineretur. In casum incidere. Cic. Incidit in eos casus, quos uitasset, si is eum nihil fecisset. Casum alicui incidere. Cic. Multis fortissimis, atque optimis uiris, iniustis iudicijs, tales casus incidere. In casu esse aliquid dicitur, quod in fortuna potestate positum est. Dicitur et aliquis in casu esse, qui casum subijt, siue bonum, siue malum. Cice. Quo in casu sumus, uides. Idem. Quod extremum est, id in casu est, ita fit beatæ uitæ domina fortuna. Casum releuare. Cic. Si releuare potes communem casum misericordia hominum, incredibile quiddam assequeris. Casum sustentare. Cice. Quod pollicerer, non*

erat: ipsa pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam. Casu est idem, quod forte, uel forte fortuna. Cicero. Ego eo die casu apud Pompeium coenaui.

IMPENDERE proprie est aliquid supra caput ueluti casurum pendere: ut, nubes impendet. Cic. Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalolo, semper impendet. Translatè dicitur aliquid impendere, uel aliquid alicui, uel aliquid in aliquem. Et tam de personis, quàm de rebus dicitur. Cic. Nullum est tantum malum, quod non putet impendere. Idem. Belli magni timor impendet. Idem Impedet negotium, ad quod tu scilicet aduolabis.

Imminere idem est, quod impendere, uel instare. Quod ponitur cum datiuo, uel cum accusatiuo & præpositione in. Cicero. Homo ad eadem imminens. Idem Cum præpotens Carthago huius imperio immineret.

Instare pro impendere, imminere, proximum, uel propinquum esse. Cicero. Tibi ab ijs instat periculum. Idem Mihi instat iter longum.

Contingere pro accidere, uel euenire. Cic. Esse tecum, ita mihi communa omnia, quæ opto, contingant, ut uehementer uelim.

Obting

sint habituri nescio. Euentum, ti. Cic. Causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta.

Obuenire. *Seneca. Philosophia homini non obuenit sed eam sibi quærere debet. Et obuenientia bona dicuntur, quæ aliunde deseruntur ad quenquam. Cic. Eas etiam daturus es, qui mihi primum obuenisset. Obuentio Vlpia. An pecuniam pupillus habeat uel in numerato, uel in nominibus, quæ conueniri possint: uel in fructibus conditis, uel etiam in reditum spe, atq; obuentionum.*

Vsu uenire, uel euenire ponitur pro accidere, uel obuenire, et obtingere. *Cice. Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis.*

Cadere hic est accidere, uel euenire. *Cic. Ali- ter cecidit res, ac putabam. Idem. Aliter cecidit res, atq; opinabar idem. Quod melius caderet, non uidi. Idem. Nihil mihi optatius accidere potuit. Idem. Cecidit bellè Idem. Hoc adhuc percommodè cadit.*

Succedere aliquando pro subire. *Cæs. Mu- rus defensoribus nudatus est: testudine facta portis succedunt, murumq; subruunt Aliquando pro in al- terius locum uenire, uel alterius locum occupare, summitti, uel suffici. Et datiuum regit, aut accusati- uum cum præpositione in, uel sub. Cice, Phalaræus successit eis senibus Linius. Succedebant integri in
locum*

locū defessorum. Aliquando est euenire uel prospere
 rē cadere Quod semper felicitatem designat, & op-
 tatum exitum, nisi adiuncto in malam partem sonan-
 ti aduerbio. Cic. Si ex sententia successerit, bene erit
 opera posita. Successor dicitur, qui in alterius locum
 submittitur, uel sufficitur: aut cum hereditas alicui
 obuenit. Cic. Nisi ego successor essem, quem tu cupe-
 res uidere. Successorem dare est officium auferre,
 Capitol. in Anton. Successorem uiuēti iudici nulli de-
 dit, nisi. Orphito praefecto urbis. Successio est in al-
 terius locum subrogatio, uel hereditatis obuentio.
 Cicero. Praeterea Marcellus quidem adhuc nihil re-
 tulit de successione prouinciarum Galliarum. Suc-
 cessus, us, ui, est euentus tam bonis, quā malis. Sep-
 us tamen bonus, quemadmodum sepius succedere
 in bonam partem capitur, quā in malam.

FERRE pro pati, uel tolerare ponitur. Et
 maximam elegantiam habet, cum uel ablati-
 uos, uel aduerbia assumit, & id in utramq; partem
 cum laude scilicet, uel uitio. Cum laude. Cice. Qua
 deniq; illi facilitate, qua humanitate tulit contentio-
 nem meam pro Milone, aduersantem interdum acti-
 onibus suis? Idē. Cum frangerē ipse me, cogerēq; illa
 rre toleranter. Dicimus etiam ferre sapiēter modera-
 tē, fortiter, leuissimē, equo animo, placitē, remissē for-
 tissimē

fiffimo & maximo animo, lètè, æquo & forti ani-
 mo, firmo animo, humaniter, lentè, bellè, fronte
 & uultu bellis. Cicero. Hæc ipsa fero equidem fron-
 te (ut puto) & uultu bellis: sed angor intimis sen-
 sibus. Clementer, non abiectè, patienter, modicè, me-
 diocriter, modestè, humaniter, leniter, facillè, mo-
 destè, molliter. Cice. Cum mollius tibi ferre uideret
 quàm deceret uirum &c. Grauiiter, immoderatè,
 acerbè. Cic. Dolebam & acerbè ferebam, Aegrè
 iniquo animo. Cicero. Periniquo patiebar animo,
 te à me digredi.

Sufferre est pati uel sustinere. Cice. Quàm
 multam si sufferre uoluissent, tum manere in ciui-
 tate potuissent.

Præferre est perpeti, uel tolerare. Cic. Forte
 tibi molestus sum, qui hæc prædicem de me: perfer
 si me amas. Idem. Pertuli crudelitatem inimicorum.

Pati significat ferre, tolerare, uel sustinere. De-
 cimur nos facile aliquid pati, pro assentiri, uel non
 ægro animo aut grauiiter ferre. Cic. Facillè passurus
 est, te quiete, & liberè uiuere Indignè. Cicero. Indig-
 gnè patiebar inconuentum suum Mimi Isideri fili-
 am uenisse. Tolerabiliter. Cicero. Etiam si dolo-
 res tolerabilius patientur. Toleranter. Patieba-
 tur dolorem toleranter. Patiens. Cicero. Meæ
 literæ

literæ te patientiorem, lenioremq; fecerunt. Liuius.
 Cum aquæ uim uehat ingentem, non tamen nauium
 patiens Patibilis dicitur, quod perferri potest. Cic.
 Negligenda mors est: patibiles & labores, & dolo-
 res putandi. Impatibilis, Pli. Impatibili morbo affi-
 ciebatur. Patientia est honestatis, aut utilitatis causa
 rerum arduarum, ac difficilium uoluntaria, ac diu-
 turna perpeſſio. Cic. Obduruerat in patientia eius-
 modi turpitudinis. Patienter ſignificat toleranter,
 uel tolerabiliter, placidè, ſedatè, moderatè, tranquil-
 lè, patienti. animo, lentè, leniter, non repugnanter.
 Cic. Quæ tuliffſe eum fortiter, & patienter ferunt.
 Impatiens dicitur nullius labore, aut doloris patiens
 Pli. Impatiens frigoris ſunt. Impatentia eſt idem,
 quod intolerantia. Pli. Fiunt primo papiliones par-
 uui, nudiq; , mox frigiorum impatientia uillis inhor-
 reſcunt. Impatienter eſt ægre uel moleſtè. Pli. Ama-
 ui conſummatiſſimum iuuenem tam ardentè, quàm
 nunc requiro impatienter.

Perpeti eſt ſufferre, uel perferre. Cic. Mi-
 bi quidem non ita moleſti, facile omnes perpetior,
 & perfero. Perpeſſio, uel perpeſſus, us, ui, eſt per-
 petiendi actus. Cic. O multa dicta grauid, perpeſſu
 aſpera. Idem. Neq; laborum perfunctio, neq; per-
 peſſio dolorum per ſe ipſa allicit.

Tolera

Tolerare est ferre, uel pati, sustinere, uel haurire, uel modicè & summa parsimonia uiuere Ctc. Forti animo istam tolerari abs te militiam audio. Idem. Nobis inter nos nostra sunt uitia toleranda. Tolerans habet genitiuum. Col. Piscium genera dulcis undæ tolerantia. Tolerabilis est idem quod patibilis, scilicet quod tolerari potest. Cic. Græci solent tolerabilis scenore. Tolerantia, uel toleratio pro actu tolerandi sumitur. Ci. Quæ nam alia tolerantio est uerior? Toleranter uel tolerabiliter idem est, quod facile, uel sine discrimine, aut cum tolerantia, toleratione. Cic. Quo tolerabilius igniculum desiderij tui feramus. Intolerans, qui tolerare non potest, impatiens, impotens. Intolerandus. Ci. Res indigna, & intoleranda uidebatur omnibus. Intolerabilis est idem quod intolerandus, uel non ferendus. Cic. Intolerabile est seruire impuro Idem. Intolerabilis est ille dolor. Intolerantia est idem quod impatientia. Cic. Quis illum cum illa superbia, atq; intolerantia ferre potuisset? Intoleranter, uel intolerabiliter est idem, quod impotenter uel impatienter. Cic. Non se intoleranter iactare debet.

Sustinere est pati, ferre, uel tolerare. Cic. Carbonem quoq; propter recentem poenam T. Gracchi sustinimus.

Obdurefcere, uel obdurare eft durum, uel rigidū fieri. Ci. Ita Sopater de ftatua, cum iam penē obduruiſſet, uix uiuus adfertur. Translatè pro tolerare & proferre ponitur. Cicero. Obdurefcunt magis quotidie boni uiri ad uocem tribuni.

Occallere propriè eft totum calloſum eſſe, ſcilicet callum obducere, uel obdurefcere. Plaut. La tera conteram tua, quæ occalluere plagis. Translatè pro perferre, aut perpeti. Cic. De Stachio meminiffe, & nonnullis alijs rebus, angor equidē, ſed iam prorfus occalui. Dicuntur etiam aures noſtræ re aliqua calere, pro ad rem aliquam obdurefcere. Ci. Scio me P. C. in reſpondendo non habere magnā expectationem, quod nullum uos ſciatis nouum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia uetera recognituros, quibus & mea & ueſtræ iam, & ipſius aures calent. Idē. Illud crimen in nummis, quod caluit re recenti, nunc in cauſa refrixit.

Percallere idem eſt, quod magis, ac magis obdurefcere. Ci. Nefcio quo modo uſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientiā.

Callum obducere, pro aſſuetum, firmū & exercitatum reddere, ſed id maximè in rebus aduerſis. Cic. Conſuetudo diuturna callū iam obduxit ſtomaſcho meo. Callus, uel callum propriè eſt cuius la-

bore

bote uia pedibus, aut alio opere in manibus, parte
 ue alia corporis densior facta: cuiusmodi est in suis
 rostro, ceruice bouis, animalium plantis pedum. Ci.
 Mibi calciamentum est solorum callum:

VITA est non solum uis ipsa, qua uiuunt,
 siue rationis participia, siue rationis exper
 tia: sed pro ipso etiam uitae cursu à Latinis accipi
 tur. Vnde dicimus uitam turpē, uel honestam agi,
 aut degi, pro uitae cursum honestū, aut turpem te
 nere, atq; conficere. Præterea ponitur nonnūquam
 uita pro uictu ipso, et ciborū genere, quo uescimur.
 Itaq; uita sit generaliter cōmunis spiritus, uitae cur
 riculū, uel uictus. Cic. Vt considerares in omni reli
 qua uita, quibus crederes, quos caueres. Idē. Omni
 bus uitis uita inquinata. Vita aliquando blandientis
 est, cum aliquē uitam nostram appellamus, eum, uel
 eam scilicet, in cuius desiderio toti acquiescimus. Ci
 cero. Obsecro te, mea uita quod ad sumptū attinet,
 siue alios, qui possunt, si modò uolunt, sustinere. Vi
 tam dare. Ci. Illis si uita lōgior daretur, posset esse
 iucundior. Vitam tradere. Ci. Ab ijs nobis uita, pa
 trimonium, libertas, ciuitas tradita est, uitam con
 cedere. Cicero. Quapropter quando his Cæsar ui
 tam suam liberalitate concessit. Vitam habere ab
 aliquo in Ver. Act. 2. Vitam suppetere. Cicero.

Et scribentur fortasse plura, si uita suppetet. Vita suppeditare, neutrum est. Ci. Cui si uita suppedita-
uisset, sublato ambitu Consul factus esset. In uita
esse est uiuere. Cic. Diutius in hac uita esse nō pos-
sum. Vitam agere. Cic. Vitam in solitudine egit. Vi-
tam degere. Cic. Cum uirtute uitam degit. Vitā, uel
uita uiuere. Cic. Illa, quā tum uiuebas, non erat uita
Vitam traducere est uitam agere. Cic. Quibus hæc
uita factis potius traducatur? Vitam producere.
Ci. Neq; erat, quò uitam produceremus. Vitā per-
ducere ad. Cic. Is uitā ad centesimū annū perduxit,
uitā propagare. Ci. de Inuen. 1. Vita teneri, uel con-
tineri. re ea dicitur qua consistit. Cic. Vita corpore,
& spiritu continetur. Vitā retinere. Cic. Ego uitam
quoad spes erit, retinebo. Vitam sustentare. Ci. Tam
natura uita hominis sustētatur, q̄ uitis, q̄ arboris. Vi-
ta frui. Ci. Eos frui uita, & cōmuni spiritu putat nō
oportere. In uita manere. Ci. Ipsum quod maneā in
uita, peccare me existimo. In uita cōmorari. Cic. Il-
lud quidē nec faciendū est, nec fieri potest, me diu-
tius, quā aut tēpus tuū, aut firma spes postulabit,
in tam misera, tamq; turpi uita cōmorari. Vitæ cur-
sus. Cic. Eū uitæ cursum tenere potuerunt, ut & c.
Vitæ curriculū. Cic. Exiguū nobis uitæ curriculum
natura circūscripsit; immēsū gloriæ uitā sequi, ad

MORIBUS

morū institutionē & cultū refertur. Cic. Hanc uitā
 quietā, & ociosam secuti sumus: quæ quoniā honore
 caret, careat etiā molestia. Vitam colere. Cic. Coluit
 semper uitā cū uirtute. Vitā dirigere. Ci. pro Mur.
 Vitā esse sic, pro sic constitutam esse. Cic. Sic uita
 hominū est, ut nemo ad maleficiū sine causa accedat.
 Ad uitæ exitum uocare. Cic. Si iam uocer ad exitū
 uitæ, nō ab ea Republica auellar, quā carendum est
 doleā. Vita expellere. Ci. Illum uita expulit. Vitam
 adimere. Cic. Si uitam mihi fors ademisset. Vitam
 auferre. Ci. Ei uitā crudeliter abstulit. Vitā eripere
 Cic. Cum ferro uita est erepta. Discedere à uita, est
 mori, uel uitam emittere. Fam. 2. Vitā deserere. Ci.
 Ita fit, ut illud breue uitæ reliquū nec auidè appeten-
 dum senibus, nec sine causa deserendū sit. Vitā pone-
 re. Ci. Hoc deniq; animo sum, ut si in hac cura, atq;
 administratione uita mihi ponenda sit, præclare a-
 ctum mecum putē. Vitā profundere. Cic. Quid me
 ostentet? qui, si uitam pro tua dignitate profundam,
 nullam partē uidear tuorum meritorum assequutus
 Vitam abijcere. Ci. Nusquam facilius hanc miserri-
 mam uitam uel, sustentabo: uel, quod multo est me-
 lius abiecero cum paucis. Vitam edere est uitā por-
 nere. De Finib. 5. Vitam amittere. Cicero. Per sum-
 mum dedecus uitā amisit. Vitam effluere. Cic. Cum

unà cum sanguine uitam effluere sentiret &c.

Vitalis: Vitale est, quod uitam præstat, uel quod uitam habet: ut uitalis sanguis, aura, partus, factus, halitus, motus. Vitalia quoq; dicuntur, eor, iecur, pulmo, cerebrum, in quibus quatuor uite summa consistit. Cic. Salutaris & uitalis calor. Vitalitas est idè quod uita. Pli. Cæteris corruptis, uitalitas in corde durat.

Viuerè est spirare, in uita esse, uel cõmorari, lucem intueri. Cic. Tecum uiuere equidè maximè uellè. Neq; uerò solū uiuere dicuntur uiua, sed etiã uita carentia: in quibus scilicet, uita propter celebritatem nominis, uel præstantiæ constituitur. Sic dicitur aliquis post mortem uiuere gloria & uirtutis celebritate. Dicuntur etiã alicuius opera post mortè autoris uiuere, quæ non intermortua iacent, sed in manibus hominum uersantur. Et accipitur pro uigore. Dicimus quoq; bene uiuere & beatè. Cic. Si bene sentire, rectèq; facere, satis est ad bene, beateq; uiuendum. Coniunctissimè cum aliquo. Humaniter, iucundissimè cum aliquo, quietè, liberè, concordissimè cū aliquo. Fortunatè, in celebritate. Cic. Qui in maxima celebritate, atq; in oculis ciuū quõsdam uiximus, nunc fugientes conspectū sceleratorū, quibus omnia redundant, abdimus nos quantū licet,

& sepe

Et sepe soli sumus. In laude, in tranquillitate, honeste. Terent. Se inhoneste optauit parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper uiuere. Ita uiuam, bene precantis locutio est. Cic. Sollicitas, ita uiuam, me tua, mi Tyro, ualetudo. Ne uiua impre-
cantis particula est, pro disperiam, ne ualeam, ne sim saluus; moriar, male mihi sit. Cicero. Ne uiuam, si, scio.

Viuescere, uel uiuiscere significat uiuere, siue uiuum fieri. Quod uerbum precipue usurpamus, cum de alijs rebus ab homine, et etiam animalibus, quae communi uita fruuntur, loquimur, ut inanimatis. Pli. Cum semen decidens, exceptuq; terra uiuesceret. Viuus est idē, quod spirans, uel in uita comorans, et ad res multae acrimoniae transferitur, uel uehementiae, uel uiuacitatis proprie de homine dicitur. Cic. Inter uiuos non est numerandus. Translatē dicimus uiuū flumen, aqua, radix, ignis, sepes et similia. Col. Vetustissimi autores uiuam sepe struētili prætulerūt. De uiuo resecare, uel detrabere Latini dicūt, cum designāt aliquid de præcipuo, uel de summa præcipua detrabi. Cic. Dat de lucro, nihil detrahit de uiuo, minus igitur lucri facit. Viuax idē est, quod ualidus, uel uitae plurimum habens. Vergil. Palladia gaudent sylua uiuacis oliuae. Viuacitas est

uiuacis uirtus & effectus. Ponitur etiam pro naturali uigore. Col. Multis etiam locis uiuacitatē suam usq; in annos decē prorogat. Viuidus homo multæ uiuacitatis & uehementiæ. Aliquando est extra hominem. Liuius. Vegetū ingenium in uiuido pectore uigebat, uiuebatq; integris sensibus.

Victus, us, ui. Vulp. Victus uerbo continentur, quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendum homini sunt necessaria. Cic. Victu serino uitam sibi propagabant.

Conuictor, qui simul cum aliquo uiuit, bibit, potat, & aliæ uitæ munia communia habet. Horat. Non quia Mecœnas tibi sum conuictor. Conuicere antiquū uerbum. Plau. Misisti ad nauim Sofiā, ut hodie tecum conuiuere? Conuictus, us, ui, est conuersatio, uel commertium. Cic. Is tollit conuictū humanum, & societatem.

Degere est idē, quod usq; ad finē ducere. Et raro hoc uerbū sine uita, uel ætate, uel die ponitur. Vide exemplum in ætatis uocabulo.

Esse pro uiuere. Cic. Nec enim dum ero, angar ulla re. Esse unā, uel cum aliquo, pro conuiuere. Cic. Omne tempus unā fuiffemus. Idem. Me admodum diligunt, mecumq; multum sunt.

Æuum propriē æternitatis esse uolunt, quæ

non nisi in deos cadit . Ponitur etiam pro tempore, uel etate, uel uita. Pli. Vmbritius Aruspicum in nostro auro peritissimus.

Seculum uel seclū nonnulli à sequendo deriuant, quod sequatur, atq; in se reuoluatur. Varrō à sene deriuat, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putauerunt . Aliqui pro spatio centum annorum accipiunt . Vnde carmen seculare Horatij, in quo scribuntur sacrificia, quæ centesimo quoq; anno fiebant. Nonnulli pro spatio triginta annorum ponunt . Nonnulli pro spatio mille annorum. Nos spatium huic uoci nullum prescribimus, sed pro uita, etatis, æui, temporisq; cursu poni tradimus, quanquam non negaro, in seculo aliquā esse annorum iterationem & recursum. Cic. Quorum parietum ornatus tot secula manserat. Secularis. Seculare dicitur, quod cetero quoq; anno instauratur, ut ludi seculares apud Ro. Pli. Minus miror Stephanionē (qui primus togatus saltare instituit) utriusq; secularibus ludis saltasse.

Ætas pro uita hominis accipitur, aliquando pro seculo, id est, centum annis . Interdum pro solo anno, uel pro tempore, unde dicimus aliquid fieri nostra etate . Neq; uerò hominis tantum etas est, sed etiam rerum inanimatarum, ut uini. Cic. In ea tem

pora nostra *et*as incidit. Idē Maior est *et*ate robu-
 flior. Pli. Sua cuiq; *et*as uino gratissima est. *et*as
 inniens. Cic. Ab ineunte *et*ate incensus eram studio
 utriusq; uestrum. *et*as prima. Cice: Quod si ip-
 sis uoluptatibus bona *et*as fruitur, libentius primū
 paruulis fruitur rebus. *et*as progrediens. Cic. Erat
 quidam feruor *et*atis, qua progrediente omnia sunt
 etiam in dies mitiora *et*as grandis. Philip. 5. *et*as
 adulta. In Ver. Act. 5. *et*as media. Cic. Magis ob-
 lectat *et*as media. *et*as prouecta. Cic. Non admo-
 dum grandis natu, sed tamen *et*ate prouectiore. *et*
*et*as corroborata. Cic. Et multarum rerum iucundissi-
 usarum ueritatem dedit, quia non modo hęc *et*as,
 sed etiam iam corroborata caperetur. *et*as forma-
 ta, confirmata, constans, natura, flexibil, ingraues-
 cens, affecta, præcipitata decrepita, extrema. Cice.
 Non tot habet uoluptatum titillationes *et*as extre-
 ma. *et*atis cursus. Cic. Cursus est certus *et*atis, *et*
 uia una naturę, eaq; simplex suaq; cuiq; parti *et*-
 tis tempestiuitas est data. *et*atis progressus, ma-
 turitas, flexus. Cic. Si infinitus forensium rerum la-
 bor *et*atis flexu constitisset. *et*atis infirmitas, im-
 becillitas. Cicero. Ea imbecillitas *et*atis non poterit
 grauitatem rerum sustinere. Id *et*atis. Idem est,
 quod

quod ea etate. Vel eam etatem, ut uerba scilicet assumit, uel ablatiuum uel accusatiuum regentia. Cice. Cum idetatis et priuatus essem. Aetatem habere. Cicero. Qui si iam satis etatis, atq; roboris haberet, ipsi pro. Sexto Roscio diceret. Aetate esse. Cic. Illi etati, qua tum etiam, id laudi dabitur. Aetatum accedere alicui. Cic. Quò plus cuiq; etatis accidit, eò fit tardior. Aetatem agere. Cicero. Propriè acta iam etas, decursaq; . Aetati progredi, procedere, prouehi, anteiire, præcurrere. Cice. Horum uterq; Isocratem etate præcurrit Aetatem degere, terere, conterere, consumere, exigere, præterire pro exigi. Cicero. Tua præterierat iam ad ducendum etatis. Aetate confici. Cice. Tertium genus est etate iam confectum, exercitatione robustum. Aetatem deflectere. Cicero. Hac me sfellerunt, et (ut uerum loquar) etas iam à diuturnis laboribus deflexu ad ocium domesticarum me rerum delectatione molliuit. Aetatula significat teneriorem puerorum etatem, et quasi etatis tyrocinium. Cicero. Facile est hoc cer nere in primis puero rum etatulis.

Aetatis

Subsequantur

PVERITIA (Infantiae & infantis nomi-
na Tomo primo tractauimus) est aetatis pue-
rilis, primum scilicet tempus aetatis & tyrocinium,
uel primus actus uitae, uel incuntis aetatis disciplina
Cic. Qui me à pueritia sua semper obseruant. Idem
Praecipuum hoc est pueritiae ornamentum. Puer,
aut seruum aut puellum, aut puerilem aetatem signi-
ficat. Cic. Iam subito fratris puer proficiscbatur.
Idem. Caesaris pueri mirifica indoles est uirtutis.
Idem Puer emptus libidinis causa. Puerulus, uel pu-
sio est idem. Cic. Socrates pusionem quendam inter-
rogat &c. Sue. Per omne gladiatorum spectaculū
ante pedes eius stabat puerulus coccinatus. Puerilis
propriè. Ci. Exercitatio ea penè puerilis est. Trans-
latè pro inconsulto & uano. Cice. Acta ille res est
animo uirili, consilio puerili. Pueriliter est more pu-
erorum. Cic. Pueriliter id consecretantur philosophi.
Puella, à puero nomine antiquo. Cice. De tutela le-
gitima, in qua dicitur esse puella, nihil usu capi po-
test. Puerpera dicitur mulier, quae recens peperit.
Terent. Multò rectius est, quàm illam puerperam,
nunc duci huc per uiam aegrotam. Puerperium si-
gnificat tempus, quo puerpera ex dolore partus re-
cumbit.

cumbit, uel etiam tempus ipsum, quo parit mulier:
 uel prolem nonnunquam ipsam. Pli. Vno abortu,
 duodecim puerperia egesit. Puerascere est ex acta
 infantia pueritiam inchoare, uel ingredi. Repue-
 rascere est quasi in puerilem ætatem reuerti, & in
 contemptum serè semper sumitur. Cic. Si quis mihi
 deus largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in
 cunis uagiam &c.

Adolescentia idem est, quod ætas iniens,
 uel prima hominis ætas post pueritiam. Cice. Ado-
 lescentia, est flos ætatis. Adolescens, uel adolescen-
 tulus, dicitur aliquis propriè à fine pueritiæ, nempe
 ab anno duodecimo, usq; ad annum uicesimum pri-
 mū, quamdiu scilicet homo, teste Plinio, crescit in lon-
 gitudinē corporis, & lanuginē primā pducere incē-
 pit. Dicitur aut tam de foemina, quàm de homine. Di-
 cimus etiam adolescentē hominem, quemadmodum
 puerum infantem. Cic. Homineim adolescentem non
 tam allicere uolui, quàm alienare nolui.

Adultus dicitur, cum aliquis percreuit. Et
 tam de personis, quàm de rebus. Cice. Eloquentiam
 tueamur, ut adultam uirginem, castè.

Iuuentus est ætas inuenilis, quæ & iuueni-
 litas & iuuenta dicitur. Ponitur etiam pro multitu-
 dine iuuenum. Cic. Imperia ascribebantur nouæ iu-
 uentuti.

uentuti. Iuuenta. Pli. Nec nisi iuuenta constante, ille
 quæritur uigor. Iuuenis dicitur, qui adolescentis æta-
 tem excessit. Cice. Vellem suscepiffes iuuenem regen-
 dum. Iuuenilis. Cic. Iuuenilis ea redundantia erat.
 Iuueniliter est more iuuenum quemadmodum &
 pueriliter. Cicero. Annibalem iuueniliter exultan-
 tem patientia sua mollebat. Dicimus præterea à pa-
 uis, uel à paruulo. Cice. A paruus ea didicimus. Cæ-
 sar. A paruulis duritiæ, ac labori student. A. tene-
 ris, à tenero, à teneris unguiculis. Cice. Qui mihi à
 teneris unguiculis es cognitus, hoc est, ab infantia.
 Col. Eam partem cæli spectent, cui à tenero consue-
 uerūt, Id est, cum adhuc teneræ essent. Verg. Adeo
 à teneris consuescere multū est. A cunabulis uel inca-
 nabulis. Li. Ab in cunabulis erat imbutus odio. Tri-
 bunorum. Plaut. Vsq; à cunabulis, id est, ex quo es-
 set adhuc in cunabulis. Ab infante. Col. Eligendus est
 rusticus operibus ab infante duratus. A. primis tēpo-
 ribus ætatis. Ci. Cū recordaret te à primis tēporibus
 ætatis in republica uersatū. A prima ætate Ci. A pri-
 ma ætatis te dilexi. Ab initio ætatis. Ab initio ætatis
 mihi charus fuisti. A puero. Cic. Quam tu à puero
 præstitisti. Ab ineunte ætate. Cic. Ab ineunte ætate
 illum amaui. A pueritia. Cic. A pueritia sua semper
 me obseruauit. Ab adolescentia prima, uel ineunto.

Cic. Cuius ego dignitatis ab adolescentia fautor fui.
 Idem. Ab ineunte etate adolescentia me obseruauit.
 Ab adulescentulo. Cic. Qui ab adulescentulo quaesitum sibi instituisse sine impendio. A iuuenta. Liuius. Arte quoq; quadam à iuuenta in ostentationem earum rerum compositus erat.

Ephebus dicitur, qui ad pubertatis annos peruenit. Vnde dicitur Excedere ex ephebis cū gradiores facti sumus. Cic. pro Arch. Poëta ut primum excessi ex ephebis &c.

Maior natu, progressum etatis designat. Cuius fuit natu maior, quam Plautus. Grandis natu idem est, quod etate prouectus. Cicero. Grandes natu matres occurrebant.

Senectus est propè acta iam etas, decursaq; ultimum tempus etatis, maturitas etatis, canities, occasus uitæ. Propriè. Senectus est natura loquacior. Trāslatè ponitur, pro grauitate, & rei de qua loquimur, maturitate & pondere. Cic. Cum Oratio canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem. Senectutem adipisci. Cic. Senectutē ut adipiscerentur, omnes optant: eandem accusant adeptam. Senectute esse. Philip. 8. Senectutem exuere. Plin. Angues eo modo, & stelliones senectus exuunt. eamq; protinus deuorāt præcipientes comitiali morbo remedia. Senectus est tempus senectutis,

quam quidam sextam hominis aetatem interpretantur. Aetas enim prima incipit ab infantia usque ad septimum annum, quae quidem aetas nomen accepit à non fando, quia homo in ea non fatur, uel si fatur, imperfectus est eius sermo. Secunda, pueritia, cuius pars est puertas, usque ad decimum quartum annum. Tertia adolescentia. Quarta iuuenta. Quinta uirilis aetas. Sexta senectus cuius pars est aetas decrepita. Cice. Etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire eam aetate esse odiosum se alteri.

Senium est idem quod senectus. Dicimus enim hominem confectum senio, pro sene. Dicitur & senium, tædiū, & odium. Dicitur à senectute, quod senes omnibus odio sint, & tædio. Ponitur etiam pro tristitia & squalore, uel pro de cursu, ut senium Lucae. Porro ad conuiuium nonnunquam à Latinis refertur. Terent. Ut illum dii, de eoque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Pli. Quidem Lucae senio annum determinabant, ut Aegyptij. Cicero. Lucae senatus, moeret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est.

Senex idem est, quod aetate precipitatus, grandis natu: aetate, uel senio confectus. Cice. Tristis ac decrepitus senex. In comparatiuo gradu aliquam speciem dignitatis habet. Linius. Scriptum erat, Aristonens

stonem priuatim ad nēminem : publicè ad seniores (ita Senatum uocabant) mandata habuisse. Senilis est res ad senem pertinens, uel quod senij imaginem refert. Cicero. Senile corpus paludibus demersum occultauit.

Canus dicitur senex, cui cadent, siue albenē capilli prae senectute, idq; translātē. Propriè enim canum dicitur, quicquid album est, & candidum, siue id positum sit in persona, siue extra personam egrediatur. Extra personam pro antiquo, uel uetusto accipitur. Ci. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus. Verg. Cana fides, quod ea in canis hominibus inueniatur: uel quod ei albo panno inuoluta manu sacrificatur, per quod ostenditur fidem secretā esse debere. Alij pro uetere & antiqua fide interpretantur. Cani canorum pluraliter, dicuntur capilli albi in capitibus senum. Cice. Non cani, non rugę repentē auctoritatem afferre possunt. Canicies est color hominis cani, uel etiam ipsa senectus, siue hominis, siue animalium aliorum. Cice. O turpent exacta etate caniciem. Canescere, est. canum fieri, uel senescere, ac deflorescere. Cic. Cum ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem. Canēre idem est quod canescere, canum scilicet fieri, & album, ut

○

cariē

canēt herbae, hoc est albescunt, matutino rore asper
se. Verg. 2. Et glauca cānentia fronde salicta.

Decrepitus significat senectute affectū, uel
confectū, uel qui summa senectute est. Cice. Tristis
ac decrepitus senex.

Mors est interitus, occasus, fatum, letum, su
premius uitae dies, uel discessus è uita. Ci. Omnium re-
rum mors est extremū. Idē. Mors naturae finis est,
non poena. Mortem definire. Cic. Cum sit omnibus
definita mors, optandum est, ut uita, quae necessitati
debetur &c. Mortem imminere, impendere, offer-
re, offerre. Cic. Eadē sibi manu uitam exhausit, qua
mortem saepe hostibus obtulisset. Morti obijcere.
Cic. Qui consulē morti obieceris, inclusum obside-
ris extrahere ex suis tectis conatus sis. Mittere uel
ducere ad mortē. Cic. Cum duceretur ad mortē, ni-
hil de grauitate remisit. Morte afficere. Cic. Homi-
nes inimicos suos morte affici uoluit. Mortem sibi
consciscere. Cic. Consciscenda non est mors uolunta-
ria, Mortem oppetere. Cicero. Mors necessitatem
habeat fati: aut si antē oppetenda est, oppetatur
cum gloria. Mortem capere. Cicero. Non mors mi-
seranda est, quae ob rempublicam capitur. Mor-
tem obire. Cicero. Alexander tertio & tricesimo
anno mortem obijt. Mortem cum uita commutare.

Cic. Hisce temporibus non pessimè, cum ijs est actus quibus siue dolore licitum est.

Mortifer res quæ mortem affert. Ci. Mortiferum illi poculum præbuit. Mori est è uita excedere, uel uita priuari, uel interire. Propriè. Cic. Mori millies præstitit, quàm hæc pati. Translatè. Ci. Ne suauissimi hominis memoria moreretur. Emori, uel demori idem est, quod mori. Cicero. Emori cum pernicie reip. nolui. Mortuus est morte deletus, sensu ac uita carens. Propriè. Cicero. Infra omnes mortuos mandandus est. A mortuis excitare pro in uitam reducere. Excitare autem eos dicuntur Oratores à mortuis, quorum uita defunctorum fidem uehementius ad rem probandam implorant, & obtestantur. Cic. Si causam ageres militis, patrè eius dicendo à mortuis excitares. Mortuo uerba facere, est frustra uel suadere, uel orare, perinde quasi mortuo quis loquatur. Terentius. Verba fiunt mortuo. Translatè. Cicero. Cæsar cum uenisset, mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Demortuus idem est, quod mortuus, & est propriè & translatè. Ci. Nostri familiares sunt serè demortui. Plau. Potationes plurimæ demortuæ, quot ad eò cœnæ, quas demortuæ, demortuæ.

Series.

VITAM exhaurire. Cic. Eadem sibi manus
uitam exhausit. Vitam reddere. Cice. Qui
pro republica uitam reddiderunt. Vitam natu-
ræ reddere. Vitam ponere, profundere, deserere,
dimittere amittere. E uita cedere, discedere, decede-
re, recedere, excedere, desciscere. E uita uel de uita
exire. E uita migrare, demigrare, emigrare, uitam
aliquē deficere. Vita priuari, uitalia lumina linque-
re, uitæ extremum spiritum edere, uitæ supremum
diē agere, uitæ extremū diē morte conficere, uita ca-
rere. Mortem obire, oppetere, cupere. Mortem, uel
morte occūbere. Liuius. Qui pugnantes morte occu-
buiſſent. Mortē cum uita commutare. Animū ef-
flare. Ci. Cyrum animam efflantē reliquit. Animam
edere. Cic. Si tunc P. Sestius in tēplo Castoris animā
quam uix retinuit, edidisset, non dubito, quin &c.
Animā agere, dimittere, amittere. Decedere pro ē
uita excedere. Cicero. Pater nobis deceſſit ad septi-
mum calendās. Decembres. Interire. Cic. Ut poſſe
uideremur sine dolore interire. Interitus, us, ui. Ci.
Gracchi immaturus interitus fuit. Occumbere.
Vergilius. Seu certæ occumbere morti. Occidere.
Ci. Hic quidē in ipsa uictoria occidit. Occasus, us, ui
Peri-

Perire, dissolui, dissipari, deleri, extingui, absumi, morbo opprimi, lucis usuram reddere, lucis usuram amittere. Obire, est mori, uel interire. Plaut. Malo cruciatu ut pereas, atq; obeas citò. Obitus, us, ui, pro occasu, uel ineritu. De personis. Cic. Dein de obitu fratris literas accepissem. De rebus. Cic. Quis siderum ortus, obitus, motusq; cognouerunt. Translatè. Cicero. Qui dies post obitum, occasumq; nostrum reipub. primus illuxit. Obire suum diem. Extremum spiritum effundere, ex corporis uinculis euolare, ex carcere, uel ergastulo solui, aut liberari. Ex uiuorum numero exturbari. Ab hominibus demigrare, bonis omnibus eripi, sensu carere.

Letum est mors, uel obitus. Cic. Vide, quam turpi leto pereamus. Letalis est mortifer. Cic. Nihil ego illa impudentius, astutius, letalius uidi. Letaliter est idem, quod cum leto, uel leto imminente. Pl. Oues quidem letaliter circum renes concreto pingui. Letifer, res quæ infert mortem. Columel. de canibus loquens. Et (ut plurimi pastores affirmant) rabies arcetur, letifer morbus huic generi. Letatus. Letatum est idem, quod morte mulctatum, & interemptum. Ouidius. Ut nemus intrauit, letataq; corpora uidit.

FVNVS est supremi diei celebritas, & pompa exequiarum. Translatè pro ruina & calamitate ponitur. Ci. Mater exequias funeris filij persecuta est. Funus facere antiqui posuerunt, pro mortem inferre. Plaut. Acerbum funus filiae faciet, si te carendam est. Aliàs est funus celebrare. Cic. Mater ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Funeri operam dare. Cic. Ibi Pyliam uidi, uenerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Funere efferri. Cic. Meministine te clamare causam perijisse, si funere clatus esset? Funus ducere. Ci. Huic acerbissimum uiuio, uidentique; funus ducitur. Funus procedere. Terentius. Funus interim procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus in ignem posita est, fletur.

Efferri dicitur, quasi prouchi, & extolli: quoniam cum pompa ferri solebat humeris clarorum uirorum feretro suppositis. Ci. Cum efferretur magna frequentia.

Funeris. Cic. Laudationes scribuntur ad funebre concionem. Funereus. Martial. Funereaque toris quassat uterque faciem. Funestus funestum dicitur, quod funere inquinatum, uel quod funus adfert, uel quod funeri operam dat, ut funesta familia, quae exequias, & funus celebrat. Ponitur etiam pro pestifero, uel pernicioso.

tiōso . Cicero . Coloni agrorum ad huius securim funestam sunt seruati . Funestare est funere inquinare . Cicero . Funestari concionem carnificis contagione ueto .

Iusta dicuntur sacrificia, uel exequiæ, quæ mortuis impenduntur : quòd iure fierent his, qui de nobis uiuentes benemeriti fuerant . Cice . Iusta funerū reijcit, ad interpretes religionum . Iusta facere . Sall . More regio iusta magnificè fecerant . Iusta soluere . Cice . Nondum paterno funeri iusta soluerat . Iusta peragere . Pli . Eæ cum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam . Iustis carere . Cic . Non solum uita cruciati, atq; dedecore, uerum & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt .

Exequiæ . Latini uocant exequias funebre pompam, uel funebre officiū, quod scilicet in funere alicuius exequimur . Cicero . Ut amici conuenirent ad exequias cohonestadas . Exequias ducere est funus ducere, uel celebrare . Pli . De equo Alexãdri loquēs . Propter quæ rex, defuncto ei duxit exequias .

Sepelire est humare, in sepulchro condere, corpus terræ reddere, uel humo iniecto contere . Propriè . Cicero . Surge, & sepeli natum .

Translatè. Cic. Cerno animo sepultam patriam. In sepultus est inhumatus, qui scilicet sepultura, & iustis exequijs caruit. Cic. Cerno animo miseros, atq; insepultos accruos ciuium. Translatè. Cic. Vestra uirtus nec obliuione eorum, qui sunt: nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. Sepultura est humatio, uel bustum, sepulchrum, uel ipse sepeliendi actus. Cic. Illam insepultam sepulturam effecerant. Sepultura afficere. Cic. Cum ignotum quendam proiectum mortuum uidisset, eumq; humauisset, haberetq; in animo nauè conscendere, moneri uisus est, ne id faceret, ab eo, què sepultura affecerat. Sepulchrū est tumulus, bustū, uel monumentū, locus scilicet in quo corpora, ossa uè demortuorū corporū reconduntur. Cic. Quid sepulchrorum monumenta significant?

Bustum propriè dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturq; combustū, quasi bene uisū. Bustuarij à busto dicti sunt gladiatores, cum mos esset in sepulchris uirorū fortium captiuos necari, id quod postea cum crudele uisum foret, placuit, ut eo more sublato introducerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicaret, à quo bustuarij sunt appellati. Ci. Si mihi cum illo bustuario

gladiatore, & tecū, & cum collega tuo decertandum fuisset &c.

Tumulus propriè est terra tumens, uel locus ex terra leuiter eminens. Cic. *Queris, utrū magis tumulis, prospectuq; , an ambulatione delecter.* Tumulosus est tumulis plenus. Sallust. Deinde tertia multò ante lucis aduentū peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duūm millium intervallo. Tumulus hic pro sepulchro. Ci. *Quò magis est æquum, tumulis mandare peremptos.*

Monumentum uide primum **Tomum**.

Elogium est testificatio de aliquo, honoris, uel uituperationis causa. Cic. *Non elogia monumentorum id significant.*

Epitaphium propriè dicitur inscriptio, que fit supra sepulchrū in laudē, uel uituperationē defuncti. Cicero. *Quid uerò in epitaphio? quomodo idem?*

L A U D A R E est uerbis extollere, uel efferre. Cicero. *Bibulus in cælo est, nec quaere scio: sed ita laudatur, quasi unus homo cunctando restituit rem.* Laudatus est laudibus celebratur, uel abundans. Ci. *ad Brutū.* Res omnium consensione laudata. Laudator est testis innocentie, uel uirtutis alicuius. Cicero. *Qui rerum mearum gesta-*

rum laudatores fuerunt. Laudatrix, Cicero, Viti-
rum laudatrix fama popularis. Laudabilis uel lau-
dandus est, qui laudem in se habet probatus, prædi-
candus. Cic. Philosophia est rerum laudandarum
omnium procreatrix. Laudatè. Cic. Non obest mihi
turpis, & nocens, sed honestissimè, laudatissimèq;
acta uita. Laudabiliter. Cic. Quid? ad rectè, hone-
stè, laudabiliter, postremo ad beatè uiuendum satis
nè est præsidij in uirtute? Laudatio est laudantis
oratio, commendatio, uel oratio funebris. Cic. Re-
cordare, quibus laudationem ex ultimis terris mis-
ris. Laus est præconium, commendatio, uel gloria.
Cic. Hæc nostra laus erit illustrior. Laudem quere-
re, uenari, libare. Cic. Vide, ne facias impudenter,
quituo nomini uelis ex aliorum laboribus libare
laudem. Ad laudem incumbere. Cicero. Quare, mi
Plance, incumbere toto pectore ad laudem. Laudem
haurire. Cic. Eodem fonte se hausturū intelligit lau-
des suas, è quo sit leuiter aspersus. Laudem compara-
re. Laudem sibi parare. Off. 2. Laudem colligere,
adipisci, consequi, uel assequi, habere. Habet aliquis
laudem de nobis, qui laudes nostras affert & cele-
brat, quo eo modo dicitur, quod orationē haberi. Ci.
Bruti nostri quotidianis, assiduisq; laudibus, quos
ab eo de nobis haberi permulti mihi renunciaue-
runt,

runt, commotum istum esse aliquando scripsisti. Ha-
 bet etiam res laudem, quæ laudabilis est. Cic. Breui-
 tas in uniuersa eloquentia laudem non habet. In lau-
 de esse est idē, quod laudem habere. In Ver. Act. 2.
 Laudibus procedere, florere, cumulari, abundare,
 Cic. Mihi quidem certe uir abundans bellicis laudi-
 bus. Cic. Pompeius. Laudem alicuius florere. Cice.
 Præsertim cum sit hoc generi hominum propè natu-
 ra datum, ut qua in familia laus aliqua fortè floru-
 rit, hanc ferè, qui sunt eius stirpis, cupidissimè per-
 sequantur. Laudi fauere, suffragari, seruire, subueni-
 re. Cic. Hoc à te peto, ut subuenias huic meæ sollici-
 tudini, & huic meæ laudi. Laudi alicuius præesse.
 Cic. Quod eo liberius ad te scribo, qui non solum tē-
 poribus hijs, sed etiam olim nascenti propè nostræ
 laudi, dignitati, uirtutiq; præfuisi. Laudem imper-
 tiri, concedere, transfundere. Cic. Me aliqua ex par-
 te in societatem tuarum laudum uenire patiare:
 quanquam, mi Dolobella, libētius omnes meas, si mo-
 dō aliquæ sunt meæ laudes, ad te transfuderim, quā
 aliquam partem exhausserim ex tuis. Laudibus affi-
 cere. Cic. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici
 solent. Laudem tribuere. Cicero. Illius eloquen-
 tiæ magnam laudem tribuit. Laudibus ornare.
 Cice. Fam. 2. Ornauit res nostras diuinis laudibus.

Lauda

Laudibus illustrare. Cic. Semper aliquid ex se pro-
 mat, quod alios delectet: te ipsum laudibus illustret.
 Laudes alicuius celebrare: uel laude aliquē celebra-
 re. Ci. Auus tuus nulla illustri laude celebratus fuit
 Laude ferre, uel efferre in cœlum, uel ad cœlū. Cic.
 Omnes cum te summis laudibus ad cœlum extule-
 runt, mihi protinus gratias agunt. Idem. Meum iu-
 dicio reprehendi ab omnibus mallet, quàm illum
 non efferre laudibus. Laudes diffundere. Cic. Cn.
 Pompeij sic latè, longèq; diffusa est laus, ut eius glo-
 riæ domicilium, comunis imperij finibus termine-
 tur. Laudi dare. Ci. Fabio laudi datum est, quòd fin-
 geret. In laude ponere est laudare. Cic. Eos in magna
 gloria, & laude ponendos puto. Laudi esse. Cic. Ut
 sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus, opto. Lau-
 dem præripere. Cic. Ne istius quidē laudis ita sum
 cupidus, ut alijs eam præreptam uelim. Laudibus
 obscuritatē præferre. Cic. Neq; si tuæ res gestæ ce-
 terorū laudibus obscuritatē attulerunt, idcirco. Cn.
 Pompeij memoriā amissimus. De laudibus delibare,
 est de laudibus detrabere. Ci. Nec putabā posse me
 quicquam de laude ieiuni hominis delibare. Laudē
 minuere. Ci. Multum interest, utrum laus minuatur
 an salus deferatur. Laudē imminuere. Fam. 9. Lau-
 dem obterere. Cic. Obtestor uos, ne obteri laudē im-
 peratoriam

peratoriam criminibus auaritiæ uelitis. A laude abesse, pro laude carere. Cic. Illi optimi ciues sunt, & ego ab illa laude non absum, id est, illa laude non ca-
reo. Laudem referre. Cic. Lucius Flaccus ueterẽ.
Valeriæ gētis in liberanda patria laudẽ propè quin-
gentesimo anno retulit.

Dilaudare est uariè laudare. Cic. Ego au-
debo legere unquàm, aut attingere eos libros, quos
tu dilaudas si tale fecero?

Collaudare est laudare, uel comprobare.
Cicero. Non cohortandus, sed potius collaudan-
dus uidetur.

Prædicare est laudare, celebrare, decanta-
re, uel cõmemorare (sed id sæpius cum laude, quàm
sine laude) palàm aliquid promulgare, & pronun-
ciare ex Senatusconsulto, ut faciunt præcones. Cic.
Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti. Præ-
dicandus uel prædicabilis idẽ est, quod gloriandus,
uel præ se ferendus. Cic. Nec in misera uita quicquã
est prædicabile, aut gloriandum: nec in ea, quæ nec
misera sit, nec beata. Prædicator est laudator, bucci-
nator, uel præco. Cice. Volunt me esse sui facti &
prædicatorem & autorem. Prædicatio, uel commẽ-
moratio. Poniturq; tam passiue, quàm actiue. Cice.

Tua

tua prædicatione factum est, ut tantum ei debere uidereris
 Præconium est laus, uel ars præconis, unde dicimus, facere præconium, pro artem præconis exercere. Cic. O me miserum & acerbum præconium Idem. Rescripsit eos, qui fecerunt præconium, uetari esse in Decurionibus.

Præco est buccinator, uel prædicator, dictus à præcinendo, quod antè canat, & annunciet, quod est faciendum. Erant enim præcones, qui iussu magistratus publicè aliquid ore denunciabant, qui aucionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicabant. Erant quoque præcones in iudicijs, qui Senatusconsulta prædicabant, & recensabant, posteaquæ erant decreta. Qui Iudices & Candidatos suis nominibus appellabant, quales sunt, quos Hostiaros uulgo uocamus, qui etiam literas in Senatu publicè legebant: qui item bona, quæ proscribebantur, publicè aucioni proponebant, ac proclamabant, & pretia conficiebant. Cic. De quo homine præconis uox predicat, & precium conficit. Idem. Per præconem uendidit sua bona.

Buccinator, propriè est, qui buccina canit, ut buccina signum dat. Ponitur tamè pro laudatore, uel prædicatore. Cic. Quod polliceris, te fore buccinatorè existimationis meæ, firmo id animo facias licet

Decantare est idē, quod celebrare, uel lau-
dare, uel cantare, & peruulgare. Cic. Hæc decan-
tata erat fabula,

Venditare propriē, est uenale habere. Cic.
Tusculanū uenditat, ut si posset, emat Pacilianam
domū. Translatè accipitur pro ostentare, uel per
assentationē operam suā ultro spondere, quasiq; ue-
nalem polliceri. Tracta metaphora ab institutori-
bus, qui merces suas ostentare percupidè solent.
Cic. Venditare ingeniū, & ostentare memoriā, tur-
pe est. Venditatio est ostentatio. Cice. A multis ipsa
uirtus contemnitur, & uenditatio quedam, atque
ostentatio esse dicitur.

Iactare hic est magnificè loqui, gloriari, uel
uerbis se efferre. Cic. Se magnificè iactat, atq; ostens-
tat. Iactator significat gloriosum. Quint. Is quidem
rerū à se gestarū maior, quàm eloquētiæ, fuit in ora-
tionibus utiq; iactator. Iactatio. Cic. Ex magna ia-
ctatione maris terram intuens. Ponitur etiam pro
ostentatione, uel uenditatione. Cice. Hic est primus
aditus ad iactationem popularem. Iactantia. Quin-
til. Veritus opinionem iactantiæ.

Ostentare est uenditare, uel præ se ferre.
Nōnunq̄ etiā pro ostēdere ponitur, sed ferè semper
gloriādi causa. Cic. Aliud obscure molitur, aliud
specie

specie simulationis ostentant Ostentator est iactator, qui se, suaq; ostentat, uenditareq; conatur. Liuius. Magnus erat factorum suorum ostentator. Ostentatio significat uenditationē, iactationē, simulationē uanitatem, gloriam. Cic. Intelligis ostentationes nūc in discrimen esse adductas.

Commendare est probare, laudare, uel gratiorem facere. Cice. Vox maximè eloquentiam commendat Aliquando est committere, concredere, in fide, & religione alicuius ponere. Ci. Commendo tibi oīa eius negotia, liberos procuratores, familiam Dicimus etiam commendare religiose, maiorem in modum, unicè ualde. Ci. L. Valerium Iuriscōsultum ualde tibi cōmendo. Dicimus præterea Cōmendare de meliore nota, pro cōmendare summo studio uel magnopere, ut rem in primis commendatione dignā. Fam. 7. Quare. Cice. Ni perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commenda. Commendatus pro laudabili, uel grato, uel in gratiam posito accipitur. Cic. Homo fālsa opinione, orrare hominum commendatus. Commendatum habere. Cic. Vale, & matrem, meosq; tibi commendato, habe. Commendator uel commendatrix est, qui uel quæ commendat aliquem alteri, uel laudat. Cic. Proscelē ita se res habet, ut quō
tiam

hiam uitiorum emendatricē, legē esse oportet, com-
mendatricēq; uirtutum, ab alia uiuendi doctrina di-
catur. Commendabilis, res digna ut laudetur. Plin.
Commendabili succo ex austero & dulci. Commen-
datitius. Ci. Etsi Statueram nullas ad te literas mit-
tere, nisi commendatitias, tamen &c. Commen-
datio aut pro fiducia committentis ponitur, & pro
actione probantis, uel laudantis, aut pro laude. Ci.
Fuit illa diligens commendatio. Idem prima com-
mendatio proficiscitur à modestia. Commendationē
egere. Cic. Iste tuus amicus apud me cōmendationē
non eget. Commendationem comparare. Cic. Prima
est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex
bellicis rebus comparari potest. Commendationem
dare. Cic. Commendationem ineuntis ætatis ab im-
pietate & scelere duxit. Commendationē habere.
Cicero. Hæc causa tantum commendationis habuit.
Commendationem euertere. Ci. Huius mores omnes
commendationem ingenij euertunt. Commendationē
renouare. Cice. Ego renouabo commendationem;
sed tempore.

Tradere est commendare hic, sed paulò uer-
bementiore significato est. Ci. Eum tibi poenitus cō-
mendo, atq; trado.

Deponere hic est credere, & fidei alicuius

committere. Ac dicimus deponere aliquid apud alium quem, uel in fide, aut apud fidem alicuius. Dicimus etiam deponere cum aliquo, quod Barbari dicunt, ponere in ioco, uel in pignore. Cic. Apud me id puto depositum. Depositus aliquando pro desperato uel pro re desperata salutis ponitur. Ci. Itaque mihi uideor magnam, & maximè egram, & propè depositam reipublicæ partem suscepisse. Aliquando pro credere. Ci. Id habebat apud illum depositum. Depositum, ti, substantiuum significat rem alicui commissam & datam, ut eam seruet. Ci. Ut si iustum depositum reddere in rectè factis sit.

Committere hinc pro deponere, tradere, uel exponere. Ci. Quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? Accipitur etiam pro ad contentionem, uel concertationem exhibere. Unde committi gladiatorum paria dicebantur in spectaculis, et athletarum certaminibus, id est, ad digladiandam copulari, compararique. Suet. Circenses etiam frequenter in Vaticano commisit. Ponitur quoque pro mutuo irritare, et ad disidium impellere. Suet. Non cessauit ex eo criminari alterum alteri, & inter se omnes committere. Præterea ponitur pro suscitare. Inde bellum commissum, cum aliqua iniuria laceffente bellum inter duos Populos irritatur, quasi que re ipsa inducitur.

Liuius. 1 bell. Pu. 2. Ad hæc ponitur pro incipere; uel cõmittere prælium, ludos. Ci. Quo die ludi comittebantur. Præterea est in pœnam cadere. Ci. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericinæ cõmissam esse dicerent. **Commissio.** Plin. Proximis sacerdotalibus ludis pro dũctis in commissione pantomimis, cum simul theatro ego, et **Quadratus** egredere mur. Aliàs significatiõnem sui uerbi habet. Cõmissura est iunctura, ut est cõmissura tabularum, & rerũ aliarum istiusmodi. **Cic.** Molles sunt digitorum commissuræ.

Credere est committere, uel deponere. **Cic.** Illi committebat sua omnia consilia.

Concredere est idem, quod credere, id est, seruandum dare, & fidei alicuius tradere. **Cicero.** Cui fortunæ uiui commendatæ sunt, atque concredite.

Creditor. Creditorũ appellatione non ij tantũ accipiuntur, qui pecuniã crediderunt, sed oēs, quibus ex qualibet causa debetur, sicuti exempto, ex locato, uel ex ullo alio contractu. **Cic.** Vnã agebant cæteri creditores.

Pignus est, quod datur, ut creditor sit securus rei credite: sic pro fiducia, uel securitate sæpe accipitur, **Græci** hipothecam uocant,

FVNVS est supremi diei celebritas, & pompa exequiarum. Translate pro ruina & calamitate ponitur. Ci. Mater exequias funeris filij persecuta est. Funus facere antiqui posuerunt, pro mortem inferre. Plaut. Acerbum funus filie faciet, si te carendum est. Alias est funus celebrare. Cic. Mater ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Funeri operam dare. Cic. Ibi Pyliam uidi, uenerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Funere efferri. Cic. Mcministine te clamare causam perijisse, si funere elatus esset? Funus ducere. Ci. Huic acerbissimum uiuo, uidentique funus ducitur. Funus procedere. Terentius. Funus interim procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus in ignem posita est, fletur.

Efferri dicitur, quasi prouchi, & extolli: quoniam cum pompa ferri solebat humeris clarorum uirorum feretro suppositis. Ci. Cum efferretur magna frequentia.

Funeris. Cic. Laudationes scribuntur ad funebre concionem. Funereus. Martial. Funereaque toris quassat uterque facem. Funestus funestum dicitur, quod funere inquinatum, uel quod funus adfert, uel quod funeri operam dat, ut funesta familia, quae exequias, & funus celebrat. Ponitur etiam pro pestifero, uel pernicioso.

tioso . Cicero . Coloni agrorum ad huius securim funestam sunt seruati . Funestare est funere inquinare . Cicero . Funestari concionem carnificis contagione ueto .

Iusta dicuntur sacrificia, uel exequiæ, quæ mortuis impenduntur : quòd iure fierent his, qui de nobis uiuentes benemeriti fuerant . Cice . Iusta funerũ reijcit, ad interpretes religionum . Iusta facere . Sall . More regio iusta magnificè fecerant . Iusta soluere . Cice . Nondum paterno funeri iusta soluerat . Iusta peragerẽ . Pli . Eæ cum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam . Iustis carere . Cic . Non solum uita cruciati, atq; dedecore, uerum & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt .

Exequiæ . Latini uocant exequias funebrẽ pompam, uel funebre officium, quod scilicet in funere alicuius exequimur . Cicero . Ut amici conuenirent ad exequias cohonestãdas . Exequias ducere est funus ducere, uel celebrare . Pli . De equo Alexãdri loquẽs . Propter quæ rex, defuncto ei duxit exequias .

Sepelire est humare, in sepulchro condere, corpus terræ reddere, uel humo iniecto contegere . Propriè . Cicero . Surge, & sepeli natum .

Translatè. Cic. Cerno animo sepultam patriam. Ino sepultus est inhumatus, qui scilicet sepultura, & iustis exequijs caruit. Cic. Cerno animo miseros, atq; insepultos accruos ciuium. Translatè. Cic. Vestra uirtus nec obliuione eorum, qui sunt: nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. Sepultura est humatio, uel bustum, sepulchrum, uel ipse sepeliendi actus. Cic. Illam insepultam sepulturam effecerant. Sepultura afficere. Cic. Cum ignotum quendam proiectum mortuum uidisset, eumq; humauisset, haberetq; in animo nauè conscendere, moneri uisus est, ne id faceret, ab eo, què sepultura affecerat. Sepulchrū est tumulus, bustū, uel monumentū, locus scilicet in quo corpora, ossa uè demortuorū corporū reconduntur. Cic. Quid sepulchrorum monumenta significant?

Bustum propriè dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturq; combustū, quasi bene uisū. Bustuarij à busto dicti sunt gladiatores, cum mos esset in sepulchris uirorū fortium captiuos necari, id quod postea cum crudele uisum foret, placuit, ut eo more sublato introducerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicarēt, à quo bustuarij sunt appellati. Ci. Si mihi cum illo bustuario

gladiatore, & tecū, & cum collega tuo decertandum fuisset &c.

Tumulus propriè est terra tumens, uel locus ex terra leuiter eminens. Cic. *Queris, utrū magis tumulis, prospectuq; an ambulatione delecter.* Tumulosus est tumulis plenus. Sallust. Deinde tertia multò ante lucis aduentū peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duūm millium interuallo. Tumulus hic pro sepulchro. Ci. *Quò magis est æquum, tumulis mandare preemptos.*

Monumentum uide primum Tomum.

Elogium est testificatio de aliquo, honoris, uel uituperationis causa. Cic. *Non elogia monumentorum id significant.*

Epitaphium propriè dicitur inscriptio, que fit supra sepulchrū in laudē, uel uituperationē defuncti. Cicero. *Quid uerò in epitaphio? quomodo idem?*

L A U D A R E est uerbis extollere, uel lefferre. Cicero. *Bibulus in coelo est, nec quare scio: sed ita laudatur, quasi unus homo cunctando restituit rem. Laudatus est laudibus celebratur, uel abundans. Ci. ad Brutū. Res omnium consensione laudata. Laudator est testis innocentie, uel uirtutis alicuius.* Cicero. *Qui rerum mearum gesta-*

rum laudatores fuerunt. Laudatrix, Cicero, Viti-
rum laudatrix fama popularis. Laudabilis uel lau-
dandus est, qui laudem in se habet probatus, prædi-
candus. . Cice. Philosophia est rerum laudandarum
omnium procreatrix. Laudatè. Cic. Non obest mihi
turpis, & nocens, sed honestissimè, laudatissimèq;
acta uita. Laudabiliter. Cic. Quid? ad rectè, hone-
stè, laudabiliter, postremo ad beatè uiuendum satis
nè est præsidij in uirtute? Laudatio est laudantis
oratio, commendatio, uel oratio funebris. Cic. Re-
cordare, quibus laudationem ex ultimis terris mis-
ris. Laus est præconium, commendatio, uel gloria.
Cic. Hæc nostra laus erit illustrior. Laudem quere-
re, uenari, libare. Cic. Vide, ne facias impudenter,
qui tuo nomini uelis ex aliorum laboribus libare
laudem. Ad laudem incumbere. Cicero. Quare, mi
Plance, incumbere toto pectore ad laudem. Laudem
haurire. Cic. Eodem fonte se hausturū intelligit lau-
des suas, è quo sit leuiter aspersus. Laudem compara-
re. Laudem sibi parare. Off. 2. Laudem colligere,
adipisci, consequi, uel assequi, habere. Habet aliquis
laudem de nobis, qui laudes nostras affert & cele-
brat, quo eo modo dicitur, quod orationē haberi. Ci.
Bruti nostri quotidianis, assiduisq; laudibus, quos
ab eo de nobis haberi permulti mihi renunciaue-
runt.

runt, commotum istum esse aliquando scripsisti. Ha-
 bet etiam res laudem, quæ laudabilis est. Cic. Breui-
 tas in uniuersa eloquentia laudem non habet. In lau-
 de esse est idē, quod laudem habere. In Ver. Ael. 2.
 Laudibus procedere, florere, cumulari, abundare,
 Cic. Mihi quidem certe uir abundans bellicis laudi-
 bus. Cic. Pompeius. Laudem alicuius florere. Cice.
 Præsertim cum sit hoc generi hominum propè natu-
 ra datum, ut qua in familia laus aliqua fortè floru-
 rit, hanc ferè, qui sunt eius stirpis, cupidissimè per-
 sequantur. Laudi fauere, suffragari, seruire, subueni-
 re. Cic. Hoc à te peto, ut subuenias huic meæ sollici-
 tudini, & huic meæ laudi. Laudi alicuius præesse.
 Cic. Quod eo liberius ad te scribo, qui non solum tē-
 poribus hijs, sed etiam olim nascenti propè nostræ
 laudi, dignitati, uirtutiq; præfuisi. Laudem imper-
 tiri, concedere, transfundere. Cic. Me aliqua ex par-
 te in societatem tuarum laudum uenire patiare:
 quanquam, mi Dolobella, libētius omnes meas, si mo-
 dō aliqua sunt meæ laudes, ad te transfuderim, quā
 aliquam partem exhausserim ex tuis. Laudibus affi-
 cere. Cic. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici
 solent. Laudem tribuere. Cicero. Illius eloquen-
 tiæ magnam laudem tribuit. Laudibus ornare.
 Cice. Fam. 2. Ornauit res nostras diuinis laudibus.

Lauda

peratoriam criminibus auaritiæ uelitis. A laude abesse, pro laude carere. Cic. Illi optimi ciues sunt, & ego ab illa laude non absum, id est, illa laude non careo. Laudem referre. Cic. Lucius Flaccus ueterẽ. Valeriæ gētis in liberanda patria laudẽ propè quingentesimo anno retulit.

Dilaudare est uariè laudare. Cic. Ego audebo legere unquàm, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas si tale fecero?

Collaudare est laudare, uel comprobare. Cicero. Non cohortandus, sed potius collaudandus uidetur.

Prædicare est laudare, celebrare, decantare, uel cõmemorare (sed id sepius cum laude, quàm sine laude) palàm aliquid promulgare, & pronuntiare ex Senatusconsulto, ut faciunt præcones. Cic. Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti. Prædicandus uel prædicabilis idẽ est, quod gloriandus, uel præ se ferendus. Cic. Nec in misera uita quicquã est prædicabile, aut gloriandum: nec in ea, quæ nec misera sit, nec beata. Prædicator est laudator, buccinator, uel præco. Cice. Volunt me esse sui facti & prædicatorem & autorem. Prædicatio, uel commemoratio. Poniturq; tam passiue, quàm actiue. Cice.

Tua

tua prædicatione factū est, ut tantū ei debere uidereris

Præconium est laus, uel ars præconis, unde dicimus, facere præconium, pro artem præconis exercere. Cic. O me miserum & acerbum præconium Idem. Rescripsit eos, qui fecerunt præconium, uetari esse in Decurionibus.

Præco est buccinator, uel prædicator, dictus à præcinendo, quod antè canat, & annunciet, quod est faciendum. Erant enim præcones, qui iussu magistratus publicè aliquid ore denunciabant, qui autionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicebāt. Erant quoq; præcones in iudicijs, qui Senatusconsulta prædicabant, & recensabant, posteaq; erant decreta. Qui Iudices & Candidatos suis nominibus appellabant, quales sunt, quos Hostiaros uulgo uocamus, qui etiam literas in Senatu publicè legebant: qui item bona, quæ proscribebantur, publicè autioni proponebant, ac proclamabant, & pretia conficiebant. Cic. De quo homine præconis uox predicat, & precium conficit. Idem. Per præconem uendidit sua bona.

Buccinator, propriè est, qui buccina canit, ut buccina signū dat. Ponitur tamè pro laudatore, uel prædicator. Cic. Quod polliceris, te fore buccinatorè existimationis meæ, firmo id animo facias licet

De

Decantare est idē, quod celebrare, uel lau-
dare, uel cantare, & peruulgare. Cic. Hæc decan-
tata erat fabula,

Venditare propriē, est uenale habere. Cic.
Tusculanū uenditat, ut si posset, emat Pacilianam
domū. Translatē accipitur pro ostentare, uel per
assentationē operam suā ultro spondere, quasiq; ue-
nalem polliceri. Tracta metaphora ab institutori-
bus, qui merces suas ostentare percupidē solent.
Cic. Venditare ingeniū, & ostentare memoriā, tur-
pe est. Venditatio est ostentatio. Cice. A multis ipsa
uirtus contemnitur, & uenditatio quædam, atque
ostentatio esse dicitur.

Iactare hic est magnificē loqui, gloriari, uel
uerbis se efferre. Cic. Se magnificē iactat, atq; osten-
tat. Iactator significat gloriosum. Quint. Is quidem
rerū à se gestarū maior, quàm eloquētiæ, fuit in ora-
tionibus utiq; iactator. Iactatio. Cic. Ex magna ia-
ctatione maris terram intuens. Ponitur etiam pro
ostentatione, uel uenditatione. Cice. Hic est primus
aditus ad iactationem popularem. Iactantia. Quin-
til. Veritus opinionem iactantiæ.

Ostentare est uenditare, uel præ se ferre.
Nōnunq̄ etiā pro ostēdere ponitur, sed ferē semper
gloriādi causa. Cic. Aliud obscure mollicūtur, aliud
specie

specie simulationis ostentant Ostentator est iactator, qui se, suaq; ostentat, uenditareq; conatur. Liuius. Magnus erat factorum suorum ostentator. Ostentatio significat uenditationē, iactationē, simulationē uanitatē, gloriam. Cic. Intelligis ostentationes nūc in discrimen esse adductas.

Commendare est probare, laudare, uel gratiorem facere. Cice. Vox maximè eloquentiam commendat Aliquando est committere, concredere, in fide, & religione alicuius ponere. Ci. Commendo tibi oīa eius negotia, liberos procuratores, familiam Dicimus etiam commendare religiose, maiorem in modum, unicè ualde. Ci. L. Valerium Iurisconsultum ualde tibi cōmendo. Dicimus præterea Cōmendare de meliore nota, pro cōmendare summo studio uel magnopere, ut rem in primis commendatione dignā. Fam. 7 Quare. Cice. Ni persevera constanter nos conseruare, & Sulpitij successorī nos de meliore nota commenda. Commendatus pro laudabili, uel grato, uel in gratiam posito accipitur. Cic. Homo falsa opinione, orrare hominum commendatus. Commendatum habere. Cic. Vale, & matrem, meosq; tibi commendato, habe. Commendator uel commendatrix est, qui uel quæ commendat aliquem alteri, uel laudat. Cic. Profectè ita se res habet, ut quoniam

niam uitiorum emendatricē, legē esse oportet, com-
 mendatricēq; uirtutum, ab alia uiuendi doctrina dū-
 catur. Commendabilis, res digna ut laudetur. Plin.
 Commendabili succo ex austero & dulci. Commen-
 datitius. Ci. Et si Statueram nullas ad te literas mit-
 tere, nisi commendatitias, tamen &c. Commen-
 datio aut pro fiducia committentis ponitur, & pro
 actione probantis, uel laudantis, aut pro laude. Ci.
 Fuit illa diligens commendatio. Idem prima com-
 mendatio proficiscitur à modestia. Commendationē
 egere. Cic. Iste tuus amicus apud me cōmendationē
 non eget. Commendationem comparare. Cic. Prima
 est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex
 bellicis rebus comparari potest. Commendationem
 dare. Cic. Commendationem ineuntis ætatis ab im-
 pietate & scelere duxit. Commendationē habere.
 Cicero. Hæc causa tantum commendationis habuit.
 Commendationem euertere. Ci. Huius mores omnes
 commendationem ingenij euertunt. Commendationē
 renouare. Cice. Ego renouabo commendationem;
 sed tempore.

Tradere est commendare hic, sed paulò ue-
 hementiore significato est. Ci. Eum tibi pœnitus cō-
 mendo, atq; trado.

Deponere hic est credere, & fidei alicuius

P commissa

committere. Ac dicimus deponere aliquid apud alium quem, uel in fide, aut apud fidem alicuius. Dicimus etiam deponere cum aliquo, quod Barbari dicunt, ponere in ioco, uel in pignore. Cic. Apud me id puto depositum. Depositus aliquando pro desperato uel pro re desperatae salutis ponitur. Ci. Itaque mihi uideor magnam, et maximè agram, et propè depositam reipublicae partem suscepisse. Aliquando pro credere. Ci. Id habebat apud illum depositum. Depositum, ti, substantiuum significat rem alicui commissam et datam, ut eam seruet. Ci. Ut si iustum depositum reddere in rectè factis sit.

Committere hic pro deponere, tradere, uel exponere. Ci. Quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? Accipitur etiam pro ad contentionem, uel concertationem exhibere. Unde committi gladiatorum paria dicebantur in spectaculis, et athletarum certaminibus, id est, ad digladiandum copulari, compararique. Suet. Circenses etià frequenter in Vaticano commisit. Ponitur quoque pro mutuo irritare, et ad disidium impellere. Suet. Non cessauit ex eo criminari alterum alteri, et inter se omnes committere. Praeterea ponitur pro suscitare. Inde bellum commissum, cum aliqua iniuria laceffente bellum inter duos Populos irritatur, quasi que re ipsa inducitur.

Liuius. 1 bell. Pu. 2. Ad hæc ponitur pro incipere; uel committere prælium, ludos. Ci. Quo die ludi committebantur. Præterea est in pœnam cadere. Ci. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericinæ commissam esse dicerent. **Commissio.** Plin. Proximis sacerdotalibus ludis pro duellis in commissione pantomimis, cum simul theatro ego, et Quadratus egredieremur. Aliàs significationem sui uerbi habet. Commissura est iunctura, ut est commissura tabularum, & rerû aliarum istiusmodi. Cic. Molles sunt digitorum commissuræ.

Credere est committere, uel deponere. Cic. Illi committebat sua omnia consilia.

Concredere est idem, quod credere, id est, seruandum dare, & fidei alicuius tradere. Cicero. Cui fortunæ uiui commendatæ sunt, atque concreditæ.

Creditor. Creditorû appellatione non ij tantû accipiuntur, qui pecuniâ crediderunt; sed oës, quibus ex qualibet causa debetur, sicuti exempto, ex locato, uel ex ullo alio contractu. Cic. Vnâ agebant cæteri creditores.

Pignus est, quod datur, ut creditor sit securus rei creditæ: sic pro fiducia, uel securitate sæpe accipitur, Græci hypothecam uocant,

ficat, quod pignori datū est, ut res pigneratitia. Dicitur etiā uir pigneratiti^{us}, cui pignus capere licet. Ulpian. Queritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur.

Oppignerare uel oppignerari est idem, quod pignori dare. Terent. Num illa oppignerare filiam meam me inuito potuit?

Mutuare, uel mutuari est dare mutuo, uel mutuò sumere, & accipere, aliunde scilicet sumere. Translatè pro uertere in suum, quod ab alijs antea inuentum est. Cic. Cum abundare debeā, cogor mutuari. Mutuus est pariter atq; æqualiter respondēs par, uel reciprocus. Mutuum uerò dictū uolunt ab eo, quod de meo tuum fit. Cice. Me mouit tuus erga me mutuus amor. Mutuatio est largitio mutua, uel pecunia, aut aliud quiduis aliunde sumptum. Ci. Multos minutis mutuationibus fraudauit, in Asiam uenit. Mutuò idem est, quod inuicē. Plau. Meretricē ingenuam deperibat mutuo.

Reciprocus. Est reciprocum, quod eò redit, unde prodijt. Varro à recipiendo deriuat reciprocum: traditq; id esse, quod aliunde profectū redit eò, unde profectum est. Sic reciprocari dicitur spiritus, cum rursus resorbetur. Et unda à littore excussa, rursus littus alueus, reciprocari dicitur. Et

horæ reciprocantur, cum expleto legitimo cursu, rursus ad pristinum ordinē redeunt. Haud aliter pronomina reciproca ad id, unde prodierunt, reuocantur. Pli. 5 cap. 4. Reciprocare est repetere, reaflectere, remittere, uel retrogredi. Cic. Quid Chalcidico Euripo in motu identidē reciprocando putas fieri posse cōstantius? Reciprocatio est retrogressio. Pli. Longitudo fili à culmine: ac rursus à terra per illud ipsum uelut reciprocatio.

Fœnerare, uel fœnerari, est fœnori dare, uel in fœnus accipere, id est, usuram dare, uel accipere. Cic. Pecunias istius suo nomine fœnerabatur. Fœnerator est qui dat usuram. Cic. Id etiã acerbissimis fœneratoribus probaretur. Fœneratio est fœnerandi actio. Cic. Ea fœneratio erat huiusmodi. Fœnus est idem, quod usura. Cic. Græci soluunt tolerabili fœnore: & Publicanis res est gratissima. Fœnori dare. Cic. Pecuniam illi fœnore dabat. Fœnore accipere. Pli. Aliquid fœnore accipiam à socru. Fœnore trucidari est idē quod fœnore opprimi, uel exhauriri. Cic. Parcat iuuentus pudicitia suæ, ne spoliēt alienā, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur. Fœnus renouare. Cice. Scaptius Centesimis renouato in singulos annos fœnore cōtentus nō fuit. Fœneratitius, ut res fœneratitia, quæ data est fœna

ri, siue accepta: aut quæ ad fœnus pertinet. Fœnebris idē est, quod ad fœnus pertinens. Liuius. Inclinatīs semel in concordiam animis noui consules fœnebrem quoq; rem, quæ discernere unanimes uidebatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam uerterint. Fœneralia, orum pro tempore Latini accipiebant, quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebaturq; pecunia. Liuius de bel. Maced. li. 5. Fœneratō significat cum fœnore. Plau. Nō illam me Castor fœneratō abstulisti.

Fides hīc pro existimatione certa, & clara opinione, qua homines præditi, facillē à quouis pecunioso uersuram cum libet faciunt. Cic. Fidem pius homo deserere non potest.

SERVARE est tueri, uel custodire, tenere, non discedere, stare, manere. Ci. Seruo, & seruabo Platonis uerecundiam. Seruator, uel seruatrix dicitur, qui uel quæ seruat, aut liberat. Ci. Seruator urbis fuit. Terent. O Bacchis, ô mea Bacchis seruatrix mea.

Conseruare est tutari, fouere, custodire, tenere, uel retinere. Ci. Eis rebus tuendis, cōseruandisq; præfuerat. Conseruator est præses, uel custos. Cicero. Me nonnulli conseruatorem istius urbis esse dixerunt. Conseruatrix. Cicero. Omnis natura est

conseruatrici sui. Conseruatio est custodia. Cicero,
Via hæc, quæ deducit ad conuenientiam, conserua-
tionemq; naturæ.

Afferuare est diligenter custodire. Ci. Af-
feruari eos iubebat priuatis custodijs.

Custodire est seruare, conseruare, uel af-
feruare tueri, septum custodia tenere, præsidere,
speculari. Cic. Orationē tibi misi: eius custodiendæ,
& proferendæ arbitrium tuum sit. Custos est præ-
ses, antistes, conseruator, uel uindex. Cic. Clamor à
uigilibus, faniq; custodibus tollitur. Custodia, uide
primum Tomum.

Recondere est seponere, uel contegere, uel
abdere. Ci. Gladiū cruentum uaginā recondidit. Re-
conditus est abditus, abstrusus, uel occultus. Ci. Na-
tura tristi, & recondita fuit.

Abscondere est condere, abdere, uel occul-
tare, abstrudere, uel celare. Col. Reliquas radices,
quæ in terram absconduntur, fac abrasas. Abscon-
ditus. Cic. Nihil de abscondito iure Pontificum di-
cam. Absconditè est occultè. Cic. Absoluta est, quæ
ipsa in se, non ut negotialis, implicitè & abscondi-
tè, sed patentius, & expeditius recti, & non recti
quæstionem continet.

Occultare

Occultare est tegere, ab oculos remouere, suppressere, uel inuoluere. Cice. Tenuitas huius eo magis elucet, cum magis occultatur. Occultator. Ci. Illi latronum occultator, & receptor locus erat. Occultus idem est, quod abditus absconditus, latens, claudestinus, uel furtiuus. Cice. Si quid erat occultus scribes Idem. Occulta quaedam, & quasi inuoluta aperuit. In occulto. Cic. Latebat in occulto. Occultè est abditè, uel ex occulto. Cic. Occultè latebat.

Occulere est idem, quod occultare. Cic. Pura ista argumentorum plerunq; occulenda sunt.

Occludere. Cic. Furax seruus, cui nihil domi est, nec obsignatum, nec occlusum.

Inuoluere est occultare, uel circumplicare. Translatè pro occulto & obscuro. Cic. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo. Inuolucrum est uelut uagina, uel theca quaedam, & integumentum. Cicero. Id uelut per quaedam inuolucra, & integumenta perspicitur.

Obuoluere est circumuoluere, implicare, uelare, uel obtegere. Cic. Obuolendum caput Agamemnonis uisum est.

Euoluere est explicare, unde dicimus, euoluere librum pro quasi complicatum explicare. Ci. Euolui uolumen epistolarum tuarum. Euolutio est,

P s explicat

explicatio, uel lectio. Cice. Quid historię cognitio?
quid poëtarum enolutio? quid tanta tot uersuum me-
moria uoluptatis affert?

Supprimere est occultare, uel retinere. Ci.
Pecuniam nomine iudicij retinuit, atq; suppressis
Suppressio. Cic. Statuit sibi ad easdem prædas, sup-
pressionesq; iudiciales reuertendum.

Tegere propriè est operire, occultare, uel,
uelare. Cic. In dicendo erat tectissimus Idem. Sum-
mam prudentiam simulatione stultitię tegebat. Teg-
men. Cic. Lato sub tegmine celi. Tegumentum est
idem, quod tegmen. Ci. Flagitiorum tegumenta qua-
rit. Tegumẽ. Liuius. Super tunicã aneũ pectori tegi-
men, caelestiaq; arma, quę ancilia appellantur, fere-
bat. Tectum pars est domus superior, qua ipsa do-
mus tegitur. Cice. Vos in uestra tecta discedite. Te-
ctorum illinimentum quoddam est, à tegendo dictũ,
& quasi pauimentum parietis, atq; incrustatio,
quod fit, cum calce, aut gypso ad maiorem specta-
tium gratiam & decorẽ, parietem in albamus: quæ
ideò etiam albatio appellatur, siue albarium: Quan-
quã albarium ex puro calce fiat, ut hodie est in
usu. Tectorium autem continet arenatum, hoc est
quod fit ex calce, & arena: & marmoratum, quod
ex calce

ex calce, & marmore tuso triplici uarietate comminuto, pro ut trium coriorum exigebat usu. Continet & trussillationē, quæ ex gypso, ut hodie quoque antiquis fiebat. Vitru. lib. 7. de architectura uide. Cic. Mihi erit curæ, tectorium ut concinnum sit. Tectorius, à, um: ut tectoria calx, qua fit tectorium: & tectoriū opus, quod fit ad ornamentū edificiij, sub quo & marmoratū & arenatū opus, & trullisatio intelliguntur. Cic. Sepulchrum opertū exornare non licebat. Tector est, qui tectorium facit. Var. Non minus uilla tua erit uilla ad angulum Velini, quam neque pistor, neque tector uidit unquam. Tectoriolum paruum tectorium. Cic. Bella tectoriola. Tectē. Cic. Hic dies mihi ualde Crasso adunxit, & tamen ab illo aperte, tectē quicquid est datum, libenter accepi.

Integere est tegere. Liuius. Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Integumentum est, quo aliquid integitur. Cice. Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non licebit.

Contegere est tegere. Cicero. Messoria se torbe contexit.

Obtegere est tegere, uel cum diligentia operire. Cic. Quæ uitia multis postea uirtutibus obiecta adolescentiæ excusatione defendi possunt.

Operire est obtegere. Cic. Quibus contumelijs operti,

lijs operti oppreſſiq; ſumus. Operculum uel operi-
mentum eſt, quo aliquid tegitur. Cic. Aſpera arte-
ria tegitur, quaſi quodam operculo.

Cooperire eſt tegere. Propriè. Liuius. Co-
pertum telis corpus iacebat. Translatè. Cicero. Qui
iſtum tot, tantis, tam nefarijs ſcleribus coopertum
iurati ſententia ſua liberarent. Cooperculū eſt, quo
aliquid cooperitur. Plinius. Ea ſunt optima cooper-
cula dolorum.

Obducere eſt obſtruere, uel opponere, ſuper-
ducere, uel tegere. Cice. Ibi tanquam domi meæ ſcili-
cet: itaq; obduxi poſterum diem. Obductio eſt obuo-
lutio. Cic. Mors deniq; ſi proponitur, in libertate
moriamur. Carnifex uerò & obductio capitis, &
nomen ipſum crucis abſit, non modò à corpore ciui-
um Romanorū, ſed etiā à cogitatione, oculis, auribus

Obnubere eſt abſcondere, uel tegere. Li-
uius. Si uincet caput obnubito.

Obscurare eſt obſcurum reddere, tegere,
uel uelare, tenebras afferre, non curare, ſupprime-
re, obumbrare. Cic. Quæ ſcribam, allegorijs obſcu-
rabo. Idem Magnitudo lucri obſcurabat periculi
magnitudinem. Obscuratio. Cice. Quibus in rebus
obſcuratio magna eſt. Obscurus idē eſt, quod obſcu-
rationem habens, tenebricoſus, inuolutus, occultus,
uel la-

uel latens. Cic. Disputat, cur hoc tam est obscurum, atq; cæcum. Obscuritas est caligo, difficultas, ignobilitas. Cic. Erat obscuritas quædam. Obscurè. Cice. Malum obscurè serpit.

Umbrare est tegere, uel umbram facere.

Colu. Tum omnes penè uirgæ ne umbrent, eo tempore, quæ uitas putatur, abraduntur.

Adumbrare propriè est umbram exhibere, siue umbrâ tegendo facere. Ponitur etiam pro ali quid fingere, uel simulare, ut fit in lineari pictura. Dicimus quoq; adumbrare personâ, pro apponere aliquè, qui simulachrû sit, & speciè præbeat alterius. In summa, adumbrare translâtè positû, pro quouis prætextu quidpiam asimulare. Cicero. Id genus sumus in eorum sermone adumbrare conati. Adumbratio est actus adumbrandi. Nulla est ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.

Inumbrare est opacare. Clu. Frequentia solum exercendum est, dum incremento suo uites inumbrent.

Obumbrare est umbris undiq; obscurare. Translâtè pro tueri, uel defendere. Pli. His armis solum ipsum obumbrat.

Opacare

Opacare est inumbrare, umbram inducere, uel paulo obscuriorem reddere, cooperire, uel obscurare. Cice. Ut cum terras larga luce compleuerint, easdem modo his, modo illis partibus opacet. Opacus idem est quod ater. Cic. Locus opacus, & frigidus in sylua. Opacitas est obscuritas, uel caligo. Col. Plus nocet putris unda, quam prodest opacitas.

Vmbra est aer carens sole, quod fit alicuius corporis obiectum, praesertim nubium. Ponitur aliquando pro imagine, cui opponitur solida, & expressa effigies. Dicuntur & umbrae, quas faciunt pictores, ut imagines, quae plane sunt, solidae uideantur. Ponitur etiam translate pro specie quadam, & quod uerisimile dicitur. Appellantur item umbrae inferorum imagines. Cic. In quo luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxurie repperiturum putas? Umbrae prouerbiali locutione dicebantur hij, qui uenirent ad conuiuium, non ipsi quidem uocati. sed comites eorum, qui uocati fuerunt, sic illos sequentes, uelut umbra corpus ultro sequitur. Horat. Cum Seruilio Balatrone Vibidius, quos Maccenas adduxerat umbras. Id est, ultroneos comites. Item dicimus Ne umbra quidem eius nouit. Ductum est hoc loquendi genus ab antiqua pictura, quae rem duntaxat umbris ruditer representabat. Cic. O hominem amen-

tem, qui ne umbram quidem τὸ καὶ λῶ uiderit. Dici-
 mus quoq;. Umbra sequi, de eo, qui nunquam deest.
 Nam umbra corpus affectatur, uelit nolit. Cic. Et si
 nihil in se habet gloria, cur expetatur: tamen uirtu-
 tem, tanquam umbra sequitur. Præterea, suam um-
 bram metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant,
 ubi nihil omnino sit periculi. Translatū uel ab ijs, qui
 forte conspecta corporis sui umbra, subito expaues-
 cunt. Vel à melancholicis quibusdam, qui autore
 Aristotele, propter oculorum imbecillos spiritus in
 aëre proximo ueluti suam quidam imaginem con-
 templantes, arbitrantur sese suos uidere manes. Ci.
 Mihi uidetur iste, qui umbras timet, ad cædem spe-
 ctare: tamen nisi explicata solutione, non sum dicef-
 surus. Umbrosus est opacus. Cice. Ego locum æstato
 umbrosiorē uidi nunq̄. Umbrifer idē est, qd' umbrā
 ferens. Cic. Sub platano umbrifera sedebamus. Um-
 bratilis Translatè uita umbratilis dicitur, quæ um-
 bra, atq; opaco marcescit, seu in umbra & ocio do-
 mestice degitur Dicitur eadē ratione umbratilis ex-
 ercitatio, quæ scilicet in loco operto, atq; adeò in
 umbra fit. Cic. Oratio philosophorū mollis & um-
 bratilis est. Umbraticus, umbraticū est q̄ est ex um-
 bra, seu ad similitudinem umbræ, unde umbrati-
 cus homo, uel umbraticæ literæ. Plautus umbrati-
 cus homo est. Umbraculum locus est compositus

propriè est alicuius rei ficta imago . Simulachra enim principio ex desiderio mortuorum orta sunt, ut, qui defecerant, uiuere uiderentur. Ponuntur etiam translata pro signo, uel nota . Est ergo simulachrum generaliter imago, forma, spectrum, idolum, effigies, species, exemplar. Cic. Illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. Simulata est ficta. Cic. Mala et impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulata.

Assimulare dicimur, quod non est. Cic. Is multos fortes uiros specie quadam assimulatae uirtutis tenebat.

Disimulare est fingere id non esse, quod uerè est: occultare, uel conuiuere. Cicero. Multa simulauit inuitus, et disimulauit cum dolore . Disimulator est, qui disimulat. Cicero. Ut qui disimulatores studiorum fuerint . Disimulatio est fictio, uel ironia, uel disimulatio sic exponi potest, cum alia dicuntur ac sentias. Cice. Ex omni uita simulatio. disimulatioque tollenda est. Disimulantia est idem, quod disimulatio. Cice. Socratem opinor in hac ironia, disimulantiaque longè lepore et humanitate omnibus prestitisse . Disimulans est cum disimulatione, uel disimulantia, et ironia:

Q. uel

uel idem est quod obscure. Cicero. Id dissimulan-
ter facere prudentia est.

Fingere est cōminisci, excogitare, uel simulare
Proprie uerò est componere & formare, ut figulus
qui uasa format, ex luto. Inde generale fit uocabulū,
ad cetera, quæ ingenio, manuq; hominis artificiosè
formantur. Sic poni uideas pro concipere, & menti
cogitare. Sic etiam pro ceteros ad suæ naturæ tem-
poramentum componere. Sic pro cauillari, sic pro
artificiosè facere. Cic. Alexander ab Apelle pingi:
à Lysippo fingi uolebat. Idē. Id fingeat, dissimula-
bat, obtegebat. Teren. Fingis falsas causas ad, dis-
cordiam. Fictus, a, um, est commentitiuus, simulatus,
uel adumbratus. Cic. Fictum est hoc officium, & si-
mulata sedulitas. Fictor, uel fictrix est qui, uel quæ
signa exere, uel alia quapiam materia fabricat.
Ci. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fi-
ctoresq; uoluerunt.

Figulus est idē, quod fictor. Col. Tam do-
cendus est futurus uillicus, quàm futurus figulus, aut
faber. Figulina, uel figlina officina est, in qua figu-
lus opera facit. Plin. Figlinas Corhœbus Athenien-
sis inuenit. Dicitur etiam figlina ars ipsa figulo-
rum. Plin. Figlinarum opera imbricibus, tabulis, te-
gulisq; ad balneas inanimatis, uel ad tecta coctilibus
later-

laterculis, fundamentisq; aut quæ rota sunt &c.
 Figlinus, a, um, est idē quod ad figulinam, uel figli-
 nam pertinēs. Plin. Ollus è figlino opere crudis. Fi-
 gularis est ad figulū, uel figulinam spectans. Plaut.
 Versutior es, quàm rota figularis.

Fictilis, fictile idē est, quod à figulo factū.
 Dicimus etiā fictile (et tunc substantiuū est) omnē
 genus uasis ficti. Ci. Quid te in uasis fictilibus appo-
 siturum putem? Figmentum significat quod fictum
 est. Plinius. Vt in Aegyptijs figmentis est scrip-
 tum. Fictè est simulatè. Cicero. Fictè reconcilia-
 ta gratia.

Confingere est fingere. Cic. Crimen incre-
 dibile cōfingunt. Confictio est simulatio, uel figmen-
 tum. Cice. Criminis confictionem accusator Erua-
 cius suscepit.

Effingere est exprimere, uel ad alterius for-
 mam fingere, et quodam modo fingendo repræsen-
 tare. Ci. Mores oratoris effingit oratio. Effigies est
 species, imago, uel simulachrum, uel figura ad ui-
 uam alterius similitudinem, uel ad ueritatis imagi-
 nem efficta tam in picturis, quàm in sculpturis.
 Cicero. Effigies illa erat, simulachrumq; Mithry-
 datis. Translatè. Cicero in Tus. Eminens est effi-
 gies uirtutis.

Comminisci est fingere. Interdum est cogitare, uel inuenire. Ci. Nec me hoc, uel potius Africanum commentum putas. Idem. Ille occurrentia nescio quæ comminifcebatur. Cōmentum est fictio. Ponuntur etiam commenta pro scriptis. Cic. Opiniorum commenta delet dies. Cōmentitius idē est quod fictitius. Ponitur quoq; pro nouo & recens excogitato, hoc est, non translatio, non aliunde sumpto. Ci. Ficta & commentitia fabula.

Mentiri est mendacium dicere, orationis uanitatem adhibere. Etiam pro fingere, uel imitari ponitur. Ci. Redargue me, si mentior. Pli. Inficitur candoremq; mentitur. Mendax est, qui mentitur, uanus, futilis, totus ex fraude, & mendacio compositus. Cic. Nihil interest inter periurum, & mendacem. Mendacium est orationis uanitas. Cic. Magnū & impudens mendacium.

Ementiri est apertè, & palam dicere, uel effingere, quod non est. Cic. Non firatus est ciuitatem, non genus suum ementitus? Cicero. Ementitus es auspicia.

INSIDIARI est obseruare, attētare, uel insidias opponere. Et datiuum regit, uel ponitur absolutè. Cic. Mihi saepe insidiatus es. Idem. Nullus erit alius insidiandi locus. Insidiator est, qui tendit insidias.

insidias. Cic. Nullus est portæ custos, nullus insi-
 diator uie. *Insidiæ* pro dolosa expectatione ad
 aliquem aggrediendum ponuntur. Cic. Nullas in-
 sidias mihi ab illis fuisse dixisti. *Insidijs* pro per in-
 sidias. Cic. Non ex insidijs, sed apertè, ac palam id
 faciendum est. *Ex insidijs.* Ci. *Ex insidijs* est captus
 per insidias. Cic. Per insidias me interficere conaba-
 tur. *Insidias habere,* est insidias tendere posse. Cic.
 Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est
 consulendum. *Insidias moliri, parare, comparare,*
tendere, instruere, facere. Terët. Dico ego mihi in-
 sidias fieri. *Insidias adhibere, ponere, opponere.* Ci.
 In his ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris
 opponere. *In insidijs locare.* Ci. Milites ab Impera-
 tore in insidijs locati sunt. *Insidias collocare.* Ci. Clo-
 dius ante suum fundum insidias Miloni collocauit.
In insidias incidere. Ci. Discepsi ab eo bello, in quo
 aut in acie cadendū fuit, aut in insidias incidendum,
 aut deueniendū in uictoris manus. *Insidias pateface-
 re.* Ci. Rex mihi patefactis iam insidijs nõ egere ex-
 ercitu populi Romani uisus est. *Insidiosus* insidijs
 plenus, uel fallax. Ci. *Insidiosè* sunt nõnullæ simula-
 tiones. *Insidiosè* est dolosè, uel fraudulentè, uel ex
 insidijs. Cicero. Me sceleratissimè, insidiosissimèq;
 tractauit.

Calumniari est calumniã adhibere, falsum crimen intendere: uel per fraudẽ, & rationem doloſam, uincendi gratia alium liis uexare. Est etiam malitioſe interpretari. Cic. Quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. Calumniator dicitur, qui per fraudem & fruſtrationẽ alium uexat litibus: aut qui malitioſe aliquid interpretatur. Cic. Ille eſt calumniator, atq; improbus. Calumnia eſt calliditas, uel malitioſa interpretatio. Ci. Res ab aduerſarijs extracta eſt uarijs calumnijs.

Cauillari eſt calumniari, iocari, irridere, iocoſe ludere, dicta dicere. Ci. Iam familiariter cũ ipſo cauillor etiam, & iocor. Cauillator eſt qui cauillatur. Cic. Conſul ipſe paruo animo, & prauo, tantũ cauillator generẽ illo moroſo, quod etiam ſine dicacitate ridetur, facie magis, quã facetijs ridiculus. Cauillatio eſt iocoſa criminatio, uel, ut alij uolunt, genus facetiæ, quod fit mentiendo: uel eſt ſubdola ratio, quam cõſcij nobis mendacij, uincendi tamẽ cauſa proferimus. Cauilla idem eſt, quod cauillatio. Plaut. Aufer cauillam, non ego nunc nugas ago.

Circumuenire eſt decipere, uel opprimere. Ci. Nunc uideo illum circumuentum, me deſertum. Idem. Iudicio iniquorum circumuentus eſt.

Inducere hĩc eſt decipere, uel ſeducere. Ci.

Quid

Quid est aliud uiam erranti non monstrare (quod Athenis execrationibus sancitum est) si hoc non est, emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere?

Seducere propriè est seorsum ducere ab alijs, ut faciunt de rebus aliquibus loquuturi. Ci. Inimicū meum modò seuerè seducebant: modò familiariter amplexabantur. Idē. Nec uerò adiuuarent ijs in angustijs seductum. Seductio. Ci. Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptionum animaduertebant.

Capere hic est circumuenire, fallere, uel decipere. Ci. Nimis ille quidē lentus in dicendo: sed & callidus, & in capienda aduersario uersutus. Id est in fallendo, uel decipiēdo aduersario. Captio est deceptio, uel argutia. Cic. Eandem sententiam dicet nihil habere aut captionis, aut uitij. Captiosus dicitur captionibus, siue deceptionibus plenus. Ci. O captiosam societate. Captiosè est cum captione, deceptione uel argutia. Ci. Sic me antè sustinebo: nec diutius captiosè interroganti respondebo.

Tergiuersari est fallere, & dicta mutare. Propriè uero est eorū, q̄ terga uertētes, adhuc pugnant, nec sese uictos fateri uolūt. Vnde etiā ad alias res transfertur, ut disputationes, controuersias, & c.

tera huiusmodi, quæ uerborum contentione habet. Et ponitur absolute, uel cū præpositione in, aut contra. Ci. Non est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem. Idem. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Tergiuersatio tergiuersandi actus. Ci. Tergiuersationem istam probō, nec tuam rationem eandem ducō, quàm meam.

Præuaricari est à recto discedere, uel quocunq; modo à præscripto officij sui deflectere. Et in litibus forensibus est colludere. Propriè. Pli. Arotor nisi incuruus, præuaricatur. Trāslatè. Ci. Quæ fremāt omnes præuaricatum. Præuaricator est accusator à reo pecunia corruptus: uel qui ab officij sui præscripto deflectit, uel aberrat. Cic. Vtrum te perfidiosum, an præuaricatorē existimari mauis? Præuaricatio est actus præuaricandi. Ci. A præuaricatione est liberatus.

Imponere pro decipere, uel fallere hic ponitur. In quo absolute quidē usurpari solet, sed tamen subintelligatur fraus, deceptio, uel fallacia, et serè datiuū habet, ut dicatur aliq; alicui imponere Quint. Spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Impostor dicitur uersutus, et fallax homo. Impostura dicitur fallacia, uersutia Vlp. Si q; imposturā fecerit, aut collusionē in necem alterius, stellionatus potest appellari.

Fallere

Fallere est decipere, inducere, fraudare. Cic. *Quæ te res non sefellisset, si uiueret: nam te diligebat.* Falsus est idem, quod adulterinus, inanis, mendax, uel uanius. Ponitur etiam pro decepto. Cic. *O falsam spem.* Falsitas est uanitas. Cic. *In omnibus locis parum firmamenti, & parum uirium falsitas habet.* Falso uel false est fallaciter uel inaniter. Cic. *Quod uerbum abs te aiunt falso in me solere conferri.* Fallax dicitur fraudulentus, qui mentiendo decipit, diciturq; tam de rebus, quam de personis. De rebus uero cum dicitur, capi solet pro eo, quod parum fructus affert, quod parū efficax est, uel qd' certi nihil habet. Cic. *O spes fallaces, o cogitationes inanes meæ.* Fallacia dicitur fraus, dolus, præstigiæ, uel deceptio. Cic. *Exagitabantur omnes eius fraudes, atq; fallacia, uel fraudulenter.* Fallaciter est cum fallacia, Cic. *Fallaciter portenta interpretantur.*

Decipere est imponere, circumuenire, false, in fraudē impellere, in errorē inducere, uel uerba dare. Cic. *Nisi fortè me cōmunis philautia decepit.*

Supplantare interdum est subtus plantare. Col. *Si ipsam uitem sternere uoles, iuxta radicem ita, ne ipsam lædas, curiose fodito, & uitem ita supplantato, ne radicem abrumpas.* Hic pro decipere est translata tamen. Nam propriè significat supposito

pede aliquē deicere Ci. Qui stadiū currit, emiti contendere debet, q̄ maxime possit, ut uincat: supplātare eum, quod cum certat, ac manu depellere &c.

Verba dare est decipere. Cice. Verba mihi dare facile patior, in hocq; me libenter præbeo credulū.

Fraudare est fraudem facere, fallere, decipere, uel priuare. Cicero. Improbissimè fraudant populum. Fraudare genium est idem quod naturæ appetitui, & uoluptati non satis facere. Plautus. Ego met me fraudauī, animumq; meum, geniumq; meum: nunc, eo alij letificantur meo malo, & damno. Fraudator est inficiator, qui scilicet fraudat, siue creditore, siue aliū quēlibet. Ci. Fraudator est creditorum. Fraudatio est deceptio, priuatio, uel inficiatio. Ci. Fraudationis causa latitant. Fraus est deceptio qua aliquē circūuenimus, dolus, malitia, fallacia, machina, insidiæ, error, præstigiæ, calūnia, circūscriptio, damnū, scelus, crimē. Ci. Ad omnē malitiā, & fraudē uersare mentē suā hæc secū cogitans cepit: Idē. Fraus est capitalis. Fraudē ferre. Ci. Qd multo rectius fuit, id mihi fraudē tulit. In fraudē deducere. Ci. Qui quidē cū in fraudē se deductū uideret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In fraudē agere, est cōiicere in periculū, Verg. Quis deus in fraudē, quæ dura potentia

tentia nostra. Egit? In fraudē impellere, coniscere, deferri, incidere. Cic. Cuius ego spe in hanc fraudem incidi. Fraudē suscipere, concipere, admittere, facere. Ci. Facio fraudē Senatusconsulto. Fraudulentus est fallax & dolosus. Ci. Carthaginēses fraudulentī & mēdaces sunt. Fraudulēter est cū fraude. Plī. Nūllū animal fraudulentius inuadere hominem traditur.

Frustrare, uel frustrari, est decipere, deserre, uel fallere. Cæs. Non frustrabo uos milites. Frustratio est deceptio. Colu. Supplicium non grandius, quā frustrationē cupiditatis existimat. Frustrā est sine causa, nequaquā, incassum, operā perdere. Cic. Frustrā tēpus contero. Frustra esse aliquid dicitur, q̄ exitū speratū nō habet, quodq; nō ex sentētia euenit. Sall. Cuius neq; cōsiliū ullū, neq; inceptū frustra erat. Frustra esse aliquē dicimus, quē expectatio fefellit. Plaut. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hie cedes, ne frustra sis. Frustra aliquem habere, pro decipere & circumuenire. Plautus. Is aduenientes seruum & dominum frustra habet.

Dolus est fraus, siue machinatio, quæ fit ad fallendū aliquē. Cic. Dolus malus est, cum aliud agitur aliud simulatur. Dolosus est fraudulentus, uel malitiosus. Cicero. Dolosus consilijs regno pulsus est. Dolo se est malitiose, ex insidijs, uel ex occulto Cicero.

Cum

Cum dicitur inter bonos bene agier, quanquã agi dolose, aut malitiose potest.

Subdolosus est idem, quod occultè decipiens. Plaut. Non uereor, ne nos subdola perfidia peruincamur. Subdolè est cautè uel fraudulentè. Plautus. Eos consecratur, subdolè blanditur.

Astus est calliditas, malitia. Terent. Astu tractauit. Astutia est calliditas, astus, uel malitia. Cic. Quibus abest ad præcauendũ intelligendi astutia. Astutus. Cic. Id est hominis & astuti & in grati. Astutè est callidè, uel uersutè. Cic. Nihil nec temere dicere, nec astutè reticere debeo.

Versutus est callidus, malitiosus, uel multiplex. Et uersutos propriè Latini appellant, quorũ celeriter mens uersatur: uel qui inconstanti quodam animi motu huc, atq; illuc uariè & similitè feruntur. Cic. Homo, callidus & uersutus. Versutè est callidè. Cic. Versutè & subdilater dicebat.

Vasfer pro callido, astuto & uersuto ponitur. quasi ualde. Afer. Mira ac semper fuit Afrorũ calliditas. Cicero. Homo minimè uasfer. Vasfer est callidè. Cicero. Nihil sanè uasferè, nec malitiose facere conatus est.

Techna est ars. Aliquãdo est dolus, astutia, impostura, & fraus artificiosa. Plaut. in Captiuis. Qui
technas

technas hominis deprahendi solus.

FUCUS. Interdum est genus apis sine aculeo, sed maior ape mella conficiente. Non autem mellificat fucus, neq; operam aliquam prebet in faciendo opere, nisi quod ad fouendos foetus concalefaciendo adiuuat, & consumit alimenta, quae apes congesserunt. Verg. Ignauum fucos, pecus à præsepibus arceat. Præterea dicitur fucus marinus, herba, quæ & alga marina appellatur. Adhæc fucus unguentum dicitur, siue ornamentum, quo mulieres tinguntur & colorantur, ut uitia corporis emendent. Hic est fraus, uel deceptio. Cic. Hic omnibus inest quidem sine ullo fucō ueritatis color. Fucare est fucum inducere, uel colorare. Verg. Alba neq; assyrio fucatur lana ueneno. Fucatus pro simulato ponitur. Ci. Hæc sunt expressa signa probitatis, non fucata specie forensi. Fucosus idem quod uitiatus, quasi fucō tectus, non syncerus, non uerus: ut fucose merces amicitiae, pro ambitiosis & specie splendidis. Cic. Audite, uisæq; merces fallaces quidem & fucose.

Veterator dicitur à multarum rerum gerendarum uetustate, qui scilicet astutia uetus est, & in omnire callidus: qui diuturna ac multiplici, & sæpe commutata seruitute astutus, & uasfer euasit. Transfertur etiam ad homines liberos: recteq; dicitur hodie

hodie ueteratorem aduocatum, qui diu, ac multum
 in fore uersatus, omnes litium trahendarum anfra-
 ctus, omnes ambagiosas, fugitandi ludificationes, om-
 nes prehensiones, nexusq; lubrici litium certaminis
 tenet: qui in ancipiti forensium salebrarum Marte
 bellissimè insidias disponere, atq; etiam providere
 nouit. Sed is propriè, qui eam se artem scire, atq; ex-
 ercere profitetur qua ante causâ inferior, superior
 euadere, uel reclamante a quo bonoq; possit. Cic. In
 hoc homo luteus etiâ callidus, ac ueterator esse uult.
 Veteratorius est subdolus, impostorius. Cic. Splendî-
 da quidè est ea, & minimè ueteratoria dicèdi ratio.
 Veteratoriè est astutè, uel callidè, uel summa uetera-
 toris arte. Cic. Acute, & ueteratoriè dicebat.

RIDERÈ est risum edere. Translatè pro
 deridere, uel spernere accipitur. Ci. Quid qua-
 ris? dum illum rideo, penè sum factus ille. Ridiculus
 cuius significat iocularem. Vel pro eo ponitur, qui
 alijs risui est, & de quo alij rident. Cic. Ridiculû est
 putare, ea oratione posse demonstrari. Antiqui pro
 ridiculo ridiculariû dixerunt. Plau. Huc animû ad-
 uerte, atq; aufer ridicularia. Ridiculum, li, pro ser-
 mone risum excitante accipitur. Cic. Sæpe etiam sen-
 tentiosè ridicula dicuntur. Ridiculè est facete, per
 ridiculum, ioco. Cicero. Nos ridiculè si dicimus, ille
 patrens

patrem strangulauit, honorē non praesumit. Risus est ridēdi aclus quouis modō rideamus. Vel letitiae specie, uel contēptus. Ci. Dij immortales, quā ego risum nostrum desidero. Risum captare. Cic. Epicurus ea dicit, ut mihi quidem risum captare uideatur. Risum concitare, excitare, mouere. Cice. In quo ille mihi risum magis, quā stomachum mouere solet. Risum facere aut est risum excitare, uel mouere. Cic. Post repulsam risus facit ciuem bonum ludit, & contra Caesarem sententias dicit. Aut pro risum edere ponitur. Cic. Risus populi, atque admurmuratio omnium facta est. Risum edere, tenere. Cice. Risum uix tenebant, qui aderant.

Deridere est ludere, uel deludere. Cic. Istos omnes deridete, atq; contemnite. Derisor est contemptor, uel conuiciator. Pli. Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant. Deridiculum. Var. Sequetur ut duos uillicos, & duas uillicas habere debeat, quod est deridiculum.

Irridere est deridere, uehementer ridere, contemnere, uel ludibrio habere. Ci. Id est in literis tuis maximē irridendum. Irrisor est, qui irridet. Cicero. Veniant igitur irrisores huius orationis. Irrisio est subsannatio, uel contemptus. Cicero. Oratio aut nulla sit, aut omnium irrisione ludatur.

Laudere

Ludere est ludo, uel delectationis causa se se exercere. Interdum est uersibus scribere, sed non nisi in opusculis ferè, qualia sunt. Epigrammata. Interdum est iocari & irridere, siue scurriliter & leuiter loqui. Cic. Quid ludimus? nescis quo cum Imperatore tibi negotium sit? Ludibundus idem est, quod ludens. Cic. Tum ad te ludibunda doctè, & de licatè detulit. Lusor, qui ludit, aut decipit. Plaut. Quid censes, te ut deludem contra lusorem meum, qui nunc primum te aduenisse dicas, modò qui hinc abieris? Lusorius, ut tabula lusoria, qua tesseriis luditur & lusoria quæstio, quæ ludo fit, uel de ludo tractat. Pli. Lusoriam pilam Pythius inuenit. Ludi magister dicitur, qui præest ludo literario. Cic. Cum agellus eum non satis aleret, ludimagister fuit. Ludius, uel ludio idem significant, & est histrio. Cice. Ipse ille ludius non solum spectator, sed & c. Ludus est munus spectaculum, uel scena. Ponitur etiam pro loco, in quo quis exercetur, docetur uè. Sic dicimus ludum palestræ, pilæ, gladiatorium, musicum, literarium, pro scola in qua pueri dant operam. Cice. Datur huic aliquis ludus ætati concessu omnium. Idem. Non ad ludū, & iocum facti sumus. Quidam ludum in facto esse uolunt, iocum uerò in uerbo. Ludus est, pro facile est. Cicero. Illa perdiscere, ludus est. Ludos face-

dos facere, pro deridere. Dicimus aliquem ludos fieri. Antiqui etiã dixerunt ludos operam facere pro operam perdere. Plau. Pol magis sapiisset, si dormiisset domi, iam nunc operam ludos facit, & reãtia. Terent. Vt ludos facit. Ludo, uel per ludum facere dicuntur, quod ludibundi facimus, uel in specie & modum ludi. Cic. Per ludum, & iocum euertit illum. Ludi pro spectaculis publicis. Cic. Ludis uotiuis id solenne est. Ludos apparare, facere. Cic. Ludos apparatissimos, magnificentissimosq; fecit. Ludos committere est ludos celebrare, facere, uel edere. Cic. Quo die ludi committebantur. Lusus Mart. Amisit lusus, delitiasq; suas. Lusio est lusus, uel ipsa ludendi actio. Cice. Pueri lusionibus uel laboriosissimis delectantur.

Ludicrus, uel ludicer, significat ioculariũ, lusorium, uel leuem. Cic. Ars ludicra armorum & gladiatori & militi prodest. Ludicrũ substantiuũ non modo ludos histrionicos, & scenicos significat, sed quodcũq; opus lusoriũ et ioculare. Liu. Ludicrũ fuit, equi pugilesq; ex Hetruria maximè acciti.

Ludibriũ dicitur res uana & deridenda. Ci. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidẽ putauit, quæ non appellamus etiam bona. Ludibrio esse. Est falli uel irrideri ab aliquo. Ci. Ne ludibrio simus inimicis

R Ludibrio

Ludibrio esse, uel haberi, idem est quod deridere.
Terent. Non sic ludibrio tuis factis habitus essent.

Ludificare, uel ludificari significat deridere, seu per iocum & ludum fallere. Ci. Is aperte ludificari, & calumniari sciens uidetur. Ludificatio est, uelut tergiversatio, fraus, uel deceptio. Lilius. Ne nihil actum censeret, extracta propè estate per ludificationem hostis.

Colludere propriè est simul ludere. Est etiã moueri, & ueluti modo inter se colluctari. Vergil. Sæpe leuem paleam, & frondes uolitare caducas. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Est præterea fallere & decipere. Cic. Tibi inimicus esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset, quàm suæ. Collusor est, qui simul ludit & fallit. Cic. Hunc tu agrum compransoribus tuis, & collusoribus diuidebas. Collusio. In Ver. Act. 5.

Deludere est deridere, uel decipere. Ci. Nihil agere, atq; deludere coeperunt.

Illudere est ludere, uel ludificari, decipere, uel circumuenire, ueluti ludendo. Atq; tam datiuo, quàm accusatiuo casui iungitur. Ci. Illius miseri fortunis, ac dignitati illusit. Illusio. Est et extenuatio, et huius adiuncta illusio, à præceptis Cæsaris nõ abhorrens.

Eludere

Eludere est deridere, uel decipere. Grammatici propriè Gladiatorum esse uolunt, cum uicerint. Po-
nebant etiam antiqui pro finem ludo imponere. Cic.
Nos ab isto nebulone facete eludimur.

Iocari est eludere, uel cauillari, nugas agere,
uel facere & cum uenustate aliqua loqui. Ci. Hæc
iocatum me putato, ut ego te existimo. Iocans, uel io-
culans idem est, quod ioco aliquid dicens, nec serio
agens. Liuius. In carminum prope modum in condi-
ta quædã ioculâtes. Iocatio est iocosa, & faceta nar-
ratio, aut locutio. Ci. Nunc uenio ad iocationes tuas.
Iocus significat ludum, risum, facetias, leporem, salẽ
hilaritatem, festiuitatem, cauillationem, iucunditatẽ.
Ci. Ioca tua plena facetiarũ fuit. Ioco pro per iocũ,
est iocosẽ, uel festiuẽ. Terẽ. Ioconẽ, aut serio ille dicit
nescio. Per iocũ, est idẽ quod ioco, uel iocose. Ci.
Dixi id per iocũ. Extra iocũ. Ci. Sed me hercule mi-
Pate, extra iocum moneo te. Remoto ioco est idẽ,
q̃ extra iocum. Ci. Remoto ioco, tibi hæc amicissimo
animo præcipio. Iocosus est ad iocũ pertinẽs. Vnde
iocosas cõtentiones dicimus, quæ in ioco, uel de ioco
oriũtur. Ponitur præterea, p̃ festiuo, uel iucũdo, et q̃
uerbo ipso risũ mouet: ut iocosa uerba: hoc est, leuia
nõ seria, sed per iocũ dicta. Pertinet etiã ad personas
et significat facetũ, lepidũ, idcis abũdantẽ, uel hilarẽ

Vt salinum deorū causa habere possint. Salarius dicitur aliquando, qui sal, uel salsamēta uendit. Mart. Quot uiles pueri salariorum. Generaliter autē ponitur pro eo, quod ad sal pertinet. Liu. Vestigal etiā nouum ex salaria annona statuerunt. Salarium pro stipendio, uel mercede, qua quis pro seruitiū meritus est. P. i. Sal honoribus etiā, militiæq; interponitur, salarijs inde dictis, magna apud antiquos auctoritate. Salsamentū dicitur, qd' conditur ad usum diciturnū, ut pisces & cætera id genus. Ci. De uino, aut salsamento putas loqui, quæ eu nescunt uetustate. Salsamentarius, res ad salsamentum pertinet. Plin. Parotidas admista farina è salsamentaria testa sanat. Salsura est idē, quod salsamentū. Col. Nulla æquæ, quàm prædictæ salsuræ, pabulo cōmodantur, quoniam odorata sunt. Salsus propriè res salis saporem habens, siue quæ sale densata est Translatè uerò salsum in consuetudine pro ridiculo tantū accipimus, natura nō utiq; nam sicut sal suauitatē quandam cum mordacitate habet, ita etiā urbanorū ioca. Cic. Multa sunt ridicula & salsa Græcorum. Salsè est facetè. Cic. Salsissimè ea dicebat.

Facetus pro urbano, salso, festiuo, arguto, dicitur. Cice. Tibi facetum uidetur, quicquid ego dixi. Facetosus est facetijs plenus, uel abundans.

Dicax appellatur, qui sermone aliquē cū risu
incessit, & ridet, paulò nimium facetus. Ci. In cōuiujs
faceti, & dicaces sunt. Dicacitas propriè significat
sermonē cum risu aliquos incessentem & mordens
tem. Ci. Quod etiā sine dicacitate ridetur.

Dicterium est breuiter, acutè, salseq; di-
ctum. **Martialis**: Omnibus arrides, dicteria dicis
in omnes.

Argutus dicitur, qui est acuta quadā, &
accurata solertia, quasi acute arguēs & uestigans:
Nō autem ab altero acutè intellectus & uestigatus.
Ponitur etiā pro celeriter mobili. Ci. Manus nimis
arguta, digitis subsequens uerba, nō exprimēs. Idē.
Literæ illæ quā argutissimæ mihi uisæ sunt. **Argu-
tia** est acumē, calliditas, uel subtilitas. Ci. Huius ora-
tiones multum argutiarū, & urbanitatis habebant.
Argutè est subtiliter, uel acutè. Ci. Si mihi acutè, ar-
gutèq; responderit.

Subtilis significat acutum, uel tenuē: Ci. Subti-
lissimum & acutissimū dicendi genus. Subtilitas est
tenuitas, uel acumen. Ci. Facile cedo tuorum scripto-
rum subtilitati, & elegantiæ. Subtiliter est acutè, uel
acriter. Ci. Versutè ac subtiliter dicebat.

Acutus. Acutū propriè dicitur ferrū, id est
sciō habens, uel bene secans. Cui contrariū est hebes

obtusū. Plau. Vide ut tibi istis sit acutus culter probè. Acutum etiam dicitur, quod in mucronem, siue acumen desinit, ut palus acutus. Plinius. Viridissimū ac pingue, acutis angulis, cōtumax fricanti. Trāslatè pro subtili, uel acri ponitur. siue de personis dicitur, siue de rebus, ut acuti sophistæ, acutus Orator, acutum disputandi, uel dicendi genus, acutus sonus. Ci. Vir ingenio, prudentiaq; acutissimus. Acumen hic pro argutia ponitur. Cic. Interpretatio nominis habet acumen. Acute est subtiliter. Cic. Acute, arguteq; coniecit de hoc faciendo.

Perspicax significat acutum & consideratum. Cic. Id quod acutum, & perspicax natura est. Perspicacia, uel perspicacitas est acumen, uel consideratio. Cic. Quanta es perspicacitate, ut etiam à me non scripta perspicias?

SCURRA dicitur, qui risum ab auditoribus captat, non habita uerecundie ratione, aut dignitatis. Ci. Vetus est, de scurra multò facilius diuitem, quàm patrēfamiliās, fieri posse. Scurrilis est ridiculus cum turpitudine. Cic. Vitandum est oratori utrunq; ne aut scurrilis iocus sit, aut inimicus. Scurriliter est procaciter. Pli. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

Morio

MORIO. Moriones sunt fatui, quos in delicijs principum esse uidemus Martial. Paruum basiat usque morionem.

STULTUS est idem, quod nullius consilij. Fatuus imprudens, improuidus, rudis, imperitus, ingenio hebes, uel tardus. Cice. Homo neq; meo iudicio stultus, & suo ualdè sapiens. Stultitia fatuitas, uel imprudentia. Cic. Stultitiam censuerunt inconstantiam. Stultè est incautè, uel imprudenter. Cic. Stultè, & incautè omnia agi uideo.

IDIOTA est stultus, prudentia carens, uel illiteratus. Cicero. Planè animi sui causa ludos nobis idiotis reliquet.

BARDUS à tarditate ingenij appellatur & ponitur pro stupido. Cice. Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quod iugula concaua nō haberet

STUPIDUS à stupendo est, quod significat ita timere, ut quodam modo sensum rerum non habeamus. Cic. Stupent omnes. Idè est stupefcere. Cic. Aspicimus, admiramur, stupefcimus. Stupefcieri. Cic. In quo homines exhorrescunt, quem stupefacti dicentem intuentur. Obstupefcere. Cic. Obstupefcient posterij Imperia & Prouincias tuas. Obstupefcieri. Cic. Homines admiratione obstupefacti id credebant. Stupidus est bardus, uel stupens. Cic. Omnes stupi-

Insiptidus est idem quod insulsus. Gell. Nihil est prorsus ijs insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Absurdus propriè significat auditu alienum, sine alienum ab auribus: sed usitatus ad animum transfertur, poniturquè pro eo, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. Cicero. Tempuserat dicessus absurdum. Absurdè est ineptè uel repugnanter. Cicero. Quàm id ipsum absurdè, nihil ad me.

Absonus est absurdus, discors, discrepans, quasi à sono alienus, ut uox absona, id est, repugnans & malè conueniens. Ponitur ita pro repugnante, uel differente. Cicero. Vox extra modum absona & absurda.

Dissonus est discordans, repugnans, uel ineptus, uel absurdus. Liuius. Dissonè sermone gentes & moribus. Dissonare est discordare. Colum. An uniuersa, quæ Maiores prodiderunt huius tēporis culturae respondeant: an aliqua dissonent.

Ineptus est non aptus. Ineptum uero dici ait Donatus quod à quouis reprehendi potest. Cicero. Hoc ne curaris, ego & c. Ineptus qui scripserim. Inepti, uel ineptiæ, arum, tam uerborum quàm factorum sunt. Cicero. Peto à uobis
ne has

ne has meas ineptias efferatis. Ineptè est insulsè, absurdè, stultè, imprudenter uel ridiculè. Cic. Ineptè reprehendit consilium meum. Ineptire est facere aut dicere, quod neq; loco, neq; tempori, neq; rebus neq; personis conueniat. Terent. Non agam? imò non desinam, donec perficere hoc. P. Ineptis. D. Sine modò. Cic. Inepte sanè disputat.

Inanis propriè est uacuuus. Cic. Inanem te nauem esse in Italiam deducturum dicebas. Translatè pro uano, cassa, sine causa, uel superuacaneo accipitur. Et iungitur frè genitiuo, uel ablatiuo. Cice. Nulli abs te hos dies epistola inanis aliqua re utili, & suauiter uenerat. Inanitas est uacuitas, uel uanitas. Cic. In summa inanitate uersatur. Inaniter est incassum, uel uane. Cicero. Incertum est, uerè, inaniterquè moueatur.

Futulis pro inani eleganter ponitur. Interdum ad personas refertur, & dicuntur futiles, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. Ci. Quis non odit sordidos, uanos, futiles? Propriè uero futile uas est, quod non deponebant ministri socrorum quod erat acuto fundo, & patulo ore, eoq; instabile erat. Utebantur eo in sacrificijs deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta, in terra non ponebatur: quod si fiebat piaculum erat. Vnde excogitatum, uas fuit,
quod

quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. Futilitas est uanitas, uel inanitas. Cic. Hæc & dicuntur & creduntur stultissimè, & plane sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

Nugæ sunt sermones leuium rerum, ac nullius ponderis, & plerunq; scurriles, ioculatorijq;. Vnde Catullus & Martialis poemata sua uocant nugas, ut de inanibus, uel uerbis. uel rebus loquentia. Nugas igitur pro re omni friuola, & futili pones: uel pro re falsa, & mendaci. Cic. Nugarum in eo comitatu nihil erat. Nugari est uana, & nugas dicere uel agere. Plaut. Non mihi nugari potes. Nugator est, qui nugatur. Cic. Non tam isti, quàm tu ipsi nugator. Nugiger qui uana nunciat, uel gerit. Cic. Dices, uellem iam pridem scio te uoluisse, & me: ast nugigeram manum fuisse. Nugatorius, futilis, uanus, nugis plenus. Cic. Illud ualde leue est ac nugatorium. Idem Mala, nugatoriaq; accusatio. Nugatoriè est friuole, uel futilliter. Cice. Non contra tenuiter, & nugatoriè responsum.

Somnium pprie est, quod in somnis uideri uidetur: quod quia falsum est, translataè somnia appellamus res uanas & falsas. Cic. Somnia censet hæc esse Democriti non docentis, sed opinantis.

Effutire est uana dicere, & inaniter fundere
& imp re

Et inpremeditatè loqui, nulla habita temporis, aut personarum ratione, cum mendacio dicere. Cicero. Quidam temere de mundo ea effutiunt.

Balbutire propriè est cum quadam linguæ hæsitatione, & confusione loqui. Translatè pro effutire. Cic. Ille noster est planè, ut supra dixi Stoiæ, per pauca balbutiens. Balbus est linguæ hæsitans, uel cuius lingua ita inhaeret, ut ægroe loqui possit. Cice. Demosthenes ita balbus fuit, ut rhetoricæ primam literam non possit dicere.

Blaterare est stultè, & percupidè loqui. Et propriè camelos cum uoces edunt, blaterari dicimus. Horat. Cum magno blateras sermone.

Blatire idem est, quod blaterare. Plaut. Credo ueracle te esse ab illo: nam ita nugas blatis. Blatero, onis, est futiliter & inaniter loquax. Gellius libro primo capite decimo quinto.

Vanus est inanis, falsus, mendax, futilis, lenis, stultus quasi mentè uacuus, qui in rebus inani- bus studium collocat. Vaniloquus uerò pro falsa dicente accipitur. Ci. Vana est ea ratio. Idè. Is, ut pleriq; quos opes regiæ alunt, uaniloquus, maria, terrasq; inani sonitu uerborum compleuit. Vanitas est inanitas, leuitas, mendacium, uel fallacia. A qua signifi-

significatione non abhorret uaniloquentia. Ci. Id comitate fit magis, quàm uanitate.

Leuis. Leuem proprie appellatur, quod sine pondere est, quodq; facilius sursum attollitur, quàm deorsum tendat. Cicero. Deus mundum leuem fecit, & undique equabilem. Translate pro inani, parui momenti, nullius penè ponderis, mobilis, inconstanti, pertinetquè tam ad res, quàm ad personas. Idem est leuiculus. Cicero. Alia quædam inania, & leuia conquiris. Idem Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari solebat aquam ferentis mulierculæ, &c. Leuitas proprie. Totam figuram mundi leuitate circumdedit. Translate pro inconstantia, mobilitate, uel uilitate ponitur. Cicero. Amatorijs leuitatibus dediti. Leuiter significat sine pondere, parum admodum, intranscursum, & quodam modo molli brachio. Cic. Alij florentes, & leuiter ornati sunt.

Inconstans significat, leuem, mobilem, uolubilem, qui à te ipso subunde desciscit, qui tum hoc, tum illud dicit, neque in hac, neque in illa parte fidem habens. Et dicitur tam de rebus, quàm de personis, ut inconstantes uenti, literæ &c. Cicero. Si ea quoq; diuina sunt, quid inconstantius deo? Inconstantia est leuitas, mutabilitas, uel mobilitas. Cicero.

Non laudanda est inconstantia, mutabilitasq; mentis. Inconstanter est leuiter. Cicero. Hæc dicuntur inconstantissimè.

Cassus pro inani ponitur. Plin. Fiunt semina *cassa* & *inania*. Et quidã à *casibus* araneorum deducunt, quòd sint leuis, ac nullius ponderis.

Friuolus pro inani, ludicro, inepto uel *futili* ponitur. Pli. Friuolum dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur. Et Friuolum à *frio*, *frias* dicitur, quod est inane, leue, nulliusq; momenti. Friuola autè uasa propriè sunt fictilia, *cassa*. Vnde uerba friuola dicta quæ minus sunt subnixæ fide. Pli. 7 cap. 7. Friuola aliquando pro supellectili tenui ac uili accipiuntur qualis eorum solet esse, qui in *cenaculis* habitant. Iuue. Et ne teneã, Romanorum omnia Regum A. Grecis *γρυπτοπολι* dicuntur, id est, τὰ κατὰ τὴν εὐκρίαν σκευὰ ἀνεκτὰ. Vnde & *gryptopolis* ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilè uenditât, quos *friuolarios* appellare possumus.

Superuacuis, uel *superuacaneus* idem est, quod *inanis*, *redundans*, *usum*, nō habens. Ci. Quod *superuacaneum* sit, aut *usum* non habeat. Columella. *Superuacuum* est hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis.

Superfluens à *superfluere* est, quod significat

ficat abūdere uel redundare, & tam propriè quàm
translatè ponitur . Pli . Apolloniæ in Ponto iuxta
mare æstate tantum superfluit . Superfluens . Cic . Is
dedit operam, si modo id consequi potuit , ut nimis
redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam
diceudi impunitate &c . Superfluitas est abundan-
tia, uel redūdantia . Pli . Aliæ uites improbo reptā
tu, pampinoſūq; superfluitate atria media cōplent.

DELECTARE est recreare, delectationem
habere . Et fere intertijiſ personis usur-
patur . Paſſiuè uerò positum ſignificat duci, capi, te-
neri, uoluptate affici, gaudere, lætari . Cice . Reli-
qua ſunt epistolæ generā duo, quæ me magnopere
delectant : unum familiare, & iocoſum : alterū
ſeuerum & graue . Idem tuis incredibiliter ſtudijs
erga me delector . Idem . In hoc admodum delector,
quod &c . Delectatio est iucunditas, uel fructus iu-
cunditatis : uel est uoluptas ſuauiſſime ſenſus animi
deliniens . Cic . Mira quædam est in cognoscendo ſua-
uitas & delectatio . Delectationem afferre . Ci . Quæ
popularem admirationem habuerūt, delectationem
tibi nullam attuliſſent . Dilectationem habere pro de-
lectationem afferre, uel ſubminiſtrare . Cic . Hoc ha-
bet magnam delectationē . Aut est delectatione frui,
aut delectationem percipere . Cic . In ipſa occupatio

ne delectationes alias multas habere possumus. A delectatione impediri. Ci. A delectatione omni negotijs impedimur. Delectatione priuari. Ci. Magna te delectatione, & uoluptate priuasti. Ad delectationem reuocare, Ci. Non illū amœnitas ad delectationem reuocauit. Delectamentum est delectatio. Cice. pro leg. Manil. Inania sunt ista mihi crede, puerorum delectamenta.

Oblectare est delectare uel recreare. Ci. In cōmunibus miserijs hac tamen oblectabar specula. Oblectatio est delectatio. Cic. Quæ ista potest esse oblectatio deo? Oblectamentū est idē, quod oblectatio. Ci. Vt illi haberent hæc oblectamenta, & solatia seruitutis.

Iuuare hīc est delectare, poniturq; impersonaliter: datiuumq; habet apud antiquiores scriptores: accusatiuū uerò apud recensiores. Sic ergo & in corpore, & in animo dicitur, ex eoq; iucūdi significationē nanciscitur. Ci. Iuuat me, hæc præclara nomina sic concidisse.

Placere hīc est delectationē adferre, uel cordi esse. Ci. Lōgilius mihi aiebat, se uelle nobis placere.

Cordi esse, est idē quod placere. Mihi uita horrida, atq; arida cordi est.

Capere est delectare, iuuare, uel cordi esse.

Cic.

Ci. Ego mirificè capior facetijs maximè nostratibus
Duci est oblectari. **Cic.** Hominis mens uident
 di, & audiendi delectatione ducitur.

Teneri est oblectari. **Ci.** In qua magna ex par
 te ingenio eius, et dicendi genere quodā tenebamini

Retineri plus uehementiæ habet, quā teneri.
Cic. Quæ uehementer animos hominum in legēdo
 retinere possunt.

Deliciæ sunt oblectamenta, quæ nobis uolup
 tati esse solent. Interdum etiam pro importuna quā
 dam curiositate accipiuntur. **Ci.** Multarum delitiarum
 comes est extrema saltatio. Aliquando delitiæ
 pro re nobis maximè chara & iucunda : re scilicet,
 qua maximè oblectamur, quæq; nobis uelut in deli
 cijs est. **Ci.** Redeo ad amores, deliciasq; nostras. **L.**
Antonii. Tu delicijs habere significat in primis cha
 rum habere. **Cice.** Publicanos habeo in delicijs. In
 delicijs esse. **Cic.** Quæ ciuitas tibi in amore, atq; in
 delicijs fuit. Delicias facere, est uelut submorosum
 se præbere, aut uelut alicui illudere nimie cuiusdā
 facilitatis specie. Dixerunt enim antiqui delicias ali
 quē facere, pro ridere aliquē. **Plau.** Enimuero ere
 meo me laceffis, ludos, & delicias facis. **Delicatus.**
Delicata dicebantur dijs consecrata, quæ nunc di
 cata appellantur. Vnde adhuc manet delicatus,

quasi luxui dicatus. Interdum ponitur pro eo, quod est in delicijs, uel in delicijs habetur: diciturq; tam de rebus quàm de personis. Ponitur etiã pro accommodato ad delicias. Ci. Puerolepidi, ac delicati. Delicatè est molliter, uel luxuriosè. Cice. Delicatè, ac molliter uiuunt.

Mollis propriè dicitur caseus, lana, cera, luttum, & similia quæ non dura sunt. Trãslatè uerò pro delicato, effœminato, tractabili, flexibiliq; ponitur. Cic. Infima auricula mollior. Idem. Delicati sunt & molles nimis. Mollities, uel mollitia est teneritas, uel lenitudo, languor, imbecillitas, delicata uita ratio. Cice. Quamollitia sum animi & lenitate. Mollitudo est mollities. Ci. In ipso tactu est, & mollitudinis, & lenitatis modus. Molliter est leniter, delicatè, uel effœminatè. Cic. Id feci parcè, & molliter. Mollire est mollem reddere, uel facere. Ci. Dentibus in ore constrictis māditur, atq; ab his extenuatur, & mollitur cibus. Trãslatè pro mitigare, pacare, effœminare, langorem & animi imbecillitatem inducere, ponitur. Cicero. Nos animum opinionibus, maloq; more delinitum molliuimus. Molllescere est molli fieri, uel placatum reddi. Plin. Ladanum uisu aridum, statim tactu mollescit.

Delinire est mollire, mitigare, placatiorem reddere.

reddere. Ci. Eum præcio deliniunt. Delinitor est, qui delinit. Cic. Vt non cum aduersario solum, sed etiam (quod mirabile esset) cum Iudice ipso, cuius delinitor esse debet. Orator, iurgio se contenderet. Delinitio & delinimentum. Cicero. Ipsa illa delinitio multitudinis, ad breuem, exiguumq; sit tempus.

Demulcere est delinire: ut solet fieri catellis, cum manibus atrectantur. Lilius. Ne utiq; dorsum demulceatis, cum ex equis descendetis.

Voluptas est elata præter modum lætitiæ, opinione præsentis alicuius boni. Vnde quicquid eum delectatione animi demulcet, uoluptas dicitur. Cic. Omnibus in rebus uoluptatibus maximis fastidium finitimum est. Voluptati esse. Ci. Hæc ipsa mihi sunt uoluptati, & erant illa Torquatis. Voluptate perfundere. Ci. Delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quasi uoluptate quadam perfunditur. Voluptatem capere. Cic. Cæpi uoluptatem, tam ornatum uirum fuisse in nostra republica. Voluptatem accipere, percipere. Cic. Voluptatem corporis ex ea re percipiunt. Voluptatem habere. Fam. 2. In uoluptate esse. Ci. His rebus instructus semper est in uoluptate. Voluptarius res uoluptate adferens, quæq; amœna est. Ci. Elationem uolupta-

riam improbāt. Voluptuosus, res quæ in se uoluptatem habet, quæq; plena est uoluptatis, & quæ uoluptate afficit. Pli. Voluptuosum est, utraq; opera eodē uatico inuisere. Volupè est uoluptuosum, uel delectabile. Teren. Venire saluum uolupè est.

MV S I C A. Musicam uulgò scientiam appellant, quæ modum canendi demonstrat. Musicæ uerò appellatione Prisci humanitatē literarum significarunt, in qua ingenuos homines docebant ocium conterere, animūq; recreare. Ci. Censeres in platanis inesse musicā. Musicus, a, um. Musicum dicitur quod ad musicā pertinet. Vnde dicunt Comici artem musicam tractare, pro Comoedias scribere. Appellamus etiam musicos sine adiectiuo, id est, musicos uiros & cantores. Ci. Quis musicis penitus se dedit, quin &c. Musicè est integrè, ut nihil desit. Est etiā delicatè, genialiter. Plau. Musicè hercle agitis etatem.

Symphonia est musicus cōcentus. Ci. Symphoniā Lysonis uellem uitasses. Symphonicus est symphoniæ sciens, symphonia utens, ad symphoniā pertinēs. Ci. Milo tum casu pueros symphonicos uxoris ducebat.

Canere est uoce modulari uel cantum edere, uel uaticinari. Et ponitur absolutè, uel cū datiuo,

nel cū accusatiuo sine præpositione ad: aut cū præ-
 positione ad. Est etiā celebrare, aut uersibus descri-
 bere, ut faciunt poëtæ. Ci. Tibicen sine tibijs canere
 nō potest. Canere intus. Qui priuati cōmodi impen-
 diō studiosi essent, ac ferè quicquid rerū agerēt, id
 omne ad domesticā referrent utilitatē, ij prouerbio
 intus canere: ij dē apud Græcos Aspendij Citharistæ
 dicebantur in Ver. Act. 3. Canere sibi & musis di-
 cuntur qui scribūt, quod soli docti intelligāt, nō autē
 uulgus. Cice. Tibicen Antigenidas dixit, discipulo
 sanè frigenti ad populum, mihi cane, & musis. Can-
 nere eandē cantilenā, de eo dicitur, qui molestus est
 sepius eadē inculcās. Nihil enim odiosius, q̄ quod
 semper idē est. Terē. Cantilenā eandē canis. Canere
 classicū, uel bellicū de ijs dicitur, qui signū dāt ad op-
 pugnatiōē, uel ad cōmittendū præliū. Deductū lo-
 quendi genus à classibus exercitus, quas cū euocabat
 princeps, & à pugna distrahebat, classicū canere di-
 cebatur. Cæs. Classicum apud illū cane, & alterum
 illi iubet prætorium tendi. Canere signa dicuntur
 in bello, cū congregiuntur milites, & collatis signis
 depugnant. Liuius. Eos, ubi quartæ uigiliæ sig-
 num cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre. Ca-
 nere receptui dicitur dux exercitus, cum iubet su-
 os milites cessare à persequendo hoste. Liuius.

Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit, sed Flaccus receptui cani iussit. Trāslatè significat finire, uel reuocare animum alicuius à re aliqua gerenda. Ci. Quis, reuocante, & receptui canentē Senatu, properet dimicare. Canere surdis auribus, idem est, quod operam perdere. Liuius. Vereor, ne uana præcepta surdis auribus cecinerim. Cantor est qui canit. Cic. Leguleius quidam Preco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Canorus est sonorus, ut canora uox, id est, non fusca. Ci. Canorus orator & uolubilis. Cantio pro cantu ponitur. Ponitur etiam pro beneficio. Plaut. Lepidā & suauē cantionē aliquā occipio. Cantiumcula diminutiui. Ci. Vidit. Homerus probari fabulā nō posse, si cātiunculis tantus uir irretitus uidetur. Cātus est symphonia, uel uocis inflexio. Ci. Bestiæ sepe immanes cantū flectuntur atq; cōsistunt. Cantare est canere, cantus edere, uel fundere: uoce aliquē, aut scriptis celebrare. Ci. Querit, cur ante lucē galli cantent. Cantator est, qui cantat aut qui cōsueuit canere, & crebro cantus exercet. Dicitur etiā cātrix. Var. Intra rete sunt aues omne genus, maximè cātatrices, ut lusciniolæ & merulæ. Cātitare cantandi frequentatiui est. Terē. Facturū credo, ut habeas, qui cum cantites. Canticum propriū

priè poni uolunt, pro elegante cantu & lasciuo. Ci. Forte nosti canticum.

Concinere est simul canere. Est etiã conuenire, uel concordare, idq; translâtè. Ci. Hæc tum à me tanquàm fata in ipsa re gerenda cõcinebantur. **Concentus** est quasi cõsensus, uel concordia. Ci. Omnium doctrinarum est quasi quidam consensus concentusq;. **Cõcentio** est concentus. Ci. Caterua tota, elarissima conentione in ore impuri hominis immi nens concionata est.

Occinere est contra canere. Liuius. Si pulli nõ pascentur, si tardius ex cauea exierint, si occinuerit auis &c. **Occentus** est occinendi actus. Plinius. Soricum occentu dirimi auspicia, annales refertos habemus.

Pfallere est canere, uel cantare. Ci. Pueri lepidi, ac delicati cantare, & pfallere didicerunt. **Pfaltria** est cantatrix. Ci. Psaltriam adducamus.

Modulari est metiri, aut decantare. Ci. Hominum aures uocem natura modulantur ipsa. **Modulator**. Col. Placitæ discipline consecretentur magistrum, uocis & cantus modulatorem. **Modulatio**. Quintil. Quorum alterum modulatione alterũ sonis constat: Modulâtè est concinnè, & cū mensura. Cicero. Si ex oliua modulâtè canentes tibiæ, nasce=

S S

rentur;

rentur, num dubitares, quin inesset in oliua tibi-
 nis quædam scientia?

MIRARI est de re aliqua tanquàm noua,
 & in uisitata obstupesceri. Cic. Mirari sa-
 tis hominis negligentiam nō queo. Mirabundus est,
 qui uehementer miratur Liuius. Extemplo impro-
 uida res pauorē incutit Poenis, mirabundiq; unde
 tot hostes tam subito exorti &c. Mirandus res di-
 gna admiratione, uel habens aliquid admirationis.
 Ci. Qui minime miranda mihi acciderunt. Mirator
 est, cui aliquid mirum uidetur Martial. Mirator ue-
 terū senex auorum. Miratio est actio mirantis. Ex
 quo nomine pulchra manat locutio, scilicet miratio-
 nem facere, pro mouere, uel excitare. Cice. Causarū
 ignoratio in re noua mirationē facit: eadē ignoratio
 si in rebus usitatis est nō miramur. Miraculū dicitur
 quicquid admirationē adferre potest. Que uerò chri-
 stiani digna admiratiōe nunc dicūt, antiqui in rebus
 turpibus utebantur. Ponebāt etiā miracula pro mon-
 stris, uel horrendis. Plin. Auū generatio sua habet
 miracula. Mirabilis idē est, quod mirādus, uel admi-
 ratione dignus. Ci. Mirabile in modū Ephesi pre-
 stit. Mirabilitas. Ci. Ergo hæc animi altitudo mirabi-
 litatē facit. Mirus est mirādus, aliquādo loco aduer-
 bij ponitur. Ci. Me mirū desiderii tenet urbis. Plau-
 Mirū, si illos homine quoquo pacto opus est. Mir

est mirabiliter, uel uehemēter. Cic. Puerο municipia mirè fauente Mirificus dicitur, qd' est mirabile. Cic. Ex tuis mirificā cepi uoluptatē. Mirifice est mirabiliter, uel mirū in modum. Ci. Dolo, et mirifice quidē.

Admirari est admiratione affici, uel suspicere. Et paulò plus uehementiæ habet, q̄ mirari. Admiramur igitur res nouas, magnas, insolitas, & inusitatas. Ponitur etiā pro uenerari. Ci. Admiratus sum breuitatē epistolæ tuæ. Admirabilis res admiratione digna, uel quæ admirationē habet. Cic. Ars militaris admirabilē dignitatē habet. Admirabilitas est admiratio. Cic. Vides, quanta sit admirabilitas cælestiū rerū. Admirabiliter est cum admiratione quadā omniū, honorifice & insigniter. Ci. Mūdi dei cōsilio admirabiliter administratur. Admiratio & admirabilitas idē. Cic. Homines admiratione obstupescitū erant Admirationē habere res dicitur, quæ admirabilis est. Cic. Varij casus habent admirationē. Admirationē mouere. Cic. Hoc maximā admirationē mouet. Admirationē efficere. Ci. Hæc sunt, quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. Off. 11. In admirationē traducere. Cice. Traducere eos debet Orator qui audiūt, in magnā admirationē.

Demirari multū uehementiæ habet. Cic. Me, propter quem cæteri liberi sunt, tibi liberū nō uisum demiror,

Suspice

Susplicere est admirari, uel demirari. Cice. Aeternam naturam esse susplicendam, admirandamq; hominum generi fatetur.

DISPLICERE est odiosum esse, uel iniucundum. Cice. Inhibere illud tuum, quod ualdè mihi arriserat, uehementer displicet.

Iniucundus, est id quod minime est gratū. Cic. Minimè nobis iniucundus iste labor Iniucunditas. Cic. Id præteriundum est, ne quid iniucunditatis habeas oratio. Iniucundè. Cicero. *Que res mihi asperius à nobis, atq; à nostris, & iniucundius acie uidebantur.*

Inuisus, aliquando est non uisus. Cic. Occulta & maioribus non inuisa solū, sed etiam inaudita facta inexpiabili scelere peruertit. Hic pro eo, qui odio habetur, qui displicet, quem æquo animo uidere non possumus. Cic. Cato inuisus Cyprum relegatur

QVERI est lamentari, deplorare, querimoniam habere, ex postulare. Cice. Quid multa, quæstus est grauiter. Queribundus est lamentabilis. Cic. De supplicio P. Lentuli, de carcere magna, & queribunda uoce dicebat. Querulus est qui conqueritur, siue qui querulis plenus est. Est etiam canorus. Col. Querule rane obstrepunt. Martial. Procul horridus Liburnus, & querulus cliens.

Questus

Questus, us, ui, est lamentatio. Cic. Qui deniq; **questus**, qui moeror dignus inueniri in calamitate tanta potest? **Querela** est querimonia, uel conquestio. Cic. Non intelligis te querelis quotidianis nihil proficere. **Querelam** habere res dicitur & persona. Res, cum ex ea querela nasci potest. Persona, cum queritur de iniuria, uel molestia aliqua. Cice. Nunc cum his tantum negotij est, ut uestrum illud diuinum in republica beneficium nonnullam habeat querelam. Cic. Stathius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. Abducere à querelis. Ci. Ut abducam animum à querelis, & in eo ipso, de quo agitur exercear. **Querimonia** est querela. Cicero. Eo metu iniecto, repente in magna querimonia omnium diceſimus. **Queritari** est querendi frequentatiuum. Linius Ne uox queritantis audiretur.

Conqueri est queri, uel deplorare. Cicero Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror. **Conquestio**. Cicero. Vbi nullum auxilium, nulla conquestio. **Conquestus**. Linius. Tum libero conquestu eorum uoces sunt.

Expostulare est uehementer petere. Cice. Vix medusfidius tu Fanni à Balione, aut aliquo eius simili, hoc expostulare audias. Hic pro conqueri ponitur.

nitur, seu querelam apud eum ipsum deponere, qui fecit iniuriam. Cic. Locus uidetur esse tecum expostulandi. Expostulatio est aduersus eum, quem accusamus. Cic. Cum esset expostulatio facta.

Obiurgare hic reprehendere, coarguere, castigare, spernere, admonere, uel appellare. Aliquando est deponens. Cic. Ne in quo te obiurgem, id ipsum uidear imitari. Obiurgator est, qui obiurgat. Cic. Ut obiurgatores suos conuinceret. Obiurgatorius res ad obiurgatorem, uel ad obiurgationem pertinens. Cice. Vna cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. Obiurgatio est post turpe factum castigatio. Cic. Nunc susceptam obiurgationem reprimam.

Succensere est obiurgare, reprehendere, uel irasci, & maxime in re graui & iusta. Proprie succensere dicitur is, qui cum amare debeat, laesus irascitur. Cic. Ei te uehementer succensuisse audiui.

Reprehendere est increpare, culpae, uerbis castigare, accusare, uel in crimine uocare. Cic. Laboro ut assentiar Epicuro: reuocat, uirtus, uel potius reprehendit manu. Translate. Ego te non reprehendo, qui illum ad aedificationem te adduxeris. Reprehensor est castigator, uel insimulator culpae. Cic. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur. Rea

Reprehensio est vituperatio. **Ci.** Vereri reprehensionē prudentiū debet. In reprehensionē incur-
 rere de Finibus. **Reprehensionē fugere.** **Cic.** Non
 reprehēdo, quippe cum ipse statim reprehensionē
 non fugerim. **A** reprehensione abesse. Vel reprae-
 hensione carere. **Cic.** Hoc idē Sōphocles si in Athle-
 tarū approbatione dixisset; iusta reprehensione ca-
 ruisset. **Reprehensare** est reprehendēdi fr. quantan-
 tiū. **Liuius.** Reprehensans singulos, obsistens, obte-
 stansq; deū & hominum fidem.

Copulare est reprehendere, culpā alicuius tribuere, uel in culpa ponere. **Terent.** Quod si
 rescierint, culpent.

Increpare est sonare, & crepitum, uel soni-
 tum emittere. **Liuius.** Ut primo statim concursu in-
 crepuere arma, micantesquē fulsere gladij, horror
 &c. **Translatē.** **Cic.** dicit suspicionem increpare,
 pro audiri, uel referri. **Simulatq;** inquit, increpuit
 suspicio tumultus, artes nostrā conticescunt. **Hic**
 autem est accusare, reprehendere, uel obiurgare.
Cicero. Tum omnem orationem conuerti in incre-
 pandam **Capionis fugam.**

Carpere est reprehendere, increpare, uel
 insectari. **Cic.** Neq; ego tamen in Senatum, ne aut de
 tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo

(nam is carpebatur à Bibulo, Curione, Fauonio, Seruilio filio) animos bonorum offenderem.

Insimulare est reprehēdere, increpare, arguere, uel criminari. Est etiā crimē in aliquē confingere, uel iungerere. Cic. Verres cupiditatis insimulabatur. Aliquando pro suo simplici, quod est simulare ponitur. Cic. Insimulant homines fraudandi causa discessisse. Insimulatio est accusatio. Ci. Primū insimulatio est repentina, capitalis, atq; inuidiosi criminis.

Accusare, est apud iudices, uel apud alium quemuis, etiam apud illum ipsum, quem accuses, significare, atq; ostendere aliquem peccasse: uel est in crimen uocare, reum facere, litem intendere, nomen alicuius deferre, iudicio persequi. Et dicimus accusare criminis alicuius, crimine aliquo, aliquid, de re aliqua. Cum uerò uitium, culpam, crimen, tarditatem, inertiam alicuius accusare dicimus, significamur eum de ea re uituperare, siue reprehendere. Et est figura Græca, quia Latine potius dixeris, accusare inertie, perfidie, aut de inertia, perfidia. Cic. Cum moestitiam meam & desperationem accusares. Accusator dicitur, qui accusat. Cic. Accusator acer & acerbus. Accusatorem ponere, uel apponere. Cic. Accusator apponitur ciuis Romanus.

Sector significat eum accusatorem, qui ex damnatio

natione accusati dimidium bonorum expectat illius, aut certe aliquam partem. Alij tradunt eos appellari, qui delationibus faciendis confiscationes à principibus impètrant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus euertant. Cic. Nonnè cogitas te à sectatoribus huc adductum esse? Sectio est media, uel aliqua pars bonorū, siue omnia, quibus quis mulctatur confiscatio uulgò dicitur, Cic. Hoc cōmodè reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus cuius prædæ sectione uenierit. Sectio etiam ponitur, pro iuris persecutione, qua utuntur sectores. Cic. Tacitus. Reliquas sectionum Neronianarū nondum in fiscum conuersis reuocatis ab exilio concessit.

Accusatorius res ad accusatorem pertinet. Cic. Quæ accusatorio iure, & more sunt facta Accusatoriè. Cic. Non agam tecū accusatoriè, nihil fingā. Accusabilis. Ci. omniū accusabilis est turpitudine. Accusatio est delatio, actus ipse accusandi. Cic. Pro Cælio. Accusationem factitare, est accusationi & delationi se dedere. Cicero. Qui cum tanto nomine esset, patrēq; optimum uirum habuisset, accusationem factitauit, ut Atheniis Lycurgus.

Subaccusare est accusare, uel accusare uideri uelle. Cic. Nunc meum discessum quasi reprehendere, & subaccusare uoluisti.

T Incusa

Incusare est reprehendere alterius mores, & plerunq; cū querela, quod ab illo iniuria sis affectus. Plaut. Vbi nō est scriptura, unde dent, incusant Publicanos. Incusatio. Ci. Quorum partim habent uitiorum, & peccatorum acrē quandā cum amplificatione incusationem aut querelam.

Postulare hīc est accusare, seu querelam dicere de altero apud alterū. Cic. Eū Lentulus de maiestate postulauit. Postulatio est querela, uel quasi iusta interpositio querelarum. Cic. De te est honorifica mentio facta, cum te unū dicerent postulationi Lucij Sestij Pansæ restitisse. Postulatū. Ci. Hoc animo toties apud patronos de suis miserijs deplorarūt. Hoc cōmoti dolore, postulata consulibus, quæ nō postulata, sed istū crimina uiderentur esse, ediderūt.

Deferre hīc est accusare. Veruntamen deferre nomen alicuius, non est propriè accusare, sed ante accusationē apud iudicē, uel magistratum aliquem de aliquo crimine denunciare. Et dicimus aliquem deferre, uel alicuius nomē deferre, uel de alicuius crimine deferre. Ci. Nomina filiorū de parricidio delata sunt. Delator est oculus accusator & calumniator. Suet. Princeps qui delatores nō castigat, inuitat. Delatio est accusatio. Ci. Cuicumq; uos delationem dedissetis.

Accer-

Accersere hic est accusare, ut accersere aliquē crimine ambitus. Ci. Ipse alterū iterum ambitus crimine accerseret.

Arcessere est euocare, asciscere, uel attrahere Ci. Si erit pugnādū, arcessā ad societate laboris. Hic est accusare, uel in iudiciū uocare: & ablatiuo cū genitiuo iungitur. Ci. Illū in iudiciū capitis arcessunt.

Agere pro accusare, uel insimulare, aut arcessere ponitur. In qua significatione genitiuū regit ut agere iniuriarum, agere furti. Ci. Agit is, cui manus præcisa est, iniuriarum.

Arguere uel est ostendere. Verg. Degeneres animos timor arguit. Vel pro reprehēdere, insimulare, uel accusare accipitur. Ut arguere reum, quod est demonstrare, & ex argumētis probare, ab eo commissū crimē. Ci. Seruos ipsos neq; arguo, neq; purgo.

Redarguere est accusare cum reprehēsiōne, coarguere, uel reuincere, &c. Ci. pro Cluent.

Coarguere est reprehēdere, redarguere, uel iudicare. Et accusatiuū habet cū genitiuo. Ci. Nō nostram perfidiam is coarguit, sed indicat suam.

Reus. Reos appellāt Latini nō eos modo, quā arguuntur, sed oēs quorū de re disceptatur, quorūq; res est, etiā si nihil admiserūt. Præterea uocamus reos nō solū crimini, & culpæ obnoxios, sed etiā honesti

uel uoti debitores promissi. Et dicitur quis reus rei alicuius: uel de re aliqua. Ci. Milo reus est præclari facti. Reum facere. Ci. Alienæ igitur culpæ me reum facis. In, uel inter reos referre, est reum facere. Ci. Ut hic potius uiuus in reos, quàm occisus in proscriptos referretur. Reū citare. Ci. Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. Reum peragere, est ita rei accusationem persequi, ut tandem damnetur. Ci. Vos, si rem perago: tunc de præuaricatione quaeratur. Reū se supponere. Ci. Hieras totā causam suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reū. Ex, uel de reis eximere in criminalibus causis id dicitur, quod nunc uulgo dare congediū dicimus. Ci. Cōdemnare Diodorū nō audet, absentē de reis eximit.

Vincere est pro superiorē discedere. Hic finis accusationis est: & ponitur pro arguere, probare, uel obtinere. In quo serè infinitiuum habet, & tunc ponitur pro conuincere. Vel accusatiuum, & tunc ponitur pro obtinere, ut uincere causam. Ci. Hæc à se peti illi uincerent oportere.

Conuincere est coarguere, cogere, uel euincere. Ci. Volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, uoce conuinci.

Euincere est uincere, uel cōuincere. Li. Omne id tēpus cū cōiuratis cōsultando, absumūt: euincūtq; instando,

instando, ut literæ sibi ad Tarquinius darentur.

Tenere, uel teneri, pro cōuincere, uel cōuinci ponitur. Ci. In rebus tum maximis, tum manifestissimis tenetur.

DA M N A R E est de re conuicta sententiã ferre. Extra forũ etiã aliquando est, & accipitur pro improbare. Itẽ pro liberare. Verg. Quẽ dānet labor, & quò uergat pondere latũ. Dicimus etiã dānari uoti, & uotorũ, pro liberari & cōsequi quod petimus. Liuius. Inter ipsam dimicationẽ adẽ Iunoni. Monetæ uouit. Cuius damnatus uoti cum uĩ Etor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Verg. quoq; dixit Damnare uotis, pro uotis obligare, uel obnoxiiũ facere. Vt Baccho inquit, Cereriq; tibi sic uota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoq; uotis. Ci. Turpi iudicio dānatus est. Idem. Ambo peculatus dānati sũt. Idẽ. Causa iudicata atq; dānata. Dānatio est sententia lata in reũ. Ci. Reorũ acerbissimæ dānationes illæ fuerunt. Dānatorius, res ad damnationẽ pertinens. Ci. Verres in Xenonẽ iudiciũ dabat illud sũmũ dānatoriũ de iugerũ p̄f̄siõẽ.

Con d ē n a r e est dānare, q̄ nunc genitiuo: nũc ablatiuo, sine præpositione: nũc cũ præpositione iungitur, aliquãdo sine ijs ponitur. Cic. Si iniquus es in me iudex, cõdemnabo enim eodẽ te crimine. Ci. Con d ē m n a t u s est iniuriarum.

Periculum est discrimen salutis, uel dimi-
 catio. Cic. Stultum est tenere cum periculo cursum,
 quæ coeperis. Elegās ablatiui usus per hoc nomē, ut
 cum dicimus aliquid alicuius periculo fieri, uel cum
 assiscuntur pronomina meus, tuus, suus, noster, ue-
 ster. Rem autē alicuius esse, uel fieri periculo dicimus
 aut nostro etiā periculo, cuius periculū, & damnū
 in illū, uel in nos impēdet & redundat, si quod acci-
 dat. Ci. Tuo periculo id fuit. Idē. Periculo Reipub.
 uiuebant. Periculū esse, ne. Ci. Nullū periculum est,
 ne quid tu inepte dicas. Periculū denunciare. Ci. Clo-
 dius mihi adhuc denunciat periculū, Pompeius affir-
 mat non esse periculum, adiuuat &c. In periculum
 uocare, adducere, arcessere. Ci. Quos ex ijs, qui ui-
 uunt, eodē crimine in summum capitis periculū ar-
 cessas, periculū curare, comparare, moliri struere,
 conflare intendere. Ci. Quod periculum in omnes
 intenditur. Periculum, creare, procreare, faceffere
 iniicere, afferre, inferre. Ci. Per uos nobis periculū
 inferre conatur. In periculū includere. Ci. Nūc nihil
 quicquid agitur (mihi credite Iudices, & prospicite id,
 quod prouidendū est) nisi ut Equester ordo in hisce
 legis periculum includatur. Periculis cingere. Ci.
 Testis est Sicilia, quā multis undiq; cuncta pericu-
 lis, nō terrore belli, sed celeritate cōsilij explicauit.

periculum esse, à, uel ex. Ci. A securi negat & esse periculum. Periculum esse alicui. Teren. Alijs aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest. Periculum positum esse in re aliqua. Ci. Periculū in utriusq; iracundia positum est. Periculum instare, impendere, imminere. Ci. Imminenti Italiæ periculo mederi tum facile possent, noluerūt. Periculo se offerre. Ci. Offerre me periculis pro patria nūquā dubitavi. In periculum se mittere. Ci. Nec deos quidem esse auxilio ijs, qui se inconsultò in periculum mittant. In periculū se cōmittere. Cice. Quod si dubitauerit, summæ fuisse dementiæ, dubia spe impulsū certū in periculū se cōmittere & c. Periculo se cōmittere. Ci. Quis nauigauit, qui nō se aut mortis, aut seruitutis periculo cōmitteret? In periculum se inferre. Ci. Ne quis se pro nostro Imperio in periculum capitis, atq; in uitæ discrimē inferret. In periculū uenire. Periculū suscipere, adire. Ci. Ne in extremis esse, pericula nō dubitāter adij. In periculo esse. Ci. Nunq̄ maiore in periculo ciuitas fuit. Periculū esse in aliquo. Terent. Si periculum ullum in te est, perijsse me unā haud dubium est. Periculum subire negligere. Cicero. Qui periculum fortunarum & capitis sui pro mea salute neglexit, & c. Periculo defungi, uel perfungi. Cicero. Iam defunctos

se se periculis arbitrantur. Periculū declinare, restituere, depellere, propulsare. Ci. Cum ad eius propulsandum periculū non modo homines, sed propè regiones ipse conuenerint. A periculo prohibere. Ci. A quo periculo prohibete Remp. Ex periculo eripere, ex periculis extrahere. Ci. Urbē ex periculis maximis me duce extraxerunt. Periculis liberare. Ci. Liberasti urbem periculo, & ciuitatē motu. Extra periculum esse. Ci. Neq; isti, nisi extra periculū quidē esset, crederemus. A periculo abesse à periculo uacuus. Ci. Si eris ab isto periculo uacuus, ages scilicet & c. Periculi expertus. Ci. Te omnium periculorum uideo expertem fore. Periculosus res non procul à periculo, periculi plenus, lubrica, anceps præceps. Ci. Bellū graue & periculosum. Periculosè est cum periculo. Cic. Periculosè ad fecit.

Discrimen idem est, quod periculum. Cic. Vir saepe ad extrema reip. discrimina delectus. Discrimen positū esse in re aliqua. Ci. Res sic se habebat, ut totius belli omne discrimen in Bruto positū uideretur. In discrimen uocare. Cic. Ne à me defensa Respub. per eundē me extremū in discrimen uocaretur. In discriminē adducere. Hoc tuam salutē discrimen adduxit. Offerre se in discrimen. Ci. Qui audent & salutem suam in discrimen offerre pro statu
cuius

equitatis, & pro cōmuni libertate. Cōferre in discrimen. Cic. Iudicio tuo, non casu, in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum. In discrimen incidere. Ci. Nunc incido in discrimen ipsum. In discrimen uenire, uel deuenire. Ci. In discrimen existimationis suæ uenit. Discrimē habere. Ci. Ille, cū omnis respub. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quiddam spectauit. In discrimine uersari. Ci. Ea res nunc in discrimine uersatur. In discrimine esse. Ci. Existimare debes, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quemuis aut eorum &c.

PRAETÈNDERE est aliquid antè tendere, ne appareant, & omniū aspectui exposita sint, quæ occulta & tecta uolumus: uel ne aues eiolent, aut ne nos calor minus urat, aut ne uentus nobis sit molestus. Col. Tegeticulas canabinas accipiunt prætentis retibus, quibus prohibeantur uolare. Translatè pro præmonstrare uel exhibere sumitur. Verg. Fumosq; manu prætende sequaces. Hic prætendere repugnantis speciē habet, referturq; ad excusationē, uel appositionē. Plin. Studeamus ergo, nec esidia uestræ prætendamus alienum.

Obtendere est cōtra tēdere, uel tegere, ut obtinere uelum, ante lectū, hoc est, distendere, uel extenare. Trāslatè. Quint. Hij sunt, quæ suæ im-

becillitati sanitatis appellationem, quæ est maxime contraria, obtendunt. *Obtentus, us, ui.* Verg. Extru flosq; toros obtentu fraudis inumbrat. Translatè pro prætextu ponitur. *Liuius.* Bruti quoq; non abnuuit cognomen, ut sub eius obtentu cognominis &c.

Prætexere est prius ordinare, uel componere. *Cic.* Sic omnia, quæ fiunt, quæq; aguntur acerri-
mè leuioribus principijs natura prætexuit. Translatè pro obtendere. Verg. Coniugium uocat: hoc prætextit nomine culpã. *Prætextus, us, ui* pro obtentu ponitur, & qd'. *Ci.* Per causam, et per simulationem dicere solet. *Prætextum* etiam neutro genere dicitur. *Sueti.* Omnium inimicitie hoc prætextu ad nos deferretur

Excusare est purgare, excusationem afferre, culpam in alium transferre, uel conferre, crimem remouere, culpa liberare, à culpa eximere, excusatione alicuius rei tegere, & adumbrare. *Cic.* Collegie mandasti, ut te mihi per literas excusaret. *Excusatio* est purgatio, satisfactio, uel causa. *Cic.* Morb excusationi poena addita est. *Excusationem* querere, parare, dare, habere, afferre. *Cice.* Stultam quidam affert excusationem cessationis. *Excusatione* ut. *Cic.* Et si iusta, & idonea usus es excusatione intermissio-
nis literarum tuarum, tamè id ne sepius facias rogo. *Excusationem accipere* est id probare, quod in causa esse, uel fuisse aliquis dicat. *Cicero.* de Amicit.

Purgare. Immunda, ppriè purgamus, & quæ pura reddimus. Cic. Tu cædè maximã facias? forum purges? Translatè est excusare. Ci. Libèter tibi me purgasse. Purgatio est ipse purgadi actus: propriè purgationes dici uidemus. pro curationibus, quæ medicamētis fiūt. Dicit itē uidemus curationes feminarum, pro mēstruis. Ci. Aesculapius primus alui purgationē inuenit. Translatè pro excusatione accipitur. Cic. Purgatio est, cū factū conceditur, culpa remouetur. Purgamē & purgamentum sunt sordes, quæ ex re aliqua immūda, et lurida tergūtur, & repurgātur. Liu. Cloacā maximam receptaculū omnium purgamentorū urbis sub terrā agendā curauit.

Refellere est redarguere, alicuius sententiam oppugnare, quod dictum est arguendo falsum ostendere. Refellere autē testimonia & testes, & tabulas diceant ueteres, quod cōtradicere uulgo dicūt. Ci. A uoratio testium refelli solet, aut uita lædi.

Refutare est refellere, repellere, redarguere, reprehendere, non ita esse, ostendere. Ci. Obsoleuit ipsa oratio re multo magis, quàm uerbis refutata. Refutatio est actus refulandi. Cic. Refutatio accusationis acitur, in qua est depulsa criminis.

Confutare est reprehendere, refellere, deluere aduersaria euertere, falsum esse, docere. Cic. Partit illius audacia. Confutatio est dissolutio

uel reprehensio. Cicero. Confutatio est contrarium locorum dissolutio.

Reuincere idem est, quod refutare. Cic. Quare argumenta, si qua potes: nunquam hic suo, neque amicorum iudicio reuincetur.

Dissoluere. Dicimus aliquem argumenta accusatoris dissoluere, pro refutare, uel refellere uide primum Tomum.

Diluere est confutare. Cic. Ego qua ratione res tam leues infirmem, ac diluam, reperire, non possum.

Infirmare proprie est infirmum reddere, hic autem refutare. Cic. Ego, res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. Infirmatio est confutatio, uel refutatio. Cic. Cum aliquid de conmutacione, aut infirmatione actionis agitur.

Inducere proprie est ducto per ceras stylo tegere, & interlinere, memoriam scriptorum oblitescere. Translate accipitur pro abrogare: ut cum senatus consulta inconsultius facta, sententiae, secreta, contrarijs senatus consultis, sententijs decretis, antiquantur. Nunc uulgo ad nihilum ponere dicimus. Cic. Etsi nomina iam facta sunt, tamen, uel inducere, uel mutari possunt.

Circumducere pro abolere, delere, uel abrogare ponitur, ut circumducere decretum, uel edi-

Flum Vlpia. Quod si is qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, tunc circumducendum erit edictum peremptorium.

Circumscribere est tollere hinc, uel expungere. *Cicc.* Quamobrem omni tempore Syllano exaccusatione circumscripto, legationem eius preclaram cognoscite.

Obliterare est delere, abolere, inducere, uel circumducere. *Liuius.* Nondū oblitterata erat memoria superioris belli.

Rescindere est infirmare, dissoluere, labefactare, irritū facere. *Ci.* Ab illo constituta rescidit.

Abrogare est consensu publico aliquid abolere, tollere, oblitterare, ut legem, imperium, magistratum. Est igitur irritū facere, uel antiquare. *Dicimus* præterea abrogare fidem alicui, pro facere, ut iam ei nulla fides habeatur. *Cicc.* Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogandi. **Abrogatio** est actus ipse abrogandi. *Cic.* Disquirendum est, iam aliqua abrogatio, aut derogatio sit.

Derogare est detrahere, delibare, uel minuire: ut cum quid ex lege ueteri, quò minus fiat, sancitur lege noua. *Cicero.* De aduersarij testium fide derogatur. **Derogatio** Cicero. Cum duæ leges inter se discrepanti, uidendum est, num quæ abrogatio, aut derogatio sit.

Ignosce

IGNOSCERE est parcere, concedere, remittere, ueniam dare, sceleris poenam prætermittere siue aliquid condonare. Et dicimus ignoscere alicui, uel aliquid alicui. Cic. Si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem.

Parcere interdum est abstinere, continere se à re aliqua, parum tangere, conseruare, temperare. Sic dicimus parcere labori, operæ, sumptui, ualitudini, sibi, id parcere labori, minuere laborē, quem aliquando suscipiebamus, & sibi consulere. Cic. Parcat inuentus puditiæ suæ, ne spoliet alienam. Interdum est ignoscere, concedere, remittere, condonare, ueniam uel impunitatem dare. Cic. Omnes mihi censebant parci opertere.

Condonare est remittere, concedere uel parcere. Cic. Pecunias creditas debitoribus condonande putant. Aliquando est donare. Ci. Cum alijs adiuntur, alijs condonantur pecuniæ. Condonatio, est bonorū criminū, uel culpæ. Cice. Cuius prætura urbana ædium sacrarū fuit, publicorumq; operum de populatio: simul in iure dicendo bonorum, possessio numq; contra omnium instituta adiectio, et cōdenatio.

Remittere est concedere, condonare, uel ignoscere. Cic. Questi sunt, quod non idem quoq; sibi, quod mihi remississet.

Miserari est uerbis, aut lachrimis, aut opere, dolorē, quem ex alicuius miseria, aut etiam ex nostra concepimus, ostendere, lamentari, & deslere. Cicero. Non que satis huius euentum, fortunamq; miserari. Miserandus significat miserabilem uel miseratione dignum. Cicero. Hæc mihi uidentur misera, atq; miseranda. Miseratio est significatio misericordie, qua ex alicuius infelicitate mouemur. Cicero. Odi incitantur, & miseratio nascitur. Miserabilis est idem, quod miserandus, uel miseratione dignus. Ponitur etiam pro flebili, uel lamentabili. Cicero. Vox ad miserabilem sonum inflexa. Miserabiliter idem est, quod miserandum in modum. Cicero. Non miserabiliter uir clarus moritur.

Commiserari idem est, quod miserari. Cicero. Conqueri & commiserari non licet. Commiseratio Cicero. Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius arefcit.

Misereri est miseratione teneri, alicuius supplicio misericordia commoueri, misericordiam alicui tribuere, uel impertiri, ob alicuius miseriam, dolorē, animo concipere. Cicero. Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere.

Miserescere, uel commiserescere est moueri misericordia. Plautus. Si quid est homini miseriarū,

quo miserescat, miser ex animo est. Miseret & misereset uerba impersonalia. Cic. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Venia est culpæ remissio, condonatio erroris, licentia, impunitas. Cic. Mihi errata nulla uenia, reatè factio exigua laus, proponitur Bona uenia, uel cum bona uenia. Captationem beneuolentiæ habent hæ locutiones, uel molesti sermones deprecationem & idem significant, quod tua pace. Cic. Bona uenia huus optimi uiri dixerim Scæuolæ. Veniam petere. Cic. Fatetur se peccasse, & eius delicti ueniam petit. Veniam impetrare. Cic. A te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati ueniam impetrarunt. Veniam tribuere. Cic. Etiam si paulò minus utilis uobis sententia uideretur, ueniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Veniam dare. Non semper est delicti, neq; semper culpæ remissio intelligitur, sed nonnunquam tantum petitionis concessio: sanè ut sit ueniam dare, idem quod concedere, quod petitur. Cice. Dedi ueniam homini imprudenter petenti. Id est, cõcessi quod petebat. Idem. Venia necessitati danda est. Veniam concedere. Cic. Voluntario maleficio ueniam dari non oportet, imprudentiæ concedi nonnunquam conuenire.

Absoluere ad personas hic pertinet, & petitur

nitur pro liberare, uel soluere. Cice. Sestius noster omnibus sententijs absolutus est. Soluere pro absol-
uere. Cice. Nunquid igitur aliud in iudicium uenit,
nisi uter utri insidias fecerit? profectò nihil. si hic
illi, ut ne sit impune: si ille huic, tum nos scelere sol-
uamur. Absolutio est liberatio. Cic. Sententijs sex-
decim absolutio fieri poterat.

DECIDERE est aliquando ex alto cade-
re. Cic. Ficta anima, tanquàm flosculi, deci-
dunt. Deciduus adiectiuum. Pli. lib. 2. cap. 78. Deci-
dere hic pro litem consensu mutuo dirimere, pro
pactionem facere, quod transigere plerunq; Iuris-
consulti uocant. Cice. De ea re cum eo transigesti,
atq; decidisti. Decisio est determinatio, uel diremp-
tio litium mutuo consensu æstimatorum. Cic. Negat
eum sibi illa decisione satisfacere posse.

Transigere, est decidere, pactionem facere;
conficere, uel absoluere. Cic. Profectò aut transige-
tur aliquid, aut turpiter intercedetur Transactor;
qui transigit. Cic. Quid est, quod ex plurimis testi-
bus priore actione didicistis, rerum huiusmodi om-
nium transactor & administer.

Conficere est hic transigere, & ablatiuum
cum præpositione ferè habet, nonnunquàm accusa-
tiuum. Cic. De Dionysio, si me amas, confice.

PERTINERE hic est, esse alicuius partes esse alicuius precipuas, officium esse, curationis esse, cōuenire. Et impersonaliter ponitur. Personaliter etiam interdum. Cic. Facile abstinebo, nisi quid ad me ipsum pertinebit. Idem. Cupio te intelligere eā rem ad me ualde pertinere. Idē. Quam uehementer ad me pertineat, in ijs, quas tibi illi reddent, literis descripsi.

Attinere idē est, quod pertinere. Et sepius infinitiuo iungitur. Ci. Nihil attinet, me plura scribere. Idem. Qui attinet inculcare fatum.

Speĉtare hic est pertinere, uel attinere. Cic. Expectare te arbitror, hac tam longē repetita principia quō speĉtent.

Esse, cum genitiuo positū significat pertinere, uel officium, uel parteis esse alicuius. Cic. Illud erat amoris mei, monere te, atq; hortari.

Interesse pro pertinere, attinere, ad rem esse, uel referre hic accipitur. Et uel absolutū est, uel genitiuū cum pronomibus habet: uel infinitiuū uerbi alicuius admittit. Cic. Ex te, quid tibi ueniet in mentem, mea interesse putes, ualde rogo. Idem. Magni interest mea, unā nos esse. Idē. Per magni eius interest, rem ad interregnum uenire.

Referre impersonaliter ponitur pro interesse

teresse, ad rem pertinere, ad rem esse. Ci. Ne dicaris aliquid, quod referret scire, reticuisse.

Ad rem esse, pro referre, uel interesse. Ad rem est, uel nihil ad rem est, sæpe dicunt Latini, pro refert, uel nihil refert: uel pro interest, ut nihil interest. Cice. in Oratore. Nihil ad rem est, illud sit: an non.

SUMERE est idem, quod assumere, arrogare, attribuere uel asciscere. Cicero ad Atticum. Mihi non sumo, ut meum consilium ualere debuerit. Idem. Cur sibi hoc scribæ soli sumunt.

Assumere arrogantia planè interdū uacuum est, & pro accipere, uel suscipere ponitur. Interdū pro arrogantia plenum. Assumere oratores nonnunquam dicunt, cum aliquid afferunt, quod pertineat ad ostendendam propositionem. Dicunt etiam iisdem Latini, assumere aliquem in numen, pro referre inter diuos. Cicero. Equidem aliquantum iam etiam noctis assumo. Idem. Ego mihi nihil assumo. Assumptiuus. Assumptiuum dicitur, quod assumit. Cic. Iuridicialis quidem constitutio ipsa iā duas distribuitur partes, absolutam & assumptiuā. Assumptiuā est, quæ ex se nihil firmat ad recusationem: foris autem aliquid defensionis assumit. Assumptio aliquando pro acceptione ponitur. Ci. de Fin. 3

Aliquando est particula orationis, per quã id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet assumitur. De Inventione. 1. Iam assumptione non concessa, nulla conclusio est. Præterea assumptionem, & assumptum. Dialectici uocant primam partem syllogismi imperfecti: nempe cum duas tantũ habet partes, & est enthimema oratorium.

Arrogare pro assumere, uendicare, tribuere, asciscere uel postulare. Ci. Ego tibi tantũ tribuo, quantum mihi fortasse arrogo.

Asciscere est arrogare, uel uendicare. Ci. Ipsa præcepta sic illudere solebat, ut ostenderet non modò eos illius expertes esse prudentiæ, quam sibi asciscerent; sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem ac uiam nosse.

Vendicare est attribuere, assumere, uel arrogare. Et serè accusatiuum habet cum datiuo. Cicero. Ceterarum rerum partem aliquam sibi quisq; uendicat.

ABIUDICARE propriè significat iudicio auferre, & per sententiam alteri addicere cuius significato obijcitur adiudicare. Cicero. Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse.

Abi

Abdicare est quasi repudiare, uel reijcere, abrogare, expellere à bonis, ut filium pater, dū uiuit. Exhæredare filium pater dicitur, qui tantū summo uet ab hereditate. **Abdicare** uerò intelligitur, qui priuat omni iure filij. Ci. Tutela me **abdicare** cogit. **Abdicatio** est **abdicandi aclus.** Pli. **Abdicatio** Posthumi Agrippæ post adoptionem secuta est.

Abdicere augurale uerbum est, et ponitur pro reijcere. Ci. Cum in quatuor partes uineam dimisisset, tresq; partes aues abduxisset, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabilis magnitudine inam, ut scriptum uidemus, inuenit.

PRAEMIUM uocant Latini mercedem fructum, uel beneficium: uel id, quod in ludis proponitur ijs, qui se strenuè gesserint, et uictores euaserint. Cice. Illum elicit præmijs ad id faciendum. **Praemium** proponere. Cicero. de Oratore et **Praemium** proposuit ijs, qui inuenissent nouam uoluptatē. **Praemium** deferre. Ci. Quod esset præmiū dignitatis, quod populus Rom. cum huius Maioribus semper detulisset, huic denegaret? **Praemium** tribuere, dare. Ci. Ei præmia postea liber aliter tribuit Idē. Quod ei præmiū dari par fuisset? **Praemio** donare, afficere. Ci. Magnis et amplis præmijs illū affecerunt. **Praemium** soluere, uel persoluere. Ci. Vtinā om-

nibus ciuibus soluere nobis premia, quæ promissimus licet.

Pretium significat premiũ, uel mercedẽ, uel id, quod datur pro re empta. Ci. Merces ea erat, pretiumq; impudentiæ pretiũ statuere, constituere. Ci. Quæris à me, quod summum pretium constituam. Pretiũ facere est pretiũ statuere, uel apponere. Pl. Quibus eadem mater, luxuria paria, penè etiã margaritis pretia fecit. Pretium pacisci. Ci. Si predonibus pactum pro capite pretium non attulerit, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. Pretiũ habere res dicitur, quæ in summo pretio est. Cice. Annona pretium, nisi in calamitate fructum non habet. Pretij esse idẽ est, quod pretium habere. Et dicitur tam de personis, q̃ de rebus. Atq; cum de personis dicitur, accipi solet pro æstimatione, uel autoritate. Ci. Res est magni pretij. Pretium dare. Ci. Quo modo persuasit? pretium dedit? cui dedit? Pretiũ annumerare. Pẽdere. Ci. Hoc pẽdere pretium cogimur. Pretium persoluere. Cic. Cum ab eo merces tui beneficij, pretiũq; prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum &c. Pretiũ iacẽre alicuius rei dicitur, quod admodũ paruum est. Ci. Accepit agrũ temporibus ijs, cum iacẽrent pretia prædiorũ. Pretiosus est res multi pretij, uel multorum nummo-

rum. Ci. *Facies non erat, ars erat pretiosa.* Pretiosè est cum magno pretio. Poni interdum etiam, pro eleganter uel delicatè. Ci. *Vasa magnifica, & pretiosè cœlata.*

Merces est pensio, premiũ, pretium, uel fructus. Aliquando ponitur pro damno. *Quinquàm* propriè sit premium, quod datur pro labore, siue stipendio. Cice. *Mercedes dotalium prædiorum expectat.* Mercedem, proponere, constituere, promittere, exigere, tribuere, dare. Cicero *Data est merces erroris mei magna.* Mercedè soluere, uel persoluere. Iuuenalis. *Scire uolunt omnes, mercedè soluere nemo.* Mercedem accipere. Cicero. *Ab omnibus mercedem missionis acceperas.* In loco mercedis numerare. Cicero. *Ne id, quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius, quàm beneficij, loco numerare uideatur.* Mercedula. Cic. *Fuit faciendũ, ut & constituerẽ mercedulas prædiorũ.* Mercenarius est operarius, cõductus cũ mercede qui scilicet mercedis gratia operã suã alicui præstat. Ci. *Gabinus tribuit se mercenarium comitẽ Regi.*

Merx est quod emitur uel uenditur. Ci. *Quo omnes undiq; cum mercibus, atq; oneribus commebant.* Mercari est nundinari, uel emere, aut emendi, uel uendendi causa mercaturam exercere.

Ci. Sordidi etiam putandi sunt, qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant. Mercator, uel mercās dicitur à Latinis, qui mercatur: uel negotia alicuius gerens, qui in re qualibet mercaturam facit. Ci. Quibus omnes Africanos multi uenality, mercatoresq; superarūt. Mercatus, us, ui, pro nundinis modò ponitur, modo pro emporio, modò pro actione mercādi. Inde dicimus instituere mercatū, uel indicere. Ci. Cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent uenalia. Mercatura est mercandi actus, nundinatio scilicet. Ci. Quæstuosissima est emēdi, & uendendi mercatura.

Commertiū à merce fit, & est quasi contreratio quædam mercium. Pli. Cōmercium thuris primi Minæi fecerunt. Accipitur etiā pro usu & consuetudine. Ci. Ei locum illum Senatorium uendidit, cui ne commercium quidem esse oportebat.

Nundinari est mercari, emere, uel cauponari, uel uenditare prætio addicere, in sutorio more aliquid ad quæstū exercere: quod & nundinare dicitur actiua uoce. Ci. Ab isto ius ad utilitatē suā nundinabantur. Nundinator est, qui nundinas frequētat. Nūdinalis est ad nūdinas pertinēs, ut nūdinalis dies, quo scilicet nundinæ celebrantur, quoq; fit populi conuentus. Plautus. Coquus ille nundinalis est,

in nonum diem solet ire coctum. Nundinarius. Nundinarium etiam significat, quod ad nundinas pertinet, uel quod in nundinis assignatum est. Plin. *Quin* & duces in urbe forum nundinarium, domosq; petere discunt. Nundinatio est quasi mercatura, ipse nundinandi actus. Cic. *Quæ*so redite in memoriam Iudices, *quæ* libido istius iure dicendo fuerit, *quæ* uarietas decretorum, *quæ* nundinatio. Nundinæ. A nono die dictæ sunt nundinæ, quasi Nouendinæ: *quæ* à Romanis ita institutæ prohibentur, ut quidē octo diebus in agris rustici opus facerent, nono autē die repeterent urbem ad mercatum pro legibus accipiendis, & ut scita atq; consulta frequentiori populo referrentur, *quæ* trinundino die proposita, à singulis atq; uniuersis facillè noscebatur. Ci. Ipso die nundinarum uenit. Nundinum pro nundinis in neutro genere ponitur. Cic. Si quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum. Trinundinum pro nundinis per tres dies celebratis. Cicero. *Vbi* lex Cecilia? ubi trinundinum?

Publicare est preconii publico subijcere, publicum facere, uel omnibus exponere, uel copiam sui publicè facere. Et sic publicare meretrix dicitur. Cicero. *Bona* præterea publicari iubet. Publi

catio. Ci. Publicatio bonorum proponebatur. Publicus publicum idem est, quod commune, uel quod non est priuatum alicuius. Hinc Respublica dicta est, res populi. Et publica uectigalia, ex quibus uectigal fiscus capiat: quale est uectigal portus, uel uenaliu rerum, item salinarum, metallorum & piscariarum. Hinc etiam dictum publicum consilium pro Senatu. Hinc publica fides, uerba pecunia. Ci. Nos publicam opinionem secuti sumus. Publicum in neutro genere, pro conspectu publico. Ut prodire in publicum, publico frui, carere publico, esse in publico, proponere in publicum, uel in publico. Ci. Eas literas in publico proponat, uelim. Idem. In publico esse non audeat. Publicum pro uectigale, unde & publicani dicti sunt. Suetonius. Aditum est ad caput legis, ut tenerentur publico, & quae meretricium & quae lenocinium fecissent. Publice idem est, quod uulgo, uel palam. Ci. Publice propter duas causas nihil scripsi. Publicitus. Plaut. Hospitio publicitus accipiar, id est carcere publico.

Aestimare est considerare. Existimare est indicare. Ci. Quanti me illud aestimare putas? Aestimator pro eo ponitur, qui considerat, indicat, taxat, uel pretium constituit. Ci. Unus tu dominus, unus aestimator frumenti per triennium fuisti.

Aestia

Aestimabilis. Cic. Aestimabile est, quod pondus aliquod habet dignum aestimatione. Inaestimabilis de Finib. 3. Aestimatio est consideratio, uel taxatio Eleganter dicimus aestimationem habere, pro aestimare Cic. Non est tibi hoc solus utendum aestimationibus.

Taxare pro praetio aestimare ponitur. Pli. Frugiferas tanti taxauerant. Taxatio dicitur, quae fit certa summæ. Pli. Quæ Cethegus decedens libris quatuordecim permutauerat latifundij taxatione.

Indicare pro aestimare, uel praetium rei uenalis statuere. Et est uenditoris, sicut liceri emptoris. Plaut. Venio ad macellum, rogito pisces, indicat caros, agniam caram &c. Indicatio est aestimatio, probatio. Plaut. Indica fac praetium. D. Tua merx est, tua indicatio est. Indicatura. Plinius. Haec fiducia operis est, haec indicatura.

Institor est idem, quod mercator, uel negotiator, dictus quod negotio gerendo instet. Ouid. Institor ad dominam ueniet discinctus emacẽ. Translate Quintil. Commoueatur ne quisquam eius fortuna, quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiae in ancipiti sorte uideat? Institorius est ad institorem pertinens, ut ars institoria, uel actio. Suet. Dispositae per littora, & ripas diuersoriae tabernae parabantur, insignes ganeae, & matronarum institorias operas.

Cense

Censere est arbitrari, putare, existimare, statuere, uel decernere. Hic est aestimare censum, uel aestimationē habere: uel aestimationē auctoritatēq; assequi, & in prætio habere. Idq; fit in passiuā uocē, tumq; etiam poni solet pro ascribi in censum à censoribus. Cic. Quid mihi animi in nauigando censes fore: Idem. Voluisti magnum agri modum censerī. Censor à censendo dictus tam morum, quàm ueteris disciplinae. Cice. Quod idem facere Censores in delictu dignitatis solent. Censorius res ad censorem pertinens, uel censore digna, uel Censorius qui censuram gessit, dicitur. Cic. Censorium iudicium ac notio de ciuitate sublata est. Censio est aestimatio. Et censionem facere, dicebatur censor, cum multam Equiti irrogabat. Præterea dicebatur Censio hastaria, dum militi multæ nomine ob delictum militare indigebatur, ut hastas daret. Plaut. Assume, ne censionem semper facias. Censura est censoris officium, uel dignitas, ad quem iura morum spectant. Ponitur etiam generaliter pro reprehensione, uel correctione. Cic. Nihil insciente collega in Censura egit. Census, us ui, uide primum Tomum.

Expendere est exquirere, examinare, uel ponderare. Cic. Hic expendere ac aestimate pecunia

Perpendere idem est, quod expendere, uel
dirigea

dirigere. Atq; accusatiuum regit sine prepositione, uel cum prepositione. Cice. Aequitas aestimationis arratorum commodo, & uoluntate perpenditur. Perpendicularum instrumentum est fabri materiarij, seu coementarij, quo plumbo à filo & gnomone, pēdere, rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, id est, examinatur. Translate pro exacta admodum ratione ponitur. Cicerō. Si crederemus nō egeremus perpendiculis, non normis non regulis.

Discutere translate pro perpendere: proprie uerò est depellere in diuersas partes quaterere, deijcere, uel disturbare, etiam est tollere, uel auferre. Cic. Modò cædem tenueramus, quam oratio fortissimi senis Q. Confidij discusserat. Etiam est uerbum metcorum. Corn. Celsus li. 5. Discutiuntur ea, quæ in aliqua parte corporis coierunt. Vnde uis discussoria.

Metiri est dirigere norma, uel regula, pondere rare, uel definire. Cic. Veientem agrū metiuntur tua Translate ponitur pro aestimare. Cicero. Omnia officio metior Idem. Omnia quæstu tuo, non Cæsaris dignitate metiris.

Mensura à metiri est & significat modum. Cicero. Quicquid sub aurium aliquam mensuram cadit, numerus uocatur.

Dimetiri est metiri. Cic. Quem dimensa ratio docet

tio docuit, quid acciderit. Dimensio est diuisio, uel enumeratio. Cic. In illo libro Pusionē quendam Socrates interrogat Geometrica quædam de dimensione quadrati.

Ponere pro æstimare, uel metiri nonnunquam accipitur: ut uoluptatem ponere in uirtute, uel in uitio, pro uoluptatem metiri uirtute, uel uitio.

Habere in, pro metiri, uel æstimare sæpe ponitur. Cic. Hunc ego si in præfectis habuiffem, quem tu me hominem putares, qui, ut scis, potentiſſimorū hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius affectæ?

Numerare est numerando percensere, uel cōplecti. Ponitur etiā pro præſentē pecuniam dare, & id abſolutè. Vel cum datiuo: uel cū datiuo & accusatiuo: uel cū datiuo & ablatiuo, interiecta præpoſitione de, ut numerare alicui pecuniam de ſuo. Eſt etiam cenſere, habere, uel putare, & id cū accuſatī uo ſimplici, uel cum accuſatiuo duplici, uel in paſſiua uoce cum nominatiuo. Cice. Qualem me & eſſe, & numerari uolo. Idem. In medio tribus oratoribus numeratus eſt. Idem. Nihil aliud quicquā numerabat in bonis. In numerato habere, id eſt promptum, & ad manus, hoc eſt, præſentiſſimum, & ad expedienda ex tempore dicenda ſolertiſſimum. Quintil.

lib. 6 cap 4. Numeratò. Cic. Mihi & res & condi-
 tio placet, sed ita, numerato malim, quàm existima-
 tione. Numeratio. Colu. Vbi numeratio exigetur,
 rem pro numeris ostendet. Numerus aliquando re-
 fertur ad ea, quæ mensura metimur. Vnde magnum
 numerum frumenti, olei &c. Ponitur etiam pro so-
 cietate, grege, siue parte. Vnde dicimus aliquem ex
 eo numero esse, qui est eorum particeps. Refertur
 etiam interdum ad honorem uel existimationẽ. Ex-
 tra hæc omnia pro ratione harmonica à Latinis etiã
 ponitur, quod omnis harmonia & omnia concen-
 tus numeris constat. Cice. Cum à te discessit, integer
 militum numerus erat Idem Anapestus procerior
 quidem numeris postea effloruit. Numerò elegan-
 ter in ablatiuo casu sine cuiusquam uerbi assump-
 tione, à quo regatur ponitur hoc nomen. Cic. Mille
 numero nauium classis. Nullo numero. Dicitur per-
 sona, uel res nullo numero, quæ nihili est. Cicero
 Homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui
 propter hæsitantiam linguæ, stuporemquè cor-
 dis cognomen ex contumelia traxerit. Ad nu-
 merum. Cicero. Si ex eo numero, quos Senatus
 consulto in Prouincias ire oporteret, ad nume-
 rum non essent. Ex numero. Cic. Homo ex nume-
 ro disertorum. In, uel ad numerum ascribere. Cice.

Ascri-

*A*scribe me talem in numerum. In numerum referre. Dicimus milites nondum relatos in numerum, cū delecti quidem sunt, sed nondum in suos ordines peruenere. Ci. Nostri quoq; oratorij libri in eundem numerum referendi sunt. In numeros distribuere, est in ordines, uel ita per numeros disponere, ut postea in ordines reduci possunt. In numero ponere. Cice. Cato noster in horum librorum numero ponendus est. In numero reponere. Cice. Reponunt stellas in numero deorum. In numero existimare. Cic. Socij fidelissimi in hostium numero existimati sunt. In numero putare. Cic. Ut si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur. In numero ducere. Cic. In hostium numero, locoq; ducemini. Numero habere. Cic. Hunc iudicum numero habebimus? In numero habere. Cice. Te rogo, ut eum habeas in numero tuorum colere, uel numerari. Cic. Hæc qui prospexerint, non eos in deorum immortalium numero uenerandus à nobis, & colendos putatis? Numerum uenire, uel peruenire. Cic. His rebus infimo loco natus, & honores, & pecuniã & gratiam cõsecutus, etiam in patronorum aliquem numerum peruenerat. Numero esse. Cic. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sint. Id est, qui hostes non habentur. Esse in numero, Cice, Quo in numero tu certè fuisses,
nisi te

nisi te extrusissemus De numero esse. Cic. Simul id
 à me petit, ut significem eum de numero esse Cuspij
 amicorum. Numerum obtinere. Cic. Is aliquem nu-
 merum obtinebat. Numerum habere, pro perfectum
 esse. Cice. Quod perfectum, & absolutum est, ut
 Stoici dicunt, omnes numeros habet. Numerum con-
 tinere. Cic. Quæ nos recta dicimus, omnes uirtutis
 numeros continent. Numerum conficere. Cice. Quod
 numerus is effectus esset, quem ad numerum in Pro-
 uincias mitti oporteret. Numerum conuicere. Cic.
 Distinctio, & æqualium, & sæpe uariorum inter-
 uallorum percussio numerum conficit. Numerum
 explere. Cic. Explere numeros, & conficere uer-
 sus eius est, qui fidibus utitur. Numerum obire.
 Pli. Ita omnes comitatus numeros obibas Ex nume-
 ro seiungere. Cic. Gratias tibi agere debeo, quod
 me ex fortissimorum ciuium numero seinugandum
 non putaris. Enumero eijcere. Cic. Philip. 13. Nu-
 mero eximere est eximium & egregium, & singu-
 larem aliquem constituere. Quintil. Autores alios
 in ordinem redegerunt, alios omnino exemerunt nu-
 mero. Numerò aduerbium pro nimium cito. Plaut.
 Numero huc aduenis ad prandium. Numerosus,
 res magno numero constans. Cice. Numerosa ora-
 tio, id est, similis numerorum, non planè è numeris

constans. Numerosè idè est, quod cum multis numeris, uel permultum. Cic. Sententia aptis constructa uerbis cadit plerunq; numerosè.

Dinumerare idè interdum est, quod numerare. Ponitur etiam sepe pro dissoluere. Cic. Etiam si dinumerare se stellas, & metiri mundi magnitudinem putet. Dinumeratio est aliquando oratoria exornatio uerborum. Cic. Est & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio.

Annumerare est in aliquorũ numero ponere, uel in eundè in numerum referre. Ci. Forsitan in grege annumerer.

Adnumerare. Cic. Omnia sua tibi cõcessit, adnumerauit, appendit.

Enumerare est persequi, uel consequi. Est etiam numerare, uel dissoluere. Cic. Quæ ne singula enumerẽ, totam tibi domum cõmendo. Enumeratio est complexio. Est etiam pars orationis, in qua pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, una reliqua necessariò confirmatur. Cic. Quãdiu in eorum enumeratione uersamur.

Vendere est alienare, uel abalienare, mancipio dare uenditionem facere, uel uenale habere. Et cum ablatiuo construitur, si pretiũ exprimitur, uel cum genitiuis tanti, quanti, pluris et minoris. Quæ

tamen

tamē aduerbia uocare possumus. Cic. Id illi grandē pecunia uendit. Venditor est qui uendit. Cic. Vt ne quid omnino, quod uenditor norit, emptor ignoret. Vendax est, qui libenter, seu faciliē uendit. Cato. Patrem familiās uendacē, nō emacē esse oportet. Venditarius est uēdax. Plau. Nihil quicquid, nisi hoc habeo pallium, præter unam linguam quoque etiam uenditariam. Vendibilis res quæ faciliē uēdi potest. Ponitur etiā pro probabili, tolerabili, uulgari, uel uulgo grato. Propriè Col. Dum possit esse uendibilis. Translatè. Cic. Illa uendibilia: hæc uberiora sunt. Venditio. Cic. Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones, uenditionesque fiant.

Venundare est uendere. Cic. Is iudex ita pronunciauit, cū in uenundando rem eam scisset, et nō pronūciasset, emptori damnū præstari oportere.

Venire est uendi. Quod uerò uenditur, in nominatiuo solet poni: et is, à quo uēditur in ablatiuo cū præpositione: et pretiū in ablatiuo sine præpositione. Ci. Ex proximis literis cognoui prædianō uenisse. Var. Veniunt propter penuriam magno.

Venum ire, idē est, quod uenire, uel uendi. Sall. Cui omnia uenum ire, in animo hæserat.

Venalis, uenale sumunt Latini pro eo, quod uendendum est, uel uenditioni expositum: uel pro eo

quod pretio emitur, & pecunia comparatur: uel pro aliquo, qui uel pecuniæ, uel obsequij gratia aliquid facit, aut ita aliquò. In neutro genere substantiuè usurpatur pro eo, quod exponitur uenditioni.

Aliquando pro sordido ponitur, & amaro, qui pecuniæ gratia sepius uendit. Cic. Non hæc uenalia sunt, quæ quidem placeant. Idem. Domi tuæ turpissimo mercatu omnia erant uenalia. Venalia habere ea dicimur, quæ uendenda proponimus, & quæstui subijcimus. Cic. Ut haberet omnia iura regni uenalia. Venalem proponere. Ci. Omnibus fidem uenalem proponebat. Venalitijs uenditorem aliquando significat. Aliquando etiã uenaliu pro uendito ponitur. Pli. Radix est bulbacea mangonicis uenalijs pulchrè nota.

Cōtrahere est cum altero aliquid agere, cū altero rem, rationēq; iungere. facere, suscipere. Id in apparatu uenditionis positū est, uel in mercū cōmutandarū, aut emendarū ratione. Ci. Magna ratione cum rege Mauritanie contracta distinebatur.

Distrahere est deducere, dissiuere, dissipare, diuellere. Ci. Nemo eum à me diuellat, ac distrahat. Est etiã uēdere. Suet. Coëmebat quædã tantū, ut plaris postea distraheret. Distractio aliquando est separatio, uel alienatio. Ci. Nulla est nobis societas cū tyrannis, sed potius summa distractio. **Esse**

Esse pro uenire, uel uendi. Cic. Huic ciuitati cum sexaginta tritici milia modiorū imperauisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum.

Licere passiuam habet significationem, & significat pretio augeri, cum sit auctio. Ci. De Drusi hortis quanti licuisset tu scribis, id ego quoq; audieram, & ut opinor, heri ad te scripseram.

Licere est pretium deferre, pretium augere in auctione faciendā. Est etiam in licitatione ponere, preconii publico subijcere. Ci. Non licitatorē uenditor, nec, qui contra se liceatur, emptor apponet. Licitari licendi est frequentatiuum. Licitator appellatur qui pretium auget. Ci. Nunc quando tuum pretium noui, licitatore[m] potius apponam, quā illud minoris ueneat. Licitatione[m] est auctio, uel hasta. Ci. Genus conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse cōtrouersia, cā ea pars, quæ uidetur esse minor, licitatione expleri possit. Licitationē facere. Ci. Exquisitis palām pretijs, et licitationibus fāctis, describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides.

Auctionari est publicè & ferè sub hasta uendere, non ea quæ ad esū, spectant, sed ea quæ ad suppellectilem, atq; ad alios usus, nec ferè, nisi quæ penes alium in usu fuerant. Ci. Aut se auctionatum

esse in Gallia. Auctio est uenditio, quæ in publico fit Cic. Circulator est auctio num notissimus. Auctio nē constituere. Cic. Reliqua constituta auctione uendebat. Auctio nē facere. Ci. Auctio nem uelle facere desistit. Auctio narius adiectiuū est ab auctio ne, ut auctio naria atria, in quibus auctio fiebat, & auctio nariae tabulae, scilicet ad auctio nē pertinētes. Cic. Meo beneficio tabulae nouae pferuntur uerū auctio nariae.

Hasta pro ipsa uenditione bonorū accipitur. Hasta enim ea, quæ publicè uenundabant, subijciebant ueteres. Vnde dicimus hastā uenditionis: & ponere hastam, subire sub hasta: ad hastā locare. Cic. Quis hastam illius uenditionis uidit?

Proscribere, tam ad res quàm ad personas pertinet. Ad personas relatum significat damnare, relegare, uel edicere. Cic. Si uictus eris, proscribare: si uiceris, tamē seruias. Ad res, dicimur aliquid per scripturā uenale proponere. Nam proscribi domus dicuntur, quando apposita inscriptione uenales significātur. Ci. Tusculanū proscripsi. Proscriptor est qui proscribit. Cic. Proscriptor consiliarius, minister. Proscriptio est damnatio, uel publica uenditio, aut uēditionis significatio. Ci. Nō nominatim, sed generatim, proscriptio est informata. Idē. Emptiones falsas, proscriptiones aperta circūscriptione fecisti.

cisti. Proscripturire uerbū est desideratiuū, in quo scilicet inest p̄scriptionis faciendæ desideriuū, & deliberatio. Ci. Medius fidius turpe nobis puto esse, de fuga cogitare. Hoc turpe Cneus noster biēnio ante cogitauit; ita Syllaturit animus eius, & proscripturitur iamdiu.

Addicere est auctionē facere, hoc est, bona sua proscribere, & licitantibus obijcere. Addicit enim propriē alteri licitatorum rem ipsam uenale uenditor, cum illā adiudicat. Ci. Ecquis ex tāto populo, q̄ bona Caij Rabirij nūmo sextertio sibi addici uelit?

Emere est pecuniā in aliqua re collocare, pecunijs, uel gratia, aut præmio, uel alio quouis modo aliquid sibi comparare. Et dicimus emere aliquid de aliquo, tanti, quanti, magno pretio. Cic. Emi ipsam domū millibus nummū triginta quinq;. Emptor est qui emit. Cic. Tusculani emptor nemo fuit. Emptio. Cic. Ea emptione nos bene emisse indicati sumus. Emax dicitur, qui libenter, & sæpius emit, uel qui emēdi est cupidissimus. Ci. Nō esse cupidū pecunie, nō esse emacē, uectigal est. Emacitas, est facilitas et inclinatio uoluntaria emēdi Col. Quosdā emacitas in armentis: quosdā exercet in cōparandis mancipijs cura: de tuēdis nulla cura tāgit. Emptionalis, qui frequēs est in emptiōibus, & proscriptionibus bonorū

Ci. Quod quidē si inter uos senes emptionales uenale proscrisperit. Emptitius dicitur, qui emptus est: uel qui emptione proponitur. Nonnulli emptitium pro mercenario sumunt. Var. Præter salsamenta in eas piscinas emptitia conijciebat. Emptitare est frequenter emere, uel frequenter mercandi, seu acquirendi usum habere. Col. M. Terentius ternis sæpe denarijs singulos emptitatos esse significat.

Coëmere idē est, quod emere, uel emptionē facere. Cic. Sylla omnia bona coëmit. Coëmptio. Ci. In manu, inq̄t cōueniat: sed quæro, usu? coëmptioe?

Comparare pro emere. Terē. Si scias, quod domum huic comparet.

Constare pro emi, uel uendi. Ci. Quod mihi constat carius, quàm si in foro emissem.

ADVERBIA AD VERBA INDICATIONIS, uenditionis & emptionis pertinentia sequuntur.



QUANTI cū interrogatione, & sine interrogatione usurpatur, ut: quanti facis? indicas? emisti? uel: Scio quāti hos libros emeris, et similia. Ci. Vide quanti apud me sis. Idem. Quanti me il lud aestimare putas, quod est in tuis literis scriptū?

TATI. Ci. Musas nunq̄ tati putasse. Idē. Nihil tati est à te abesse fuit. Idē. Is nō putat tua dona esse tati.

Tantidem compositum est à tanti, & significat tanti etiam Ci. Voluntatē municipum tantidē, quanti fidem suam, fecit.

Magni. Cic. Scio eius ordinis autoritatē semper apud te magni fuisse. Magno, pro magni. Cic. Magno, ut ais uendidisti.

Pluris. Cic. Peto à te, ne pluris esse balbos, quàm disertos putes. Idē. Pluris facio omniū hominum neminem

Plurimi. Cic. Quod mihi plurimi est, facile me tibi satisfacturum arbitrabar.

Parui. Cic. Si ista parui pendimus, certē & maiora contempnimus.

Minimi. Ci. Virtus uoluptatē minimi facit. Summa idem quod pretium hic. Cicero. Esset, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esset, quæ ego desiderabam, & ad eam summam, quam uolueramus.

CARVS est idē, quod magni pretij, nō uilis Ci. Subitò illo die carissimā annonā nec opinata uilitas, consecuta est.

Caritas & penuria nihil inter se cōmune habent. Nā penuria in paucitate, & inopia posita est, caritas uerò in pretio. Atq; licet ea, quorum paucitas est, apud mortales cara esse soleant: tamen si id,

Et rarum, is, qui id habeat, uili pretio uendere uelit, quis tum publicam penuriam caritatem interpretabitur? quanquam non negare uelim caritatem ex penuria nasci: sed tamen non concedam, penuriam et caritatem idem significare: diuersa enim significatione sunt, ut ratione modò probauimus. Ci. Omnia ista iacere puto, propter annonæ caritatē. Car idem est, quod magni. Cic. Valde carè id æstimat.

Vilis est uulgaris, contemptus, abiectus, plebeius, leuis, cōmunis, cōtritus, de populo, unus de multis, nullo numero, sordidus, omnium infimus. Ci. Vilia non est uilior, quàm Lupercal. Vilitas. Ci. Subitò illo ipso die carissimam annonam, nec opinata uilitas consecuta est. Vili, uelit aduerbum uerbis præterij addi solet pro parui, uel minimi Martial. Instruam uili uendis Amœne dnum.

Pendere est propriè ponderare, à pendeo, quod quæ ponderantur, ex libra pendent. Translate pro considerare siue æstimare, unde fit magni pendo, multi pendo, parui pendo, nihili pendo, id est, in magna, parua, nulla æstimatione habeo. Terent. Tu illum nunquàm ostendisti quanti penderes. Est etiam soluere: unde dicunt pœnas, uel pendi supplicia. Cic. Ego pro aqua uectigal pendam.

Pensare propriè est ponderare Liuius Vt stringa

stringerent ferrum, & centurionem pensantem aurum occideret, imperauit. Translatè pro æstimare Liuius Reliquas ciuitates monere, ut factis, non ex dictis amicos pensent: intelligantq; quibus credendū & à quibus cauendū sit pro redimere. Idem ueteribus benefactis noua pensabant maleficia. Pro cōprehensare, uel expiare Quint. Hos raro euenit, & cætera uitiat non pensat. Pro reuoluere animo, uel cōsiderare. Curt. Ibi sine arbitris singula animi cōsulta pensando, noctem uigilijs extraxit.

Pensitare pro frequenter & diu ponderare. Translatè pro diligēter cōsiderare. Pli. Is demū uita æqua lance pēsabit, qui semper fragilitatis humane memor fuerit. Pro soluere. Cic. Immunia prædia cōmodiore cōditione sunt, quàm illa, quæ pensitant.

Pensum est propriè manipulus lanæ, uel lini, qui pendet ex colo, & fuso trahitur. Vnde pensa trahere dicimus pro eo quod nere, & filare uulgu dicit Ouid. Lumē ad exiguū famulæ data pensa traherāt. Per translationē est pensum, quasi dicas cogitatu, siue mediatum. Ponitur etiam pro munere, uel officio, uel susceptis in re aliqua persequēda partibus. Ducta translatione ab ancillis pensa ducenda à matronis capientibus Dicimus etiā pensum cōficere exigere, absoluere, reuocare. Cice. Nunc ad reliqua progrediar, neq; ad meū, munus, pēsūq; reuocabo

Neq; dicere, neq; facere, quicquàm pensi habebat. Pensio est id, quod pro aliqua re soluitur, id est, quod datur pro rei alicuius usu, aut agri, aut domus. Cic. De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid sit faciendum.

Dependere idem est quod pendere, uel soluere, uel prestare. Cic. Reipub. quod sponderis, quemadmodum soluas, nisi is dependi facile patitur pro quo sponderis?

Tributum à contributione appellatur: uel ex eo, quod militibus tribuatur. Ab antiquis in masculino genere positum sit. Cic. Hoc ex tributis conficiendum est. Tributum exigere, conficere. Cice. Nec tabule creditoris proferuntur, nec tributis confectio ulla recitatur. Tributum ferre, conferre, pendere. Cef. Druides à bello abesse consueuerunt, neq; tributa unà cum reliquis pendunt. A tributis uindicare. Cic. Funeste illius quidem pecuniæ, sed tamen quæ nos à tributis possit uindicare. Tributo liberare. Cic. Multas ciuitates acerbissimis tributis, & grauissimis usuris, & falso ære alieno liberaui. Tributarius, qui pendendo & soluendo tributo obnoxius est. Ponitur etiam pro ad tributum pertinente, ut tributariæ tabulæ: in quibus tributorum exigendorum, uel solutorum, & collatorum ratio continetur. Cic.

tur. Cic. Quod genus iudiciorum si est æquum ulla in re, nisi hac tributaria, non intelligo, quam obrem Senatus &c.

Stipendium est tributum, uel uectigal. Dicimus quoq; Stipendiū imponere, pendere, depēdere, remittere. Cas. Si per populū Romanū stipendium remittatur, & deditiij subtrahātur &c. Stipendiarius idem est, quod uectigalis, uel tributarius. Vnde multi populi stipendiarij Reipub. Romanæ dicebantur, hoc est, qui soluebant stipendium populo Romano. Vocant etiam Latini uectigal stipendiarium, quod multum certum est. Cic. Vectigales multos, ac stipendiarios liberauit.

Vectigal dicitur tributum, uel portorium. Vnde à uehendo dictum uolunt, cum ex fundis fruges in urbē uehuntur. Vectigal autem duplex est, publicū scilicet & priuatum. Publicū, quod debetur fisco. Priuatū quod quisq; sumit, ex redditibus, fructibus bonorum suorum. Cic. Equidem iam non ego uectigalibus, & paruo contentus esse possum. Vectigal imponere. Cic. Sic agro grande uectigal imponitur. Vectigal exercere. Cice. Quorum magna res aguntur, in uestris uectigalibus occupata. Vectigal exigere, pendere, pensitare, leuare. Cic. Agrum publicum uitiosa & in utili lege uectigali leuauit Vectigale

gale liberare. Cic. Quantū illud est beneficiū tuum, quod iniquo & graui uectigali Aedilitiorū Asiā liberasti? Vectigal habere. Cic. Habebit non ille uectigal, sed ciuium bona. Vectigal conseruare. Cice. Neq; ex portu, neq; decumis, neq; ex scriptura, uectigal cōseruari potest. Vectigalis idem est quod stipendiarius uel tributarius. Sic Prouinciæ, agri, & ij, qui tributa persoluunt, uectigales dicuntur. Cice. Naues ex uectigali pecunia fecerat.

Exactor hīc est, qui pecuniam exigit. Cæs. Erat plena licitorum, & imperiorum Prouincia conferta Præfēctis, atq; exactoribus. Exactio. Cice. Nisi quod principes ciuitatū me postulassent, ne in uenditionem tributorum, & illam acerbissimā exactionem, quam tu non ignoras, capitum, atq; ostiorum inducerentur sumptus minime necessarij.

Immunis, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico, qui uel ætate, uel alio priuilegio præstare munia non tenetur. Et absolutè ponitur, uel cum ablatiuo, uel cum genitiuo. Cicero. Agros fructuarios uult immune s esse. Immunitas est uacatio, libertas, uel exemptio munerum, & onerum. Cice. In qua illa prouincia propè suam immunitatem, ac libertatem possitam esse arbitratur. Immunitatem dare

mare, uel tribuera. Cic. Tabule figuntur, immunitates dantur.

LOCVS dicitur, quicquid aliquid continet, siue ubi quicquàm consistit. Et dicimus locos, uel loca in plurali numero. Cic. Omnes copias, primo quòq; tempore in unum locum cõuenire necesse est. Ex, uel de loco superiore agere dicitur Orator, qui pro rostris agit. Ex æquo, qui in Senatu. Ex inferiore, qui ad Iudices. Cic. Siue de cæli natura loquitur, siue de terra, siue de diuina ui, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo superiore &c. Loci, uel loca in plurali numero sepe à Latinis usurpantur pro utero femine, matricẽ etiam uocant. Sunt igitur loci, in quibus nascẽdi uitia cõsistunt. Suos etiam locos, uel loca habent uolucres, in quibus scilicet oua formantur. Cicero. Cum in locis semel infedit, rapit omnem ferẽ cibum ad sese. Loci interdum sunt sedes argumentorũ, quæ quidẽ sedes intra se continent argumenta, & ex quibus ipsi argumenta petenda sunt. Cic. Aristoteles locos, quasi argumentorũ notas tradidit. Locus pro eo, quod passim barbari dicunt. Cic. Sunt ea à nobis alio loco disputata. Locus pro genere. Ci. Natus haud obsecuro loco Locus ponitur etiã pro occasione, opportunitate, facultate, statu, numero uel parte. Sic sepe ad rerũ
ratio

rationem, & personarum dignitatem refertur. In sequenti uerò locutione est cportunè, commode, & cum res postulat. Cic. Posuisti loco uersus Accianos Id est, recte & ordine, uel loco suo. In loco, opportunè, uel digne Cic. Rectè collocata & iudicio populi in loca posita esse uideatur. Locum esse, pro decere. Cic. Non me hercule erit deprecationis locus. Loco priore causam dicere, est antè defendere, & quis sit accusatus Posteriore autem loco dicere est defensorem esse, & pro reo dicere. Cice. Ut ipse causam captis, si sponsonem fecisset, priore loco diceret. Si eo, uel isto loco essem, dicunt Latini, pro, si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plaut. Verum, ut ego opinor, si ego in isthoc siem loco, idem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam. Nullo loco deesse, pro nunquàm deesse. Cic. Adhuc dum mihi nullo loco deesse uis, nunquàm te confirmare potuisti. Lccum nullum prætermittere. Cice. Nullum locum prætermitteremus tui iuuandi, aut leuandi. Loco rei alicuius putare. Cic. Criminis loco putant, quòd uiuam. Loco rei aliquis ponere. Cice. Reliquum est, ut te id ipsum quod ego, quasi consolationis loco pono, maximè excrutiet. In loco ponere. Cic. Tu cetera illa in maledicti loco ponere? In loco rei alicuius ponere, Cic. Si placebit, uos meam

defen

*defensionem in aliquo artis loco reponetis . In loco
 ducere. Cic. Ipsi in hostium numero, locoq; ducemi
 ni. In loco obijcere. Ci. Doce in illorum iudicijs quid
 præter hoc uenenum Oppianici, non modo in crimi
 nis, sed in maledicti loco sit obiectum . Loco nume
 rare. Cic. Voluptatem nullo loco numerat . In loco
 numerare . Cicero . In iniuriæ loco id numerant, si
 quando ab inimicis admoneantur. Loco habere. Ci.
 Caesar me uetustissimorum familiarium loco habuit.
 In loco habere. Cice. Cur eum habes in loco patruï?
 In loco fratris diligere Terent. Si te in germani fra
 tris dilexi loco. Loco parentis colere, uel in loco.
 Cic. Quem parentis loco colere debebas. Loco præ
 mij petere. Cice. Petebat id sibi loco premij. In loco
 beneficij deferre. In Ver. Act. 4. Locum relinquere
 Cic. Ne cui iniquo relinqueremus uituperandi locũ.
 Locum dare. Cic. Dandus est locus fortunæ, ceden
 dum ex Italia. In locum substituere, uel restituere.
 Cic. Restitui in eum locum cupit, unde decidit. In lo
 eum deduci. Cic. Quantum nos sefellerit, & quem
 in locũ res deducta sit, uide . In locum redire. Plau.
 In eum locum res redijt, ut, quid consilij dem meo so
 dali super amica, nesciam. In locum succedere. Cice.
 Illis in patris locum successit . In locum ascendere.
 Cic. Putant nimis multos sibi laqueos legum, & con*

ditionum, ac iudiciorum propositos esse oportere, qui in summum locum ciuitatis; aut non potuerunt ascendere, aut non petiuerunt. In locum uenire. Cic. Res in eum locum uenerat, ut nisi id factum esset, in potestatem hostium ueniendum fuisset. In locum peruenire. Cic. Videte per deos immortales, quem in locum Rempub. peruenturam putetis. Locum nancisci, cupere, habere, tenere, obtinere. Cice. Tua dignitas suum locum obtinebit. Loco esse, pro statu esse. Cice. Per bono loco res est. Loco esse aliquo apud aliquem. Cic. Esse magno loco apud regem dicitur. Locum esse alicui, uel personae, uel rei. Cic. Vbi locus fuit errori Deorum. Loco, uel in loco fratris, parentis, praemij, & rerum similium esse. Cic. Labente commutata persona te mihi fratris loco esse duco. Loco stare, pro statu esse. Cic. Quanto meliore loco Respub. staret, si tu par, ac similis scelestorum ciuium unam cum illis annumeratus esses. Loco moueri, pro urbe pulsum esse. Terent. Per tumultum noster grex motus est loco.

Sedes est sella, solium, sessio homicyclus, subsellium, uel domiciulium. Proprie. Cic. Eorum domicilia, sedes, rem, fortunas tuas fidei commendo. Translate. Cic. Neque uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. Sedecula sedis est diminutiuum. Cice. Sic literis sustentor, & recreor, maloque in illa &c.

Sella & **sedile** eadem significatione sunt, & significāt id super quod sedetur. Apud Romanos autē erat Magistratum **ædilis** & **prætoris** sedes, qua per urbem ius dicentes comportabantur. Cice. Prætor properans de sella exiit. **Sellularius** opifex dicitur, qui sedendo opes facit. **Sedentarius**, qui sedendo opus facit, ut sutor. Et tam de rebus quàm de personis dicitur. Plaut. **Calceonarij**, **sedentarij**, **sutores**. De rebus, ut **sedentarius labor** qui sedendo peragitur. Col. Deniq; uno loco quàm maximè oportebit eam consistere: neq; enim **sedentaria** eius opera est, sed modo ad telam debebit, modò eos, &c.

Sedere propriè est uel in terra, uel in sella tibi tibus inniti. **Sedere** etiā dicitur in equo. Cic. **Malo in illa tua sedecula sedere**. **Sedere pro insidere**. Quintil. **Vox clara, pura, secans aëra, auribus sedens**. **Sedere pro aptum esse**. Quintilia. **Ita sedet melius toga, & continetur**. **Sedere ad ignaviā relatū & cessationem**. Terent. **An sedere oportuit domi uirginem tam grandem?** **Sedere pro placere**. Verg. **Et sedet hoc animo**. **Sedere pro cōsiderare**. Verg. **Celsa sedet**. **Aeolus aree**. Secundū Plaut. **sedere est consiliū capere, qui inducit seruum dicentē: Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia**. Secundū Augures est **auguriū captare; & à sedētibus captantur auguria**

quod & supra ipse ostēdit latenter, inducēs Picū solum sedentē, ut paruaq; sedebat. Succinctus trabea, id est, aut erat, aut cōsilia captabat, aut augurabatur. Sedere pro incubare, & Sedere in ouis pro incubare. Pli. lib. 4. cap. 51. Sessilis. Sessile est, quod, sedet, uel sedere uidetur. Vnde sessilis lactuca, quæ & sedens appellatur, quod ita humi proiecta est, ut uideatur sedere, non in sublime ascendere. Plin. Quæ pyra minimo sunt pediculo sessilia. Sessio. Cic. Etiā sessiones quædā sunt contra naturam. Sessitare frequentatiuum est sedendi. Cic. Eius Cethegum medullam fuisse uult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullā nostrum Oratorem fuisse dixerit.

Assidere est assistere, uel iuxta sedere. Cic. Perorauit aliquando, assedit, surrexi ego. Assessor est quasi secundarius iudex, qui iuris dicendi causa principi iudicij assidet. Nam propriè sedere dicuntur iudices, cum ius dicitur, unde assessores. Cic. Lacedæmon Regibus suis augurē assessorē dederunt. Assessio. Ci. Oblitūm ne me putas, qua celeritate ad me aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei fracti communiū miseriarum metus

Considerare est idem, quod simul sedere. Cic. Platoni in cunis dormienti apes in labellis confede-

runt. Confessor est, qui unà cum alio sedet. *Liuius.* Cur diues pauperem confessorem fastidiret? *Confessus, us, ui,* significat homines uno in loco confidentes, non confessionem, id est, considendi actionem. *Cicero.* Non turpior unquam in ludo talaris confessus fuit.

Subsidere, desiderare, residere. Vide in primo Tomo. Et efferuntur tam in tertia coniugatione, quam in secunda, ut sit *subsidere, desiderare, residere, quemadmodum, subsidere, desiderare, residere.*

Astistere est astidere, uel astare. *Cicero.* Ut contra omnes hostium copias unus in ponte astisteret.

Astare est astistere, uel presentem esse. *Cic.* Non astantibus omnibus necesse dicere.

Concurrere hic est conuenire, conuolare, uel confugere, uel congruere. *Cic.* Si diem nobis *Clo dius* dixerit, tota Italia concurret. Pro contingere. *Cic.* Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda sunt. *Concurtio, modò pro motu uel effusione accipitur: modò pro conflictione, & contentione modò pro eo quod contingit.* *Cic.* Crebræ uocalium concursiones uitandæ sunt. *Concursum.* *Cice.* Omnis omnium concursus ad te futurus est. *Concursum facere.* *Cice.* Clamor concursusque fit. *Transfertur etiam*

ad res animatas. Cic. Ex rationis, & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu quæstio exoritur. Concurrere est concurrenti frequentatiuum, & significat obire, uel discurrere. Cise. Ut nostras uillas obire, & mecū simul lecticula concursa possis. Concurfator. Liuius. Ita nec eques regius Equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam: nec pedes concursator. Concurfatio. Cicero Quid puerorum illa concurfatio nocturna.

Conuenientia est coniunctio, cognatio, quasi concentus, atq; consensus. Cic. Quæ uia deducit ad conuenientiam, conseruationemq; naturæ. Cōuenienter est congruenter, secundum, uel pro. Cice. Quod summum locum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere &c. Conuenire pro contrahere, nexum inire. Ci. Partes formæ enumerare licet hoc modo. Si ita Fabiæ pecunia legata est à uiro: si ea uxor materfamiliās esset: si ea in manum uiri non conuenerat, nihi debetur. Est etiam alloqui, colloqui uel congregari. Hic autem est concursus facere, uel conuolare. Et ponitur cum præpositione ad, in, uel inter, uel de. Cic. Omnes copias in unum locum conuenire necesse est. Conuentus, uel conuentum pro pacto. Cic. In foro sunt pacta, conuenta, stipulationes. Hic conuentus pro turba, uel multitudine hominum.

unum in locum congregata ponitur. Cice. *Quæsiui ab eo, an in nocturno conuentu fuisset, nec ne. Couentum facere. Cic. Conuentus, qui initió celebrantur, iam diu fieri des. crunt Conuentum agere, peragere uel celebrare. Ci. Ad Atti. 1. Conuenticulum diminitiuũ. Ci. Nullũ est in hac urbe collegiũ, nulli pagani, montani: quoniã plebi quoq; urbanæ morcs nostri cõuenticula quasi cõcilia quædã esse uoluerũt &c.*

Concilium est conuenticulũ, uel coetus, multitudo, diuersoriũ populorum in unum locũ, consulẽdi gratia congregata. Cic. *Concilia coetusq; hominũ iure sociati sunt. In conciliũ uocare, adducere, admittere. Sall. Tu ne admissus in deorũ Conciliũ? In concilio fuisset. Ci. Atq; hæc cum sint, tamen se Cice ro dicit in cõcilio deorum immortalium fuisset &c. E cõcilio secludere. Tusc. 1. E cõcilio descendere. Ci. Tum. Velleius, fidenter sanẽ, & tanq̃ modõ ex deorum concilo, & ex Epicuri internundijs descendisset. Conciliabulum ponitur pro loco ubi concilium conuenitur & congregatur. Plaut. Vt solet in istis fieri conciliabulis.*

Coetus est concilium. Cic. *Vos obtestor omnes dij, qui solennes coetus ludorum initis.*

Conuolare est conuenire, concurrere. Cic. *Vexillo opus est, conuolabunt.*

EXPERGEFACERE est ex somno aliquem excitare. Sæpe ponitur pro commouere, uel excitare citra somnum. Cice. Hic Italiam tu multis expergefecit terrore subito.

Expergisci est excitare è somno, uel è somno solui. Cicero. Nobilitas experrecta Rempubicam recuperauit.

Surgere. Surgit propriè, qui antea sedit. Et ponitur absolutè, uel cum præpositione è, ad, uel de. Cic. Ego ad respondendum surrexi. Translate dicitur surgere astra, cū nox superuenit. Et uenti, cum flare incipiunt. Sicut è contrario, quando flare desinunt, ponere ac residere dicuntur. Dicuntur & ædificia surgere cum sensim eminent, & in altum attolluntur. Dicuntur & herbae, frutex, messisq; surgere, dum crescunt. Dicitur & sententia animo surgere, pro oriri. Verg. Solem certissima signa sequentur. Idem Quæ nunc animo sententia surgit.

Consurgere est simul surgere. Cic. Consurgitur in concilium. Consurrectio. Ci. Cepi equidem maximum fructum ex consurrectione omnium uestrum, & ex comitatu publicanorum.

Assurgere idem est ferè, quod surgere. Propriè. Ci. Nemo tibi in Curiam uenienti amplius assurrexit. Translate Colu. Collem clementer, & mollior assurgentem uolunt. In-

Inurgere est contra surgere. Quintil. Hæc etiã solet surgere uerbis omnibus alius, atq; alius insurgentibus.

RELIGIO est, quæ superioris cuiusdam nature, quam diuinam uocant, curam, ceremoniamq; affert. Est etiam Latinis debitum officij, hoc est iustam numeris functionem. Est quoq; conscientie scrupulus, aut recta conscientia uel fides, metus, uel anxia sollicitudo. Ci. Sum admiratus fidem tuam & in consilio dando religionem. Idem. Ex isto ore, religionis uerbum excidere, aut elabi potest? Religionem offerre. Cice. Recitatis literis oblata religio Cornuto est pullariorũ admonitu, non satis diligenter cum operam auspicijs dedisse. Religionẽ offerre inducere, interponere, iniicere, adhibere. Ci. Lentulus Prouinciam, quam habebat, interposita religione deposuit. In religionẽ uertere. Liuius. In religionem ea res apud Pœnos uersa est. In religionẽ trahere. Liu. Iouis, Solisq; equis equiparatũ Dictatorẽ in religionem trahabant. Religione implicare, obstringere, obligare, religare. Ci. Nunquid is bona Lentuli religionibus religauit? Religione impedire. Cice. Has tabulas M. Marcellus, cum omnia illa uictoria sua profana fecisset, tamẽ religione, impeditus nõ attingit. In religionẽ uenire res dicitur cũ religiosa esse

putatur & sancta, hoc est, quæ religiosè tractanda est. Cic. Gracchus, cū rem illam in religionē populo uenisse sentiret, rem ad senatū retulit. Religionem habere res dicitur quæ in religionem uenit: uel quæ religiosa est & magis passiuè quàm actiuè. Cic. Dedicatio magnam habet religionem. Religionē possidere, suscipere. Cic. Susceptis religionibus impeditur. Religionē tangi. Liui. Religionē tactus hospes qui omnia &c. Religioni habere est uereri uel aduersari. Cic. Nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ne cōmitteret prælium. Religionē esse pro facere cōscientiā, Suetonius. Huc introire, nisi necessario, & castè religio est, id est, est nefas, non licet. Religionē esse alicui. Ci. Tanta illis comitijs religio est, &c. Religioni seruire. Cice. Eorū religioni cum seruiret Orator. Religionē polluere, uiolare, expiare, eximere, cripere, colere. Ci. Religionē è domo Pont. eripuit. A religionē declinare. Si qua in re ipse à re officij declinaret? Religionē soluere. Vt religionē ciuitas soluatur, ciuis Romanus traditur. Religionē exoluere, est scrupulū adimere. Liui. Dedamur per fœciales nudi, unctiq; exoluamus religionē populū si qua obligauimus, ne quid diuini, aut humani obstet quò minus iustū, piūq; de integro incatur bellū Religionē liberare. Cicero. Ea nos religionē in P.

Lentulo puniendo liberati sumus. Religionē tollere
 Cic. Superstitione tollenda, religio non tollitur. Re-
 ligiosus dicitur qui omnia, quæ ad cultum pertine-
 rent, diligenter tractat & tanquàm relegat, ex re-
 legendo. Cicero. Vir natura sanctus, & religiosus.
 Vide Gell. lib. 4. cap. 6. Religiosum facere, est re-
 ligionem inferre. Cice. Tu meam domum religiosam
 facere potuisti? Religiosum esse aliquid facere. Liu.
 Quem campi fructum, quia religiosum erat consu-
 mere, desectam cum stramento segetē magna uis ho-
 minū simul immissa corribus fudit in Tyberim. Re-
 ligiosum habere, est religione tangi, uel impediri.
 Pli. Nauos in facie tondere religiosum habent etiam
 nunc multi. Religiosè est sollicite & accuratè. Est
 etiam subtimide & uerecunde. Cic. Faciam id, quod
 debent facere ij, qui religiosè & sine ambitione com-
 mendant. Irreligiosus contrariū religioso. Pli. Eam
 reuerentiā cum literis ipsis, tum scriptis tuis debeo
 ut sumere illa, nisi uacuo animo, irreligiosum putem
 Et Liuius ab urbe cond. lib. 5.

Superstitio est nimia religio, falsus dei cul-
 tus, error insanus, importuna, ineptaq; religio. Cice.
 Omnis superstitio imbecillis animi atq; anilis est. Su-
 perstitione imbuere. Cicero. Qua superstitione est
 imbutus, quietus esse nunquàm potest. Superstitione

obligare. Cice. Est periculum, ne aut neglectis his, aut susceptis, anili superstitione obligemur. Superstitione constatari. Ci. Qui canem & felem ut deos colunt, eadem superstitione, qua ceteræ gentes constatantur. Superstitionem tollere. Cic. Horum sententiæ non modò superstitionē tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur Superstitiosus dicitur superstitione imbutus. Cic. Nimum esse superstitiosum non oportet. Superstitiosè est uanè & aniliter. Cice. Non id dicitis superstitiosè, atq; aniliter, sed physica, constantiæq; ratione.

Cerimonia est sacrorum religio Cic. Fecit ludos maxima cū cerimonia. Vide Gel. lib. 4 cap. 9 Cerimoniam afferre. Cic. Religio est, quæ dei curam, cerimoniamq; affert.

Ritus est mos comprobatus in administrandis sacrificijs: Vel est generaliter ritus mos, & approbata consuetudo, quamq; omnes ratam habent. Cic. Pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt. Rituales Rituales erant Hetruscorum libri, in quibus scriptum erat, quo ritu urbes cōduntur: aræ, ædesq; sacrantur, Curia, Tribus, & Centuriæ distribuuntur. Cic. Quod Hetruscorum declarāt & Aruspici, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

gurales. Ritè pro re clè ponitur, à uerbo antiquo ritò: quia nihil tradatur ritibus, quod non rectum esse credatur. Vel quia, quod fit ritè, ad ratum & reatum est. Cic. Veteres ritè deos coluerunt.

Sacrum est res sacra, diuina, uel sacrificium uel omne quod deorum habetur. Cic. M. Luculli uxorem Memmius suis sacris uitiauit. Sacra curare. Cic. Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. Sacra facere. Ouid. Ecce auis in medijs residens annosa puellis Sacra facit tacitè, nec tamen ipsa tacet. Sacra conficere. Cic. Cui sacra Orphica putantur confici. Sacellum diminutiuum est sacri: poniturq; pro loco, ubi sacra fiunt: uel locum significat deo consecratum. Ci. Cum uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exijt in quoddam sacellum ominis capiendi causa: quod fieri more ueterum solebat.

Templum est locus religiosus, uel sacer. Neq; solum ædes sacræ templum dicuntur, sed etiam alia loca septa, & unum tantum introitum habentia. Vt Curia Hostilia, quæ templum erat, licet sacra non esset. Cicero. Curia est sedes, ac templum publici iudicij.

Delubrum locus dicitur, in quo dei simulachrum dedicatum est. Ci. Verres delubra sanctissimis re-

mis religionibus consecrata depeculatus est.

Fanum idem est, quod delubrum, uel templū
Cic. Ut pecunia in fano poneretur.

Profanus significat idem, quod nihil habēs,
religionis, à religione remotum, sacris nō initiatum,
qui fanum intrare non poterat: uel quod ex religio
so, aut sacro in hominum usum cōuersum est, quasi
porrò à fano. Ci. Loca sacra, & religiosa profana
habebat. Profanare est profanum facere, uel facere
ex sacro promiscuū usibus humanis Lilius. Ita pro
fanatis omnibz rebus sine religione uixit. Profana
tio. Pli. Postquàm ciuiliū bellorum, profanatione
meritum coepit uideri, ciuem non occidere.

Aedes pro templo. Cic. Vidi epistolam, in
qua de aede Telluris me admones. Aedicula dimini
tium ponitur pro sacello. Cic. Eam aram, & aedi
culam, & puluinar sub saxo sacro dedicauit.

Cella pro parte templi sacratiore, in quam in
gredi fas non erat, ponitur. Cic. Armatos in cella
Concordiæ inclusit.

Ara idem est, quod altare. Cic. Castra in radici
bus Amnai habuimus apud aras Alexandri. In arā
cōfugere, est salutis asylū petere. Cic. Tanta proge
nie orbatū, cum in aram confugisset, hostilis manus
interemit. Vsq; ad aras esse amicū. Periculis apoph
thegma est, quō admonemur, nonnunquàm ut con-

Iulamus amicorum cōmodis, eorumq; uoluntati morem geramus, fas uideri palam à rellō defletere, uerum catenus, ne propter hominē amicū, numinis reuerentiam uiolemus. Olim enim iurantes aram manu contingebant. Pro aris & focis certare uel pugnare dicimus, cū totis uiribus certamus, tanquā nihil nobis prius esse debeat, aut carius sacrorum defensione. Cic. De Na. Deo. 3.

Sacrilegus est, qui aliquid è sacro abstulit, uel hostis sacrorū. Translatè pro nefario & scelerato accipitur. Cic. Imago meretricis à fure sublata, à sacrilego collocata. Sacrilegiū est rerum sacrarū furtum. Cic. Non ita est, sed abiit in sodalitiū sacrilegij

Sacrare hic pro deo dicare uel sacrū facere ponitur. Cic. Auri, argenti, eboris sacrandi modus est. Sacrarīū locus est sacer in templo in quo sacra reponuntur. Sumitur etiā pro sacello, uel loco sacrato, aut pro larario in ædibus priuatis. Cic. Cui Catilina sacrarīū scelerum domi tuæ fecerat.

Consecrare uide Primū Tomum. Consecratio est dedicatio religiosa. Cic. An consecratio nullū habuit ius, dedicatio est religiosa?

Sacrificare est sacrū facere, uel ueniā petere sacificatione. Plau. Ioui uiuo argēto sacrificassē. Sacrificatio. Ci. Itaq; in ea Dea, qd' est rerū custos intimarum, oīs & precatio, & sacrificatio externa est.

Sacerdos dicitur à Latinis, qui deo dicatus est, ad sacra facienda. Sacerdotum autem uaria erant genera apud Romanos, ut Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Cic. Erat mihi res cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote.

Sacerdotum aliquando est sacerdotis dignitas: unde dicimus sacerdotium habere, uel sacerdotio præditum esse. Est etiam sacerdotium prouentus sacerdotis. Nam apud Romanos ea sacerdotia fuerunt, qualia apud Christianos beneficia uocantur Sacerdotiorum autem duo fuerunt genera. Alterum quod sacris esset addictum locis, quæ Reipublicæ, aut principum, aut Pontificum collegij collationis essent. Alterum, quod ædis, aut sacelli iuris esset à patrefamiliâs ea ratione erecti, dedicatiq; ut & sacrorum cura, & fructuum ipsius sacerdotij perceptio ad solam gentem, familiamq; suam perpetuis successoribus deuoueretur. Quæ sacerdotia à priscis, gentilitia beneficia: à nostris, iuris patronatus appellata sunt. Cic. De sacerdotio tuo, quantum curam adhibuerim, cognosces. Ad sacerdotium eligere. Cicero. Erit causa, qua consilium maiorem in amplissimis uiris ad sacerdotia eligendis iure, ac merito laudare possunt.

possumus. Sacerdotium dare. Cice. Itaq; Iouis illud sacerdotium amplissimum Theomnasto datur. Sacerdotium mandare. Cic. Populus per religionem sacerdotia mandare non poterit. Sacerdotium consequi. Cic. Sacerdotium deniq; cum consequi possem non appetiui. In sacerdotium uenire. Cic. Quæ maior calumnia est, quàm uenire in sacerdotium imberbem adolescentulum? Sacerdotium habere. Cic. Cuius nomen exisset, is haberet sacerdotium. Sacerdotio præditum esse. Cice. In urbe sua sacerdotio est amplissimo præditus. Sacerdotium inire. Cicero pro Dom. sua. Sacerdotio præesse. Cice. Qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacerdotijs præfuerunt. Sacerdotalis, res ad sacerdotem pertinens, uel quæ sacerdotis est. Liuius. Virgines, sacraq; in plaustrum imposuit, & Cere, quò iter sacerdotibus erat, peruexit.

Sacrificus, uel sacrificulus dicitur rex sacrorum, uel qui sacris curandis, & cõficiendis præest. Dicitur & sacrificiũ, quod ad sacrificium pertinet, uel quo in sacrificijs utimur, ut sacrificæ tibie. Pli. Nũc sacrificæ Tuscorum è buxo tibie. Sacrificium est sacrum, res sacra, uel diuina. Cic. Ea sunt anniuersæra sacrificia. Sacrificium statuere. Cic. Solenne est, & statutum illud sacrificium. Sacrificiũ facere. Cic.

Ut illud ludorum epulare sacrificium facerent. *Sacrificiū factitare.* Cic. Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria factitarunt.

Pontifex est sacer Magistratus à posse & facere dictus. Vel à ponte: quia sub publico pons à Pontificibus factus est primū, & deinde restitutus. Est ergo pontifex idē, qd̄ ceremoniarū, & sacrorū antistes, autor, & magister publicæ religionis, qui publicis sacerdotijs præest. Fuerunt & pontifices maiores & minores. Vide Liuium. Cic. Sacris pontifices: auspicijs augures præsent. Pontificalis, res ad pontificē pertinet. Vnde pontificales libri, in quibus sacræ ceremoniæ continentur. Ci. Id postulat ius pontificale Pontificius. Cic. Nego istā adoptionē pontificio iure factam. Pontificatus, us, ui, est pontificis dignitas, uel sacerdotiū amplissimum. Cic. Qui status, solennēsq; ceremonias Pontificatu rerum bene gerendarū auctoritates augurio contineri putarunt.

Antistes dicitur, qui in re aliqua excellit, & principatū tenet. Vnde dicimus antistitem iuris Seruium Sulpitium: sapientiæ antistitem Platonem: uel antistitem artis alicuius, id est, qui in arte illa nullus est secundus. Cic. Eum quærimus, qui sit cuius artis antistes, cuius esse deus putatur. Hic accipitur pro ceremoniarū magistro. Erant autem antistites apud

antiquos primarij singulorū templorū sacerdotes, qui sacris præerant, & de futuris, atq; agendis responsa dabant consulentibus Cice. Cum antistitibus agamus, ut proferam &c.

Præsul appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter salios Martis sacerdotes. A saliendo dicti Salij in portandis ancilibus. Pro præsule præsultorem dixit. Ci. Exin cuidam, inquit, rustico dormienti uisus est uenire, qui diceret, præsultorem sibi non placuisse.

Immolare est sacrificare hostiam fusam, & aspersam mola, id est farre molito & sale. Generalker uerò pro sacrificare accipitur. Cice. Eas hostias immolabāt præcipuè. Immolator est qui immolat et sacrificat. Ci. Hæc decessio capitis, aut decessio subitõe fieri potest, ut se iuxta ad immolatoris fortunã accõmodent? Immolatio est actio immolandi. Ci. Hoc genus immolationis maximè ab antiquis probatur.

Victima idem, quod hostia, quæ post uictoriam dextra uictricæ immolabatur. Cic. Se è contiuenti genere terram uictimam reipub. præbuit. Victimarius est qui uictimas uendebat, uel uictimarum minister, qui scilicet in sacrificijs uictimas ligabat, cultrū, aquam, & molam parans, & reliqua, quæ sacris faciendis erāt necessaria. Liu. Libri in comitio

igne à uictimarijs in conspectu populi cremati sunt.

Litare, uel **litari** est sacrificio factō deos placare, uōtumq; impetrare. Cic. Litemus Lentulo, parentemus Cethego. **Litatio**. Liuius. Per dies aliquot hostiæ sine litatione cæsæ, diuq; non impetrata pace deūm. **Litato**. Idem. Non deorum saltem, si non hominū memores, nec auspiciō, nec litato instruunt, aciem diductam in cornua.

Dicare est consecrare, tradere, uel nuncupare. Cic. Rogo, ut huic meæ laudi tuum studium dices. **Dicatio**. Cic. Neq; solum dicatione, sed etiam opsliminio potest fieri ciuitatis mutatio.

Dedicare idem est, quod dicare, consecrare, religiosum facere, religionē in aliquem inferre, aliquē locū religione deuincere. Et dicimus aliquid **dedicare**, uel aliquid alicui. Ci. Marcellus duo tēpla **dedicaturū** se Romæ, dixerat **Dedicatio** est consecratio. Ci. Postem teneri in dedicatione templi oportet.

Vouere est uotum suscipere, uel facere, deo aliquid sanctè pro mittere. Cic. Nautæ uouerunt se Dianæ uitulum immolaturos. **Votum** est promissum facta deo, uoluntas, desiderium, quòd ea ualde desideramus, quæ uoto à deo poscimus. Cic. Deorū præces, & uota de meo reditu audiui. **Votum nuncupare** est diuis uota polliceri, & destinare, uel proficere

lici rerum euentu, uel pro alicuius salute, quod apud antiquos nō fiebat sine solenni ritu & religione. Vnde dicebant nuncupata uota quæ Consules, Prætores, Imperatores cum in Prouincijs proficiscebantur, faciebant: eaq; in tabulas præsenribus multis referrebantur. Cic. Neglectis sacrificijs solennibus ante lucem ea uota, quæ nunquam solueret, nuncupauit. *Votum suscipere.* Cice. *Iidem etiam uota suscipi dicitis oportere. *Votum facere est optare, uel precari.** Cic. *Quotidie uota facimus, ne intercaletur. *Voto teneri.** Cic. *Iam quasi uoto quodam, & promisso me teneri puto. *Votum debere, soluere, persoluere, reddere.** Cice. *Sanctè uota reddunto. *Votiuus, res quæ ex uoto promittitur.** Cic. *Ludos uotiuos fecit.*

Deuouere est uouere, uel destinare. Poni-
tur etiam pro morti sese addicere, ut sua morte populus, siue respublica seruetur. Est quoq; aliquando idem, quod diris imprecationibus malum alicui optare. Cic. *Maiorum suorum exempla persequens pro alieno se ære deuouit. *Deuotus est destinatus, uel constitutus. *Deuoti etiam appellabantur, qui in alterius populo amicitiam sese dederant.*** Cice. *Miloni deuota, & constituta ista hostia uidetur. *Deuotio est destinatio, uel exercitatio.** Ci. *Tu etiam Deciorū deuotionibus placandos Deos esse censes.*

Z 3 Desti-

Destinare est deuouere, uel addicere, aut de-
 liberare, deputare, uel assignare. Cicero. Non est an-
 nus hic tibi destinatus,

Piare est purgare, uel procurare, aut colere.
 Cic. Hetruriæ principes fulgura, atq; ostenta piari-
 to. Piaculum est sacrificium cultus, & quicquid agi-
 tur, seu præbeatur pro satisfactione peccati. Interdū
 ponitur pro ipso peccato, crimine, uel flagitio. Liui-
 us. Cum magno piaculo sacrilegij sui manubias re-
 tulit. Piamen, seu piamentum uocabant antiqui, quo
 in expiando utebantur. Plin. Hac euulsa scrobem re-
 pleri uario genere frugum, religio est, ac terræ pia-
 mentū. Piacularis, Piaculare dicitur, quod ad satisfā-
 ctionem peccati pertinet, uel datur. Piacularia au-
 tem auspicia apud antiquos appellabantur, quæ sa-
 crificantibus tristitia portendebāt, cum aut hostia ab-
 ara profugisset, aut percussa mugitū reddisset, aut
 in aliam partē corporis, quàm oportet cecidisset. Li-
 uius. Duplam pecuniam in thesauris reponi, & sa-
 crum piaculare fieri instituit.

Expiare est procurare, placare, uel macia-
 re, purgare, mundū ac purum facere. Est etiam pu-
 nire, ut expiare scelera. Cic. Quæ uiolata sunt, ex-
 piabuntur. Idem. Tua scelera dii immortales in no-
 stros expiauerunt. Idem. Etiam sine ullis suffimētis
 expiati sumus, Expiabilis, res quæ expiari potest,

Quæ in expiatione posita est, uel quæ ad expiationem pertinet. Tusc. 1. Expiatio est procuratio &c.

Luere est pendere, dependere, expiare aut perfoluere. Est etiam abstergere, eluere, ut eluere maculas. Cicero. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui.

SPONDERE dicitur puellam pater alicui, cum pollicetur futurum esse, ut eam ducat uxorem. Plaut. Spondesne mihi hanc uxore? M. Spondeo. Sponsus dicitur, cui spondetur puella, siue qui spondit ducturum. Sponsa autem appellatur puella, quæ spondetur. Ci. Sua cuique sponsa placet, mihi mea. Sponsalia, corum, uocant promissionem siue contractum stipulationis futurarum nuptiarum. Gel. 4 cap. 4.

Despondere dicitur pater adolescentis, uel pater puellæ, cum nuptias conciliant. Dicimur etiam nos ipsi nobis despondere aliquam. Cice. Illa despondit ei filiam suam.

Pacifici pro despondere. Ci. Cuius filio pacta est Arthabasdus filia.

Collocare hic idem est quod in matrimonium dare. Et dicimus collocare filiam, uel filiam alicui, uel in matrimonium, uel collocare nuptui, aut nuptum. Ci. Cum uellet sororis suæ filium in matrimonium collocare. Collocatio aliquando est ordinis & prepositionis in loco.

Aliquādo est delationis, ut collocatio beneficij apud aliquem. Cic. Videtur eadem uis esse ordinis & collocationis. Dicimus etiam collocationē filie. Ci. Aut & alienū suscipiunt amicorum causa, aut filiarum collocatione adiuuant.

Dos res ea dicitur, quæ marito ab uxore datur. Cic. Quintus torquetur debitione dotis. Dotem conficere. Cic. Filie nubili dotem conficere non potest. Dotem dicere, est destinare. Cic. Quæcunq; sine autore tutore est dicta dos, nulla est. Doti dicere, anti qui dicebant, pro in dotem promittere. Cic. Doti omnē suam pecuniam dixerat. Aliās appellatur dos, quicquid alicui datum, uel à natura uel ab hominibus. Martial. Nec poteris similes dotes numerare, nec usus. Dotalis est ad dotem pertinens, ut sunt dotalis fundi, dotalia prædia, in quibus constituitur dos uxoris: uel qui fundi pro dote uiro traduntur. Cic. Hæ sunt mercedes dotalium prædiorum. Dotare est dote afficere, uel dotem dare. Plaut. Dôtate mactât & damno & malo uiros. Dotata ulmus. Plinius lib. 12 cap. 17. Indotatus est nulla dote affectus. Cic. Cuius autem cum indotatam esse, atq; incomitam & incomptam uideres, uerborum eam dote loqupletasti & ornasti.

Matrimonium est maris, & femina coniugæ.

ingatio. Ci. Ius matrimonij iustum, & legitimũ damnatione uiri sublatum putabat. In matrimonio collocare. Cic. Curio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquàm stolam iniecisset, in matrimonio stabili, & certo collocauit. In matrimonium dare. Cæs. Vt ide in conaretur, persuadet, eiq; filiam suam in matrimonium dat. In matrimonium ducere. Cic. Sassiã in matrimonium ducere Habiti matrẽ illam, cuius uirum Aul. Auriũ occiderat, concupiuit. In matrimonio habere. Ci. Habebat in matrimonio Callidamans Agahini filiam. Matrimonium tenere, pro in matrimonio habere. Cic. Non deniq; modò te Quinti Metelli matrimonium tenuisse sciebas.

Ducere uxorem & ducere aliquam, pro uxorem ducere dicimus. Cicero. Duxit honestissimi & spectatissimi uiri Caij Albani filiam, ex qua hic est puer, & nupta iam filia.

Nubere est in matrimonium collocari, cum aliquo cõiungi. Et nubere non solum mulieres, sed etiã uiros dicebant antiqui. Martial. Vxori nubere nolo meã. Teren. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gualato. Datium ferè semper habet: uel accusatiuum cum prepositione in: ut nubere in amplissimam familiã. Translate dicimus. Vites populis nubere pro populis coniungi, uel in populos conscendere & ad

reperere. Plinius. Vites in Campano agro populis nubunt. Nupta da ur, quæ nupsit, dicimus; aliquam alicui nuptâ, uel cum aliquo. Cic. Illa est nupta cum optimo uiro. Pro nuptam esse aliquam cum aliquo dicunt Latini, cum aliquo esse, uel cum aliquo coniungi. Cic. Ut cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem ageret. Nubilis dicitur apta, ut uiro in matrimoniũ iungatur. Cic. Filie nubili dotem conficere nõ potest. Nuptus, us, ui, est ipse nubendi actus Cæsar. Sorores suas nuptui in alias ciuitates collocarat. Nuptiæ significant coniunctionem maris & femine. Cic. Mulier uetula sanè, & multarum nuptiarum. Nuptialis res ad nuptias pertinens: ut nuptialis cœna. Cic. Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commouebant?.

Connubium pro iure legitimi matrimonij interpretantur Grammatici. Cic. Sequuntur connubia & affinitates.

Maritus est qui duxit uxorẽ, uir uxoris. Cic. Charior huic sororis maritus, quã filius fuit. Translate dicimus maritas arbores, ad quas uites, aut alia id genus applicantur, quasq; suis clauiculis amplectuntur. Dicimus etiam maritũ oliuetũ, maritam domum, pecuniã. Col. Si quæ in agris aut uepribus singulares arbores maritæ à putatoribus relictæ sunt.

Maritare est in matrimoniū locare propriè. Suet.
 Maritandum principem suadebat. Translatè. Col.
 Sexto anno iam uidebitur firma, et maritabitur hoc
 modo. Maritalis est ad maritū pertinens. Col. lib. 12.

Vir est maritus Cic. Illo tempore iste, tametsi
 ea est hominis impudentia, quam nostis, ipse tamen
 cum uir esset Syracusis, uxorem eius parum poterat
 animo soluto ac libero secum habere.

Vxor est, quam in matrimonio quis habet,
 quæ matrimoniū alicuius tenet, particeps scilicet cō
 nubij. Et uxoris duæ formæ traduntur. Vna matrū
 familiās: hæ sunt, quæ in manum conuenerunt. Al
 tera earum, quæ tantūmodo uxores habentur. Cice.
 Ex animi sui sententia uxore habuit. Vxorius, res
 quæ est uxoris, uel ad uxorem pertinens. Appella
 tur etiam aliquis uxorius, qui nimium uxori inseruit.
 Plautus. Sub imperio uiuere uult senex uxorio.

Coniunx, uel coniux. Cice. Non sat habuit
 coniugem illexisse in stuprum. Coniugium est ma
 trimonium. Cice. Prima societas in ipso est cōiugio.
 Idem de Finibus 4. Primi ex omnibus Philosophis
 attributū esse docuerunt, ut hi, qui procreati essent
 à procuratoribus amarentur: & id, quod temporū
 ordine antiquius, ut coniugia uirorū, & uxorū à
 natura coniuncta esse dicerent. &c.

Diuor

minata grauiditates & partus affert, maturitatesq;
gigendi Grauidare est grauidum facere, uel imple-
re. Cic. Terra grauidata seminibus omnia parit ex
sefe & fundit.

Prægnans est plena, uel grauida, que iam
scilicet occupata est in generando, quod conceperit.
Cice. Vxorem prænantem in prouinciareliquit.
Translatè arborem prænantem dicimus, tunc scilicet,
cum humorè, & succum sibi familiarem exuxit,
necdum in folia, aut flores propagauit. Prægnatio
est prænantis denominatiuum: tempus scilicet,
quo foemina prægnans est. Var. Hi. primi prægnationis,
& extremi fines sunt.

Nasci est in uitam uenire, introire, uel ingredi,
gigni, ortum habere, in lucè edi, uel suscipi. Propriè.
Cic. Tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere.
Translatè proficisci, patefieri, uel procedere ponitur.
Cice. Ex quo hæc omnia nata & profecta sunt.
Parère uerbum uide primo Tomo.

Natus, uel gnatus est filius. Cic. Ea charitas esse
debet inter natos & parètes. Natiuus idem est,
quod germanus, uel naturalis, qui nulla arte, sed natura
producitur. Ponitur etiam natiuum, in quo aliquid
nascitur. Dicuntur & natiui dei, qui nascuntur
& occidunt. Cice. Simplicia uerba partim natiua
sunt

sunt, partim reperta. Natiuitas est ipse cirtus. Vlpia. Municipē aut natiuitas, aut adoptio facit. Natalitius dies est in quo aliquis natus est. Et natalitia prædicta, id est, diuinationes astrologorū. Natalitia quoq; dare dicuntur Latini, quod uulgus soluere festum dicit. Cic. Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis. Vbi interpretes; Natalitia sunt cōuiuia luxuriosa ad celebrandum natalē diem peculiariter structa. Natalis. Cice. Natali die tuo scripsisti epistolam. Natu non nisi in ablatiuo reperitur, & cum adiectiuo maior, uel minor iunctū, uel cum grandis. Cice. Grandes natu matres gembant

Oriri idē est, quod nasci, propriè. Ci. Deorū fatu orti estis. Translatè. Cic. Cum quædam in colibus controuersia pastorū orta esset. Oriens pro renascente uulgariter accipitur. Ci. Vis oriens, & cōgregata. Aliās substantiuè accipitur, pro ea parte mundi, in qua sol criri solet. Cic. Qui terras ab oriente ad occidentem colunt. Oriundū significat locū unde Maiores nostri sunt, nosq; originem traximus. Ci. Ab ingenuis oriundi sunt ritus, Otrus, ui. Cic. Signorum ortus & cbitus seruiāt Ortum habere. Ci. Quæ ortū habere, gigniç; diximus. Origo est principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fons, autor. Cic. Verborum delectus origo est eloquentiæ. In

lucem

Lucem suscipi pro nasci dicimus . Cicero . Eodem tempore suscipimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur.

Proles est progenies, uel soboles. Cicero. Nec enim fugerim dicere prolem, aut sobolem.

Progenies est genus, uel familia. Cic. Priamus tanta progenie ad extremum orbatus est.

Soboles est successio, uel propago, aut propagatio, proles, uel progenies . Cic. Quæ propagatio & soboles, origo est rerum publicarum.

Prosapia est generis longitudo, siue progenies antiqua. Plaut. Rogitares, quis esset, aut unde esset, qua prosapia? Stirps, uide alium locum.

Genus pro familia uel pro stripe, nomine, uel gente. Et propriè principiū est uniuscuiusq; generationis, uel ab eo, qui genuit, uel à loco, in quo genitus est Cic. Contempsisti. L. Murenæ genus, extulisti tuum. Geuus etiam est idem, quod ratio, res uniuersa, species, uel modus. Cice . Te quotidie in omni genere desidero. Idem Tuum consilium expecto de toto genere belli. Idem. Ex quo genere hæc sunt? Generalis est cõmunis, uniuersus, cõfusus, ad multos pertinens, latè patens, manans. Ci. Cũ genere negotij est controuersia, constitutio generalis uocatur.

Genera

Generaliter significat communiter, una comprehensioe omnia complectendo. Ci. Tempus quidem generaliter definire difficile est. Generatim est per singula genera, uel per singulas species, aliquando generatim & generaliter sunt idem. Cice. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. Generare est gignere, uel genus suum propagare. Cice. Homines hominum causa sunt generati. Generator est qui generat. Cice. Nosse generatores suos optime poterant. Generatio. Pli. Auium generatio simplex uidetur esse. Generabilis res quae facile generatur. Pli. Hic est generabilis rerum naturae spiritus.

Genitus idem est, quod natus. Pli. Cui genitantes in palato erant. Genitor. Cice. Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum est. Genitrix. Cice. Noua super tremulo genitrix clangore uolabat. Genitalis aliquando est idem, quod natalis, ut genitale solum, uel patria, in qua scilicet nati sumus. Item genitalia semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Appellamus quoque genitales truncos pro fertilibus. Item dicimus, annum genitalem. Verg. Vere tument terrae, & genitalia semina poscunt. Genitale substantiue est membrum uirile hominis, uel animalium rationis expertium. Pli. Cunicularis auersa sunt genitalia. Genitura est generatio, uel origo.

origo. Pli. 9 cap. 35. Est etiam horoscopus. Firmicus. Secundum hanc genituram, & secundum has conditiones stellarum &c.

Genius ueterū sententia dicitur uniuscuiusq; anima rationalis : ideoq; esse singulis singulos genios dicebant. Terent. Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, per tuam fidem, perq; huius solitudinē te obtestor. Genio indulgere est animo obsequi. Pers. Indulge genio, carpamus dulcia. Genium defraudare, est naturæ negare, quod appetit. Terent. Quod ille unciatium uix demenso suo, suum defraudans genium, compar sit miser, id illa uniuersum abripiet. Cum genijs suis belligerare, idē est quod geniū defraudare. Plaut. Non isthæc mea benignitas docuit te fabulari. A. Sed istos, qui cum genijs suis belligerāt, parce promi. Genialis res adgeniū pertinens. Capitur pro læto, uel uoluptario. Genialis lectus, uel thorus, qui in nuptijs sternitur in honorem genij. Cic. Lectū illum geniale m, quem biennio antè filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni iubet.

Degener à genere dicitur, & significat eū qui patris, uel Maiorum suorum moribus non respondet. Ver. Degeneres animos timor arguit.

Creare est gignere, uel producere. Cic. Na-

tura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos. Translate. Cic. In urbe luxuries creatur. Creator est genitor, uel effector. Cice. Nobis hæc portenta deum dedit ipse creator. Creatio.

Procreare est parere, gignere, uitam tradere, liberos ex aliqua suscipere. Cic. Non magis mea causa puto esse natum, quam reipublicæ procreatum. Translate. Cic. Magna est procreandi uoluptas. Procreator uel procreatrix, est qui, uel quæ generat. Cic. Ut ij, qui procreati essent, à procuratoribus amarentur. Idem. Non te fingit, laudandarum artium omnium procreatricem quandam & quasi parentem philosophiam esse. Procreatio est generatio. Cic. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis.

Producere est gignere, uel procreare. Plaut. Quasi in orbitatem liberos produxeram.

Degenerare est à generis nobilitate desciscere. Ci. Consuetudo & disciplina degenerare non sinit. Translate. Cic. Panætius degenerauit à Stoicis.

Familia est genus, agnatio, cognatio, gens, nomen, stirps, locus, secta. Cic. Sunt amplæ & honestæ familiæ plebeie. Familiaris pro coniuncto, intimo, & summa amicitia, cõsuetudineq; implicato ponitur. Dicimus etiam familiarem seruum, qui ex fa-

milia

familia est. Itē dicimus negotia familiaria, quæ ad familiã spectant, & pro re domestica. Præter hæc dicimus arborem aliquam, uel aliquid aliud in patria aliqua familiare, id est, quod frequēs sit, uel qd' passim crescat, in patria aliqua. Pli. lib. 13. cap. 5. Vtrã que iam familiarem Italiæ uidemus.

Affinis est propinquus uel cognatus. Vel affines sunt uiri, & uxores cognati: dicti ab eo, quod duas cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finē accedit. Cic. Tu affinē tuam filiam meam à genibus repulisti. Affinitas est hominū affinium inter ipsos coniunctio, uel necessitudo. Cic. Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Affinitates iungere. Liui. neq; hospicia modo cū primoribus eorū, sed affinitates quoq; iungebat. Affinitate secū aliquo deuincere. Cic. Pub. Crassus cum summo illo Oratore, cuius filio filiã suam collocauerat, affinitate se deuinxit. Affinitate se attingere etc.

Propinquus pro uicino, proximè accedente, citimo, proximo, finitimo ponitur, ut locus propinquus. Cicero. Erat spes propinquitatis. Ad personas relatum, ponitur pro necessario affini cognatione, uel propinquitate, coniuncto. Cicero. Tibi propinquior me nemo est.

Idem Consolemur eorum propinquos. Propinquitas est necessitudo, coniunctio sanguinis, uel affinitatis. Ad personam. Cic. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. Extra personam. Cicero. Maxima est illic celebritas: propinquitas præterea urbium. Proximus uide primum Tomum.

Finitimus est uicinus, propinquus, appositus confinis, uel proximus. Cice. Cum cæteri deficerent finitimi, ac uicini.

Citimus idem est, quod proximus, uel finitimus. Cic. Luna ultima est coelo, citima terris.

Longinquus opponitur finitimo & proximo. Vide primum Tomum.

Agnasci. Cic. Nunquid eo testamento, quod pater familias antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit nemo, qui constat agnoscendo rum pi testamentum: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt: Agnatus est, qui nascitur alicui post, quàm testamentum fecerit. Vel agnati dicuntur, qui per uirilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre congeniti. Cicero. Quos fratres inter se, & agnatos appellari uidemus. Item dicimus Agnatum, quicquid ultra naturæ modum natum est. Vnde & agnascencia, agnata membra appellantur, quæ abur dant.

clant. Pli. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Ad agnatos & gentiles aliquem deducere, cum furere aliquem, aut mente captum esse significare antiqui uolebāt. Var. Ad agnatos & gentiles est deducendus. Id est furi usus est. Agnatio est agnatorum consanguinitas. Gētilitas uerò & agnationem cōplectitur. Cic, Ex quo iure uel agnatio nobis cum coelestibus, uel genus, uel stirps appellari potest.

Cognatus, Cognati appellantur quasi unā, cōmuniter uē nati, uel ab eodē orti progenitore, propriè. Cic. Propinqui, cognatiq; optimi conueniebāt. Idem. Nihil est tam cognatū mētibus nostris quān numeri atq; uoces. Cognatio modò nature est, & sanguinis, modò uerò rerum aliarum. Ci. Quid illa Segestanorum cognatio? Idem. Ea studia magnam inter se cognationem habent.

Germanus, est quasi ex eadem stirpe genitus. Cic. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Translatè. Cice. Hæc germania ironia est. Germanitas. Cic. In domesticis est germanitatis stupris uolutatus. Germanè est fraternè. Cice. De quo petis, ut ad nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germanè, fraterneq; rescribam.

Hæres ab hærendo dicitur, quòd, qui hæres

est, hæret, hoc est, proximus est ei, cuius est hæres.
 Cic. Qui patris pupilli hæredes secūdi est. Hæredō
 instituerē. Cice. Eum hæredem instituerat. Hæredō
 scribere. Cic. Testamentum palām fecit, & illum,
 & me hæredem scripsit. Hæredem facere dicitur
 is, qui moritur, cum testamento factō res eius in alie
 nam potestatem redeunt. Cic. Hæredes fecit similes
 sui. Hæredem factitare. Cice. Quem palām hæredō
 semper factitarat. Hæredem relinquere, Cic. Hæ
 redem testamento reliquit hunc Pub. Quintum. Hæ
 redem alicui succedere. Cic. Illi in Cnei. Pompeij lo
 cum successit hæres. Hæredem aliquem alicui esse.
 Cic. Cui tu hæres es. Hæreditas est pecunia, uel bo
 na alia, quæ morte alicuius ad quempiam perueni
 unt iure. Ci. Quas adoptiones, hæreditates nominis
 pecuniæ sacrorum secuta sunt. Idem. Ad quem hære
 ditas huius gloriæ pertinet. In partem hæreditatis
 uenire. Cic. In partem hæreditatis mulieres uocata
 sunt. Hæreditatem tradere, reddere. Cic. Hæredita
 tem illo non inuitus reddidit. Hæreditatem alicui,
 uel ad aliquem uenire ab aliquo. Cic. Mihi hæredi
 tas à propinquo uenit. Hæreditatem cupere, adire,
 obire, cernere pro adire. Cicero. Statutum est à no
 bis quem hæreditatem iam creuimus. Hæredita
 tem tenere, obtinere. Cicero. Rogo te, ut efficias, ut
 mea

mea cōmendatione, tuo studio, *Cesaris* beneficio, hereditatem propinqui sua *Capito* obtinet. Hereditatem auertere est hereditatem detorquere, auferre, uel eripere. *Cice.* Obtestor, te, ne patiare. *Erotem Turium, Q. Turij* libertum, ut adhuc fecit, hereditatem *Turianam* auertere. Hereditatem excludere. *Cic.* Mulierem, ne partu eius hereditate paterna excluderetur, necauit. *Heredium*, uel *heredium* est paruum prædium. *Var.* Quantum attinet ad antiquos nostros ante bellum punicum pendebant bina iugera, quod à *Romulo* primum diuisa dicebantur: quæ quod heredem sequerentur appella uerunt. *Hereditarius* est ad hereditatem pertinens. *Cic.* Multæ domus sunt iure hereditario.

Cohæres dicitur, qui simul hæres institutus est. *Ci. Liuius.* Est cohæres meus.

Exhæres dicitur, qui priuatus est hereditate, quæ ad eum pertinebat. *Plautus.* Vtinam nunc meus mortuus pater nuncietur, ut ego exhæredē meis me bonis faciam, atq; hæc sit hæres. *Exhereditare* est hereditate priuare, uel hereditatem auferre. *Cicero.* Pater istum exhæreditare in animo habebat. *Cicero. de Oratore. 1.* Cum miles domum reuenisset, egissetq; lege in hereditatem paternam, testamento exhæres filius &c.

Patrimonium pro bonis paternis ponitur hoc est, hereditate à patre relicta. Cice. Patrimonium neglexit, agros deseruit multos. Translatè. Cic. Ad ductus huius pudore, & non amplissimis patrimonio copijs id nõ solum fecit, sed etiam prolixè, cum lateq; fecit. Patrimonium relinquere. Non spernentis est, aut negligentis hæc locutio sed hereditatem relinquentis, id est hereditate augentis. Cic. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Patrimonium constituere, obtinere, retinere, comedere, uel deuorare. Cic. Modo nunquam patrimonio non comeso, sed deuorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens, & tam beatus? Patrimonium effundere, conficere. Cic. Patrimonium suum lautum quod hic nobiscum conficere potuit Græcorum conuiujs maluit dissipare. Patrimonium eripere, spoliare. Cic. Patrimonio se amplissimo spoliare maluit &c. E patrimonio expellere. Cice. Quem tu è patrimonio tanquàm naufragio nudum expulisti.

Mittere pro allegare, uel dare perferendum ponitur. Cic. Si quem tuorum fidelium uoles, ad me mittas. Missio. Cic. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui.

Remittere idem est, quod mittere id, quod
antea

antea missum erat. Cicero. Cum Philotimum Romanum remitterem, scribendum ad te. aliquid fuit.

Mandare est mittere. Cicero. Typos tibi mando quos in tectorio arioli possis includere.

Amandare pro mandare, uel pro dimittere, remouere, ablegare, relegare ponitur. Cicero. Infra omnes mortuos amandandus esset. Amandatio. Cicero. Quid si constat, hunc non modò colendis prædijs præfuisse, sed certis fundis parte uiuo frui solitum esse? tamen ne hæc attenta uita, & rusticana, relegatio, atq; amandatio appellabitur?

Legare est remittere, uel in legationem mittere, ut legatum, uel oratorem. Et dicimus legare alicui, uel in, uel ad. Est etiam legatum sibi facere. Item pro committere, ut legare negotium alicui. Item pro assignare, ut legare aliquid fortunæ. Cicero. Negotiorum suorum causa legatus est in Africam, legatione libera. Idem. Ligarium senatus legauerat. Ponitur etiam pro testamento aliquid alicui reinquere Cicero. Vsum fructum omnium bonorum Cesenniae legit. Legatus dicitur, orator, uel autor qui defert mandata alterius. Vel dicuntur legati nuncij pacis, & belli, curatores, interpretes bellici consilij, ministri muneris Prouincialis. Etiam pro uicario ponitur. Cicero. Omnes cum Imperio sunt, aut legatisunt

eorū. Legatū discernere est legatū eligere, uel con-
 stituerē. Cic. Crassus tres legatos decernit. Legatū le-
 gare. Cic. Eum sibi legatū legauit. Legatū mittere.
 Cic. Ad Pompeiū legatos, deprecatoresq; miserūt.
 Legatum uenire. Cic. Modò legatus ad senatum de
 Rhodiorū premijs uenerat. Legatio est actus ipse
 legandi, sed tamē passiue sepius significationis esse
 uidetur, quàm actiue. Cic. Oratio est Demosthenis
 contra Aeschinē falsę legationis. Legatio libera.
 Cum in his angustijs uersarer, placitum est mihi, ut
 postularem legationem liberam mihi, reliquisq; no-
 stris, ut aliqua proficiscendi causa honesta quære-
 tur. Legatio uotiua dicebatur, quæ uoti suscipieba-
 tur prætextu. Cic. Votiua legatione tibi quidem
 placebat. Legationem dare, mittere ad aliquem ha-
 bere, accipere, quod est suscipere onus legatiōis ob-
 eundę. Cic. Hanc ipsam legationem, quam habet,
 non accepit à suis ciuibus, sed usq; Timolo petiuit.
 In legatione esse idem est, quod legatū creatū esse,
 necdum tamen legationem absoluerē. Quintil. Ab-
 erat & militabat, & in legatione erat. Legationem
 gerere, est fungi legatione, uel legatum esse. Quint.
 Malè gestę legationis apud Græcos accusabatur.
 Legationem obire. Cicer. Mirum est, quanta di-
 gnitate legationem obierit. Legationem renuncia-
 re esse

re est quod uulgò dicimus, legatos referre id, quod in legatione gesserint. Id quod aliquando pro renunciare sine alio casu efferunt Latini, ut sit renuntiare idem, quod legationem renuntiare. Philip. 9.

Delegare est mittere, demandare uel committere. Cic. Quintum delegabo, si quid ari meo alieno superabit. Delegatio. Cic. Perdere malo de legatione in mancipis.

Ablegare est amandare, remouere uel dimittere, eum propriè, qui nobis est tædio, aut impedimento. Tam dictum uerbū de pecoribus, quàm de hominibus. Cic. Post illos adhibuit, quos ablegerat. Ablegatio est actus ablegandi. Liuius. Ablegationem aliquam istam oratio postulat.

Relegare est exilio multare, eicere, uel expellere, separare, uel semouere. Iamq; cū ablatiuo, uel accusatiuo, & præpositione, in, uel ad, Cicer. Relegatus mihi uideor, posteaquàm in Formiano sum. Relegatio est exterminatio, cum quis exire fines patriæ iubetur. Cicero. Hæc né uita relegatio, atq; amandatio appellabitur?

Offendere pro inuenire, uel incurrere in aliquid. Cic. Non offendes eundem bonorū sensum, quem reliquisti.

Deprehendere est animaduertere, uel comperire

perire: per disputationem seu inquisitionem & inuestigationem inuenire: uel (quod Barbari dicunt) capere in ipso facto, ita, ut nec fugere, nec inficari possit: ut depræhendi in furto. Vel est apprehendere, uel comprehendere. Ponunt etiam Latini depræhensum pro eo, qui in summa difficultate stupet animo, & in opta consilij oppressus est. Cic. Depræhensus est in manifesto scelere. Idem. Depræhenduntur, odore, colore, pondere, gustu. Depræhensio Cic. Omnis accusatio uariè, grauitèq; tractata ad exterminum manifesta ueneni depræhensione conclusa est.

Comperire est depræhendere, reperire uel inuenire. Cic. Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Terent. Certò id comperi. Cæpertus, à, um. Cicero. Nihil habebant cogniti, nihil comperti.

Reperire est inuenire, uel peruestigare. Et non magis fortunæ aut casus est, quàm extra fortunam & casum. Cic. Nostræ sollicitudinis hîc finem reperiemus. Plaut. Hoc non secus reperies. Reperitor est qui reperit. Pli. Est Crocodilo cognatio quædam, affuitasq; animi eiusdem, geminiq; uictus cum hyppopotamo, reperire trahendi sanguinis. Reperitius, est quod non ita longo tempore repertum est.

Sall. Repertitius, accitus, & paulò ante insitus huic
Urbi ciuis. Repertorium. Vlp. Tutor qui repetori-
um non fecit, quod uulgo inuentarium appellatur,
dolo fecisse uidetur.

Inuenire est reperire, deprehendere, perue-
stigare, uel nancisci, comminisci, uel excogitare. Itè
est acquirere, et cognoscere. Cic. Scis meam fortu-
nam nescio quo modo facile obrectatores inuenire.
Idem. Inueni remedium eius rei. Iuuetor. Cic. Haru-
rerum inuentor, ac princeps Plato fuit. Inuetrix. Ci-
lle omnium doctrinarum iuuentrices Athenæ mul-
tum ueuerandæ sunt. Inuentum, ti, uel inuentus, us,
ui, significat conuentum, uel inueniendi artem, aut
inueniendi affectum. Cic. Alterius bene inuentis ob-
temperabat. Inuentio est inueniendi actus. Ponitur
etiam pro parte Rhetoricæ. Cic. Inuentio est excog-
tatio rerum uerarum, aut uerisimiliu, quæ causam
probabilem reddant.

DOMVS accipitur pro ædibus, domicilio.
uel tectis, sub quibus habitamus. Item pro
nido, templo, aut re alia qualibet tegente ponitur.
Cice. Ornanda est dignitas domo: non ex domo di-
gnitas querenda. Verg. Antiquasq; domos auium-
cum stripibus imis. Eruit. Pro familia. Cic. Domus
is tota nostra salutat. Domi idem est, quod in domo.

Cicero.

Terent. Ego domi ero, si quid me uoles. Domi & militiae frequenter opponuntur. Et tunc est domi idem, quod cum suis, uel apud suos, uel in patria, uel in pace: ut belli, uel militiae, pro in bello, uel militia. Cic. Nemini odio nec domi, nec militiae fuit. Idē. Ut uiuant cū suis, & moriantur domi. Terent. Vnā semper militiae, & domi fuimus.

Domesticus est ad domum pertinens, & pro familiari, intestino, uernaculo, priuato, intimo ponitur. Cic. Stultitiae suae quam plurimos testes domestico praeconio colligebat. Domesticatim significat per singulas domos, siue per domesticos. Suet. Quorū ut quam maxima expectatio esset, eaq; ad epulum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Aedes, pro domo ponitur. Cic. Absolutum offendi in aedibus tuis tectum.

Aedificare proprie est aedem facere, conuenit tamen omni genere constructionis. Est igitur constituere, ponere, collocare, facere, efficere, consistituere, parietem ducere. Cic. Tribus locis aedifico: reliqua reconcinno. Cic. Hortos pulchrē aedificauit. Aedificator dicitur qui aedificat, uel qui aedificauit. Cic. Nihil mundo quicquam pulchrius, neq; eius aedificare praestantius. Translatē pro opifice
uel

uel autore. Cic. Sic res ordinavit ædificator, & opifex mundi deus. Aedificatio est ipse actus ædificandi, uel opus ædificatum. Cic. Immensa ea, & intolerabilis uidebatur ædificatio. Aedificatiuncula. Cic. Quæsiui ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula mandauisses. Aedificium dicitur omne, quod ædificatum est. Cic. Extruebar ædificium in alieno.

Exædificare est absoluere ædificationem. Reperitur etiam pro suo simplici. Cic. Te rogo, ne grauere exædificare id opus, quod instituisti. Exædificatio. Cic. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exædificatio posita est in rebus & uerbis.

Architectus est redemptor, structor, uel qui ædificationem dirigit. Cic. Gloriatum se architectum non habuisse. Translatè, est machinator, princeps, uel autor. Aliquando in malam partem accipitur, pro eo qui aliquid fraudulentum & captiosum molitur. Cic. Ipsum principem, atq; architectum sceleris absolueret? Architectura est ars ædificandi. Ponitur etiã pro ipso ædificio & opere. Plin. Qua architectura cõcumeraretur specus ipse. Architectari est cõstruere, uel fabricare propriè Vit. In his locis naturalis potestas ita architectura est, collocauitq; cardines, tanquã contra. Translatè. Cic.

Cogitatio

Cogitatio quamuis regionem potest complecti, & in ea situm loca cuiusdā ad suum arbitriū fabricari, & architectari.

Fabricare uel fabricari est architectari. Ci. Fabricatus est gladiū. Translatè Ci. Incredibiliter hoc natura fabricata est. Fabricator est ædificator, architectus, artifex, uel machinator. Cic. Videndum est, utrū ille fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. Fabricatio est actio, uel opus fabricatoris. Cic. Non mediocriter mirabimur, si erit tota hominis fabricatio perspecta. Fabrica est ipsa fabricatio, uel ars fabrilis. Ponitur etiam pro officina fabri. Ci. Illa explicetur incredibilis fabrica naturæ. Fabrefacere artificiosè aliquid componere, uel ædificare. Plaut. Hoc è ferro fabrefactum est. Faber est omnis artifex, qui labore corporis aliquid artificium facit: siue que è quauis materia facit aliquid excepto gipso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicuntur. Cic. Quantum pauca opere, & mercedes fabricorum tulerunt. Fabrilis quod est fabri, uel quod ad fabrum pertinet. Cice. Erratum fabrile putauit. Fabrè, uel affabrè est artificiosè, uel scitè. Plaut. Hoc lepidum est, hoc factum est fabrè.

Cœlare est insculpere. Et dicimus cœlare aliquid re aliqua, uel in re aliqua. Cic. Albanos quam
plures

plures ornauit argento, auroq; cœlato. Cœlator est qui cœlat. Cic. Artifices omnes, cœlatores, & uascularios conuicit. Cœlatura est quæ auro, argento, ære ferro, opera efficit. Pli. Super pistriinarum operibus, & cœlaturis uixit.

Sculpere est cœdendo imaginem aliquam effingere. Quod dixerunt etiam antiqui scalpere. Cic. Non est è saxo sculptus, aut ebore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Sculpator est, qui sculpsit. Pli. Sculptores, & pictores euentur. Sculptura est sculpendi actio. Pli. Omnia hæc genera contumaciter sculpturæ resistunt, partemq; ceræ in signo tenent.

Insculpere est incidere in argento, ære, aut alia quauis materia signare. Translatè dicimus aliquid insculptum esse animo alicuius. Vide primum Tomum & c.

Demoliri est deturbare, deijcere, uel euerte re, uel diruere. Cic. Partem muri demolitus est. Demolitio est euersio. Cicer. Aditus templorum erant non solum præsidij, & manu, uerum etiam demolitione sublati.

Complanare pro demoliri. Ci. Spuriij Melij regnum appetentis domus est complanata.

Statua est signum, imago, forma, species, uel
B b
simu-

Idem Consolemur eorum propinquos. Propinquitas est necessitudo, coniunctio sanguinis, uel affinitatis. Ad personam. Cic. Si pietate propinquitatis colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. Extra personam. Cicero. Maxima est illic celebritas: propinquitatis præterea urbium. Proximus uide primum Tomum.

Finitimus est uicinus, propinquus, appositus confinis, uel proximus. Cice. Cum ceteri deficerent finitimi, ac uicini.

Citimus idem est, quod proximus, uel finitimus. Cic. Luna ultima est caelo, citima terris.

Longinquus opponitur finitimo & proximo. Vide primum Tomum.

Agnasci. Cic. Nunquis eo testamento, quod pater familias antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo, qui constat agnoscendo ruptum testamentum: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt: Agnatus est, qui nascitur alicui post, quàm testamentum fecerit. Vel agnati dicuntur, qui per uirilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre congeniti. Cicero. Quos fratres inter se, & agnatos appellari uidemus. Item dicimus Agnatum, quicquid ultra naturæ modum natum est. Vnde & agnascencia, agnata membra appellantur, quæ abundant.

adant. Pli. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Ad agnatos & gentiles aliquem deducere, cum furere aliquem, aut mente captum esse significare antiqui uolebāt. Var. Ad agnatos & gentiles est deducendus. Id est furi usus est. Agnatio est agnatorum consanguinitas. Gētilitas uerò & agnationem cōplectitur. Cic, Ex quo iure uel agnatio nobis cum cœlestibus, uel genus, uel stirps appellari potest.

Cognatus. Cognati appellantur quasi unā, cōmuniter uē nati, uel ab eodē orti progenitore, propriè. Cic. Propinqui, cognatiq; optimi conueniebāt. Idem. Nihil est tam cognatū mētibus nostris quàm numeri atq; uoces. Cognatio modò naturæ est, & sanguinis, modò uerò rerum aliarum. Ci. Quid illa Segestanorum cognatio? Idem. Ea studia magnam inter se cognationem habent.

Germanus, est quasi ex eadem stirpe genitus. Cic. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Translatè. Cice. Hæc germania ironia est. Germanitas. Cic. In domesticis est germanitatis stupris uolutatus. Germanè est fraternè. Cice. De quo petis, ut ad nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germanè, fraterneq; rescribam.

Hæres ab hærendo dicitur, quòd, qui hæres

est, hæret, hoc est, proximus est ei, cuius est hæres. Cic. Qui patris pupilli hæredes secūdi est. Hæredō instituere. Cice. Eum hæredem instituerat. Hæredō scribere. Cic. Testamentum palàm fecit, & illum, & me hæredem scripsit. Hæredem facere dicitur is, qui moritur, cum testamento factō res eius in alienam potestatem redeunt. Cic. Hæredes fecit similes sui. Hæredem factitare. Cice. Quem palàm hæredō semper factitaret. Hæredem relinquere, Cic. Hæredem testamento reliquit hunc Pub. Quintum. Hæredem alicui succedere. Cic. Illi in Cnei. Pompeij locum successit hæres. Hæredem aliquem alicui esse. Cic. Cui tu hæres es. Hæreditas est pecunia, uel bona alia, quæ morte alicuius ad quempiam perueniunt iure. Ci. Quas adoptiones, hæreditates nominis pecuniæ sacrorum secutæ sunt. Idem. Ad quem hæreditas huius gloriæ pertinet. In partem hæreditatis uenire. Cic. In partem hæreditatis mulieres uocatæ sunt. Hæreditatem tradere, reddere. Cic. Hæreditatem illo non inuitus reddidit. Hæreditatem alicui, uel ad aliquem uenire ab aliquo. Cic. Mihi hæreditas à propinquo uenit. Hæreditatem cupere, adire, obire, cernere pro adire. Cicero. Statutum est à nobis quem hæreditatem iam creuimus. Hæreditatem tenere, obtinere. Cicero, Rogo te, ut efficias, ut
 meq

mea cōmendatione, tuo studio, *Cæsaris* beneficio, hereditatem propinqui sua *Capito* obtinet. Hereditatem auertere est hereditatem detorquere, auferre, uel eripere. *Cice.* Obtestor, te, ne patiare *Erotem Turium*, *Q. Turij* libertum, ut adhuc fecit, hereditatem *Turianam* auertere. Hereditatem excludere. *Cic.* Mulierem, ne partu eius hereditate paterna excluderetur, necauit. *Heredium*, uel *heredium* est paruum prædium. *Var.* Quantum attinet ad antiquos nostros ante bellum punicum pendebant bina iugera, quod à *Romulo* primum diuisa dicebantur: quæ quod heredem sequerentur appellauerunt. *Hereditarius* est ad hereditatem pertinens. *Cic.* Multæ domus sunt iure hereditario.

Cohæres dicitur, qui simul hæres institutus est. *Ci. Liuius.* Est *cohæres meus.*

Exhæres dicitur, qui priuatus est hereditate, quæ ad eum pertinebat. *Plautus.* Vtinam nunc meus mortuus pater nuncietur, ut ego *exheredem* meis me bonis faciam, atq; hæc sit hæres. *Exhereditare* est hereditate priuare, uel hereditatem auferre. *Cicero.* Pater istum *exhereditare* in animo habebat. *Cicero. de Oratore. 1.* Cum miles domum reuenisset, egissetq; lege in hereditatem paternam, testamento *exhæres filius* &c.

Patrimonium pro bonis paternis ponitur hoc est, hereditate à patre relicta. Cic. Patrimonium neglexit, agros deseruit multos. Translatè. Cic. Ad ductus huius pudore, & non amplissimis patrimonio copijs id nõ solum fecit, sed etiam prolixè, cumulatèq; fecit. Patrimonium relinquere. Non spernentis est, aut negligentis hæc locutio sed hereditatem relinquentis, id est hereditate augentis. Cic. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Patrimonium constituere, obtinere, retinere, comedere, uel deuorare. Cic. Modo nunquam patrimonio non comeso, sed de uorato, quibus rationibus repentè factus es tam affluens, & tam beatus? Patrimonium effundere, conficere. Cic. Patrimonium suum lautum quod hic nobiscum conficere potuit Græcorum conuiujs maluit dissipare. Patrimonium eripere, spoliare. Cic. Patrimonio se amplissimo spoliare maluit &c. E patrimonio expellere. Cic. Quem tu è patrimonio tanquàm naufragio nudum expulisti.

Mittere pro allegare, uel dare perferendum ponitur. Cic. Si quem tuorum fidelium uoles, ad me mittas. Missio. Cic. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui.

Remittere idem est, quod mittere id, quod
antea

antea missum erat. Cic. Cum Philotimum Romam remitterem, scribendum ad te. aliquid fuit.

Mandare est mittere. Ci. Typos tibi mando quos in tectorio arioli possis includere.

Amandare pro mandare, uel pro dimittere, remouere, ablegare, relegare ponitur. Cic. Infra omnes mortuos amandandus esset. Amandatio. Cic. Quid si constat, hunc non modò colendis prædijs præfuisse, sed certis fundis parte uiuo frui solitum esse? tamen ne hæc attenta uita, & rusticana, relegatio, atq; amandatio appellabitur?

Legare est remittere, uel in legationem mittere, ut legatum, uel oratorem. Et dicimus legare alicui, uel in, uel ad. Est etiam legatum sibi facere. Item pro committere, ut legare negotium alicui. Itè pro assignare, ut legare aliquid fortunæ. i. C. Negotiorum suorū causa legatus est in Africam, legatione libera. Idem. Ligarium senatus legauerat. Ponitur etiam pro testamēto aliquid alicui reiinquere. Cic. Vsum fructum omnium bonorum Cesenniæ legit. Legatus dicitur, orator, uel autor qui defert mādā alterius. Vel dicuntur legati nuncij pacis, & belli, curatores, interpretes bellici consilij, ministri muneris Prouincialis. Etiam pro uicario ponitur. Cicero. Omnes cum Imperio sunt, aut legati sunt

re est quod uulgò dicimus, legatos referre id, quod in legatione gesserint. Id quod aliquando pro renunciare sine alio casu efferunt Latini, ut sit renunciare idem, quod legationem renunciare. Philip. 9.

Delegare est mittere, demandare uel committere. Cic. Quintum delegabo, si quid æri meo alieno superabit. Delegatio. Cic. Perdere malo delegatione in mancipis.

Ablegare est amandare, remouere uel dimittere, eum propriè, qui nobis est tædio, aut impedimento. Tam dictum uerbũ de pecoribus, quàm de hominibus. Cic. Post illos adhibuit, quos ablegerat. Ablegatio est actus ablegandi. Liuius. Ablegationem aliquam istam oratio postulat.

Relegare est exilio multare, eicere, uel expellere, separare, uel semouere. Iamq; cū ablatiuo, uel accusatiuo, & præpositione, in, uel ad, Cicer. Relegatus mihi uideor, posteaquàm in Formiano sum. Relegatio est exterminatio, cum quis exire fines patriæ iubetur. Cicero. Hæc né uita relegatio, atq; amandatio appellabitur?

Offendere pro inuenire, uel incurrere in aliquid. Cic. Non offendes eundem bonorũ sensum, quem reliquisti.

Deprehendere est animaduertere, uel committere
perire

perire: per disputationem seu inquisitionem & inuestigationem inuenire: uel (quod Barbari dicunt) capere in ipso facto, ita, ut nec fugere, nec insidiari possit: ut depræhendi in furto. Vel est apprehendere, uel comprehendere. Ponunt etiam Latini depræhensum pro eo, qui in summa difficultate stupet animo, & in opæ consilij oppressus est. Cic. Depræhensus est in manifesto scelere. Idem. Depræhenduntur, odore, colore, pondere, gustu. Depræhensio Cic. Omnis accusatio uariè, grauitèq; tractata ad extremum manifesta ueneni depræhensione conclusa est.

Comperire est depræhendere, reperire uel inuenire. Cic. Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Terent. Certò id comperi. Cæpertus, à, um. Cicero. Nihil habebant cogniti, nihil comperti.

Reperire est inuenire, uel peruestigare. Et non magis fortunæ aut casus est, quàm extra fortunam & casum. Cic. Nostræ sollicitudinis hic finem reperiemus. Plaut. Hoc non secus reperies. Reperitor est qui reperit. Pli. Est Crocodilo cognatio quædam, affinitasq; animi eiusdem, geminiq; uictus cum hyppopotamo, reperire trahendi sanguinis. Reperitius, est quod non ita longo tempore repertum est.

Sall. Repertitius, accitus, & paulò ante insitus huic
 Vrbi ciuis. Repertorium. Vlp. Tutor qui repetori-
 um non fecit, quod uulgo inuentarium appellatur,
 dolo fecisse uidetur.

Inuenire est reperire, deprehendere, perue-
 stigare, uel nancisci, comminisci, uel excogitare. Itè
 est acquirere, et cognoscere. Cic. Scis meam fortu-
 nam nescio quo modo facile obtrectatores inuenire.
 Idem. Inueni remedium eius rei. Inuētor. Cic. Harū
 rerum inuentor, ac princeps Plato fuit. Inuētrix. Ci.
 Ille omnium doctrinarum iuuentrices Athenæ mul-
 tum ueuerandæ sunt. Inuentum, ti, uel inuentus, us,
 ui, significat conuentum, uel inueniendi artem, aut
 inueniendi affectum. Cic. Alterius bene inuentis ob-
 temperabat. Inuentio est inueniendi actus. Ponitur
 etiam pro parte Rhetoricæ. Cic. Inuentio est excog-
 tatio rerum uerarum, aut uerisimiliū, quæ causam
 probabilem reddant.

DOMVS accipitur pro ædibus, domicilio.
 uel tectis, sub quibus habitamus. Item pro
 nido, templo, aut re alia qualibet tegente ponitur.
 Cice. Ornanda est dignitas domo: non ex domo di-
 gnitas quærenda. Verg. Antiquasq; domos auium=
 cum stripibus imis. Eruit. Pro familia. Cic. Domus
 es tota nostra salutata. Domi idem est, quod in domo.
 Cicero.

Terent. Ego domi ero, si quid me uoles. Domi & militiae frequenter opponuntur. Et tunc est domi idem, quod cum suis, uel apud suos, uel in patria, uel in pace: ut belli, uel militiae, pro in bello, uel militia. Cic. Nemini odio nec domi, nec militiae fuit. Idē. Ut uiuant cū suis, & moriantur domi. Terent. Vnā semper militiae, & domi fuimus.

Domesticus est ad domum pertinens, & pro familiari, intestino, uernaculo, priuato, intimo ponitur. Cic. Stultitiae suae quam plurimos testes domestico praeconio colligebat. Domesticatim significat per singulas domos, siue per domesticos. Suet. Quorum ut quam maxima expectatio esset, eaq; ad epulum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Aedes, pro domo ponitur. Cic. Absolutum offendi in aedibus tuis tectum.

Aedificare proprie est aedem facere, conuenit tamen omni genere constructionis. Est igitur constituere, ponere, collocare, facere, efficere, constituere, parietem ducere. Cic. Tribus locis aedifico: reliqua reconcinno. Cic. Hortos pulchre aedificauit. Aedificator dicitur qui aedificat, uel qui aedificauit. Cic. Nihil mundo quicquam pulchrius, neq; eius aedificare praestantius. Translate pro opifice
uel

uel autore. Cic. Sic res ordinavit ædificator, & opifex mundi deus. Aedificatio est ipse actus ædificandi, uel opus ædificatum. Cic. Immensa ea, & intolerabilis uidebatur ædificatio. Aedificatiuncula. Cic. Quæsiui ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula mandauisses. Aedificium dicitur omne, quod ædificatum est. Cic. Extruebar ædificium in alieno.

Exædificare est absoluere ædificationem. Reperitur etiam pro suo simplici. Cic. Te rogo, ne graue exædificare id opus, quod instituisti. Exædificatio. Cic. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exædificatio posita est in rebus & uerbis.

Architectus est redemptor, structor, uel qui ædificationem dirigit. Cic. Gloriatu se architectu non habuisse. Translate, est machinator, princeps, uel autor. Aliquando in malam partem accipitur, pro eo qui aliquid fraudulentum & captiosum molitur. Cic. Ipsum principem, atq; architectu sceleris absolueret? Architectura est ars ædificandi. Ponitur etiã pro ipso ædificio & opere. Plin. Qua architectura cõcumeraretur specus ipse. Architectari est cõstruere, uel fabricare proprie Vit. In his locis naturalis potestas ita architectura est, collocauitq; cardines, tanquã contra. Translate. Cic.

Cogitatio

Cogitatio quamuis regionem potest complecti, & in ea situm loca cuiusdā ad suum arbitriū fabricari, & architectari.

Fabricare uel fabricari est architectari. Ci. Fabricatus est gladiū. Translate Ci. Incredibiliter hoc natura fabricata est. Fabricator est edificator, architectus, artifex, uel machinator. Cic. Videndum est, utrū ille fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. Fabricatio est actio, uel opus fabricatoris. Cic. Non mediocriter mirabimur, si erit tota hominis fabricatio perspecta. Fabrica est ipsa fabricatio, uel ars fabrilis. Ponitur etiam pro officina fabri. Ci. Illa explicetur incredibilis fabrica natura. Fabrefacere artificiosè aliquid componere, uel edificare. Plaut. Hoc è ferro fabrefactum est. Faber est omnis artifex, qui labore corporis aliquid artificium facit: siue que è quauis materia facit aliquid excepto gipso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicuntur. Cic. Quantum pauca opere, & mercedes fabricorum tulerunt. Fabrilis quod est fabri, uel quod ad fabricum pertinet. Cice. Erratum fabrilis putauit. Fabre, uel affabre est artificiosè, uel scite. Plaut. Hoc lepidum est, hoc factum est fabre.

Coelare est insculpere. Et dicimus coelare aliquid re aliqua, uel in re aliqua. Cic. Albanos quam
plures

plures ornauit argento, auroq; cœlato. Cœlator est qui cœlat. Cic. Artifices omnes, cœlatores, & uascularios conuicit. Cœlatura est quæ auro, argento, ære ferro, opera efficit. Pli. Super pistrinarum operibus, & cœlaturis uixit.

Sculpere est cadendo imaginem aliquam effingere. Quod dixerunt etiam antiqui scalpere. Cic. Non est è saxo sculptus, aut ebore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Sculpsor est, qui sculpsit. Pli. Sculptores, & pictores conuocantur. Sculptura est sculpendi actio. Pli. Omnia hæc genera contumaciter sculpturæ resistunt, partemq; ceræ in signo tenent.

Insculpere est incidere in argento, ære, aut alia quauis materia signare. Translatè dicimus aliquid insculptum esse animo alicuius. Vide primum Tomum &c.

Demoliri est deturbare, deijcere, uel euertere, uel diruere. Cic. Partem muri demolitus est. Demolitio est euersio. Cicer. Aditus templorum erant non solum præsidijs, & manu, uerum etiam demolitione sublati.

Complanare pro demoliri. Ci. Spuriij Melij regnum appetentis domus est complanata.

Statua est signum, imago, forma, species, uel
 B b simul-

simulachrum, Imago scilicet, quæ alicui uel mortuo uel etiam uiuenti antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam. Cic. Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporum. Statuam alicui decernere. Cice. Maiores quidam nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis. Statuam facere. Cic. Eum esse uoluit, qui statuis faciendis præesset. Statuam locare. Cic. Ad Telluris quidam etiam tuam statuam locauit. Statuam ponere. Cic. Tibi statuam in meis ædibus posuit. Statuam sumere. Cicer. Ei statuam æquestrem in rostris statui placet. Statuam deturbare. Ci. Illi statuam illius per simile, quã stare celeberrimo in loco uoluerat, ne sua uisibili hois memoria moreretur, deturbant. Statuarius est artifex et sculpta statuarũ. Pli. lib. 34. Etia est res ad statuariam artẽ pertinens. Pli. 34. cap. 7.

Imago est simulachrum, species, uel exemplar, & alicuius rei representatio, animatæ, siue inanimatæ. Proprie pro nobilitate generis accipitur. Cicero. Obrepsisti ad honorẽ errore hominum commendatione famosarum imaginum: quarum simile nihil habes præter colorem. Translate. Cicero. Imago animi uultus est, indices oculi. Imaginari significat rei alicuius, quæ facta sit, uel fieri posset,
etiam

etiam quæ fieri non possit similitudinẽ mente concei-
 pere, & apprehendere. Pli. Imaginetur eorum ser-
 uula Imaginarius. Imaginarium pro eo usurpa-
 tur, quod non esse potest, sed duntaxat imagina-
 tione potest comprehendi, quæ ratiocinatio, aut
 comprehensio dicitur. Suet. Stipendiãq; institui, &
 imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super nu-
 merum, quo absentes, & titulotenus fungerentur.
 Imaginosus, in quo sunt plures imagines. Vnde
 speculum imaginosum à Catullo appellatur, ab ima-
 ginibus quæ in speculo numeroso uidentur. Ima-
 ginatio est apprehensa rei alicuius animo species.
 Pli. lib. 20. cap. 7.

Signum pro uexillo ponitur, uel pro euoca-
 tione ad præliũ, facta uexillo, tuba, uoce, aut re alia
 qualibet. Vel pro simulachro, uel imagine fusili,
 aut sculptili, ad effigiem hominum, animalium,
 uel aliarum rerũ fabricata. Cic. Martis signum quod
 mihi pacis auctori? Item ponitur pro sydere. Cic. Si-
 gnis omnibus ad idem principium, stellisq; reuocatis
 id accidet. Vel pro sigillo ponitur, quo aliquid cõsi-
 gnamus, uel obsignamus, & notamus. Cic. Signum
 & manum meam requirunt. Ponitur quoque pro
 uadam significatione indicante totius rei qualitatẽ.

Vnde

Vnde & in eo genere pro ostento & augurio accipi solet. Cic. Homo est in utraq; fortuna cognitus, multis signis & uirtutis & humanitatis. Signum obijcere. Ci. Equus ei repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis uidebatur ne committere. praelium. Signum tollere, pro dare. Cic. Ergo his ad bene de omni Repub sperandum, quasi signum aliquos substulisti. Signum ostendere. Cic. Neq; ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui, uerbis, sementijs, uoce, uultu, colla chrymatione deniq; ostenderis. Signum dare hic accipitur, pro spem uelut iniicere, aut probationem facere, ostendereq; quid sit, uel profectum, uel profecturum, aut quo sis animo, & mente, siue id in uitium & uituperationem propendeat, siue ad laudem nitatur. Cic. Signum magnū amoris dedisti. Signum impertiri. Cic. Signa præterea beneuolentiæ multa à bonis impertiuntur. Signum patefacere. Cic. Hæc nobis & scelerum iudicia ostendit, & periculorum signa patefecit. Signum esse, pro dari, uel ostendi. Cicero. Hoc magni amoris signum est. Signo esse. Cic. Quæ signo sunt omnia, non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Signum obseruare uel notare. Cicero. Notantur mihi ad diuinandum signa duplici quadam uia & c. Signum habere

bere. Habemus signa, quibus cognoscimur. Cic. Habemus quasi signa quaedam, et notas, quibus eos, qui ad amicitiam sunt idonei iudicemus. Habemus item signa, quibus cognoscemus. Cic. Habuit ille per multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata uirtutum. Signa conturbare. Cic. Signa conturbantur quibus uoluntas à simulatione distingui potest.

Signare est signum imprimere, uel signo alicuius principis honestum reddere & approbare: ut cum signamus argentum. Est etiam ostendere, uel signo iudicare, declarare, exprimere, uel signare. Cic. Accepi à te signatum libellum. Idem. Signa quoque signauit coelestia. Signator dicitur peculiariter, qui testamenta signat. Generaliter est ille, qui aliquid signat. Sal. Ex illis testes, signatores quoque falsos commodare: fidem, fortunas, pericula uilia habere & c. Signatorius est quod signat, seu quo ad signandum utimur, ut signatorius annulus. Val. Maximus. Quo annulo signatorio utebatur.

Consignare est aliquam rem signo notare. Cicero. Tabulae maxime si quis hominum nobilium consignantur & c.

Obsignare est signare uel consignare. Cic. Id decretum obsignatum est ab amplissimis uiris. Obsignator. Cic. Poterone eos istos non laudare etc.

Designare est describere, notare significare, constituere, definire, decernere, seu eligere, rem nouam facere in utramq; partem, id est bonam & malam. Cic. Oblitus est nullos à plebe designari. Designator dicitur, qui ludis funeribus præest, & multitudinè retinet ob eam credo causam, quod ipsis ludis multa fiant noua & spectanda, simul etiam turba retineatur, quæ fiunt aut in spectaculis, aut in libris. Sunt etiam qui designatores esse putant (& recta nostra quidem sententia) eos, constituendo funebri pompæ, aut etiam cuiuscunq; præsumt, unicuiq; incedendi locum, ordinemq; præscribentes, simili serè munere eorum, qui Rom. Magistri ceremoniarum uocantur. Ci. Desertus à suis uix iam decimum designatorem, uel Gellium retinet. Designatio est descriptio, uel constitutio. Cic. Requiro omnem totius orbis designationem & apparatus.

Resignare est apperire, uel soluere. Est etiã dissoluere, perimere, uel abrogare. Cic. Nam quod resignata sunt, habet, ut opinor, eius signum Pomponia. Aliquando est perfectè signare. Colu. Priusquam arbusculas transferas, rubrica resignato.

Sigillum signi diminutiuum est. Cic. Sigillis auulsis, reliquum argentum reddidit. Sigillare est sigillum alicui rei apponere. Vnde scyphi sigillati dicuntur.

dicuntur emblematis, & incrustamentis ornati. Cic. Lex minus impia est ne filij parentibus luce sigillēt oculos, id est, claudant. Sigillaris. Sigillare est, quod ad sigillum pertinent, unde sigillaria opera dicuntur parue imagines fictilibus descripte. Dicta à sigillis, id est, paruis signis. Sigillaria, orū, uici erant Romæ, ubi sigilla uendebantur. Gell. lib. 5. cap. 4.

Argumentum est iudiciū, rei quasi quædam nota, uel ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ, quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmat. Cic. Itaq; in aliud tempus argumentum epistolæ differretur. Argumento, elegans usus ablatiui. Pli. Mares negantur anno diutius inuere: Argumento, quia nulli ueris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab ætate incipit. Argumentū cōponere. proponere. Cic. Hoc nescio qui nullo argumento proposito institui. Argumentum afferre, ponitur pro argumentis niti uel pro argumentum dare. Cicero. Afferes omnia argumenta, cur Dij sint. Argumentum relinquere. Quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo. Argumentum dare. Cic. Res quidem ipsa, & is dies quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendū argumēti sanè dabat

Argumentum nasci. Cic. Scribas ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum. Argumentū esse. Cic. Satis argumenti, nihil esse debitum Neuiō. Argumento esse, res quæ probat, dicitur, uel quæ causam dat. Cic. Binās à te accepi literas eodem exemplo; quod ipsum argumento mihi fuit diligentia tuæ. Pro argumento esse, idem est, quod argumento esse Liuius. Interea adeo nihil obedienter curatum est, ut contra argumento fuerit illa procuratio Numidarum, Annibalē, exercitumq; castris non mouisse. Argumentum ducere, colligere, arripere, accipere habere. Cic. Scire uelim, quid habeat argumenti ista manumissio. Argumento uti. Cic. Argumentis, & quasi rerum notis utebantur ad probandum. Argumentum dilatare, astringere, premere. Cicero. Hoc premendum etiam atq; etiam est argumentum. Argumento egere. Cic. Egeo argumento epistolarum. Argumentum alicui deesse. Cice. Argumentum ad scribendum mihi iam deest.

Indiciū ponitur pro signo, argumēto, documento, uestigio, nota. Specimine, uel insigni: aut pro tectione, dilatatione, uel accusatione alicuius criminis. Cicero. Quod presentis est doloris mei indicium. Indiciū ostendere. Cic. Hoc nobis & scelerū indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. Indiciū
 afferre

afferre. Cic. Viderat ille Murenam ad me consulenti cum Allobrogibus cōmunis exitij indicia afferre. Indiciū profiteri, est ultro sese, consortesq; criminis deferre. Pli. Cum ille profiteretur indicium, id est, cum sponte sua indicaret coniurationis socios. Indiciū dare, facere. Plaut. Sapientior nata? quid uelim, indicium facit Indiciū constituere. Cic. In Pisonem. Indicio esse, est idem quod indicium facere. Cice. Neq; Caius Marius quantas res gesserit, uestra uobis libertas indicio esse potest.

Index est is, uel ea, qui, uel quæ aliquid indicat & accusat. Cicer. Iis imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Nota pro signo insigni, uel uestigio ponitur, ut in pecoribus, tabulis, libris, literæ singulæ, aut binæ. Dicuntur etiam notæ, quibus compendio scribitur. Vnde notis scribere est compendioso scribendi genere excipiendo uti. Cice. Sulpitio successori nos de meliore nota commenda. Notam apponere Cic. Notam apponebat ad malum uersum. Notare est obseruare, constituere, uel designare. Cic. Pauca sunt, quæ animo quasi habere notata uideamur. Notabilis est insignis, conspicuus, uel conspiciendus Cic. Exitu notabili concluduntur. Notabiliter. Pli. Expalluit notabiliter, quamuis semper palleat. Id

est, sic ut notari possit. Notarius est qui scribit. Plin. Notarium uoco, & die admissio, quæ formaueram dicto. Notatio est nota, uel animaduersio. Cic. Ego delector ista quasi notatione temporum.

Specimen est argumentū quoddam & probatio, siue exemplar rei alicuius occultæ, quale est, quod in mercibus solet ostendi, ut in pannis, uel degustatio in esculentis. Translate pro indicio ponitur. Cic. Quod specimen habuit hæc ciuitas innocentie. Specimen dare. Cic. Non modo specime cæteris aliquod dedisti, sed tu tui periculu fecisti. Specimen capere. Cic. Quid illud? num dubitas, quam specimen naturæ capi doceat, ex optima quaq; natura? Specimen sumere. Plin. lib. 7. cap. 55.

Exemplum est res, quæ nobis aut uitanda, aut imitanda proponitur. Cicer. Omnium mores ad unum exemplum & regulam querit. Exempli causa dicimus, cum rem uelut pinguiori Minerva, & familiarius tractare uolunt: uel cum aliquid exemplo fulciunt & confirmant. Cicero. Exempli causa paucos nominaui. Exemplo. Cicero. Quod exemplo fit, iure fieri putant. Ad exemplum est idem, quod exemplo, maxime cum ad imitationem refertur. Cicero. Ad exemplum missi Imperij portari in triumpho Massiliam

uiuimus. Exemplum petere. Cicero. Erat unde pudoris, pudicitiaequè exempla peterentur. Exemplum expetere. Plaut. Laudant fabrum, atque ædes probant, sibi quisque inde exemplum expetit. Exemplum capere, sumere, habere, sequi, ponere, apponere, supponere, proponere, edere. Cicero. Non illic edendum est seueritatis exemplum. Exemplo esse. Terent. Non tu te cohibes? non te respicis? non tibi exemplo satis sunt? Exemplum esse. Cicero. Erat uir ille exemplum, ut scitis innocentie. Exemplum relinquere. Cicero. Quod si illi è conspectu nostro se abstulerunt, ac exemplum facti reliquerunt, &c. Exemplum præbere, tollere, uel renouare. Cicero. Atheniensium renouati uetus exemplum.

Exemplar est idem quod exemplum, codex, species, quam artifex imitatur, & quam sibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid. Cic. Vregebar ab eo, cui misi, & non habebam exemplar.

Insigne ponitur pro signo, indicio, nota, monimento, uel ornamento: ut sunt insignia in uestibus, uexillis, & huiusmodi rebus, quæ feruntur ita ab alijs discretæ, ut nosci possit, cuius sint, & ad quos pertineant. Quemadmodum sunt uestes militares, insignia militaria, regalia, consularia &c, quibus

acies ab acie, eques ab equite, rex & consul à uiro priuato internosci possit. Cic. Minerua singulare est insigne eius gymnasij. Idem. Multi insignia uirtutis etiam sine uirtute affecuti sunt.

Conditio est idem, quod modus, ratio, lex, pactio, partum, fortuna, status, locus, ius, causa. Cicero. Adde huc, quod literæ perferri nulla conditione potuerunt. Idem iniqua conditione causam dixi. Conditionem postulare. Cicero. Alienum appetis, qui mortalis natus, conditionem postules immortalium. Conditionem impendere, statuere, constituere, proponere, imponere. Cic. Conditionibus impositis provinciae tuendæ, ac defendendæ, hostes profecutus est. Conditionem ferre est proponere. Et id esse uolunt, uictoris & superioris. Accipere uerò conditionem, uicti esse. Cic. Hanc conditionem misere ferunt, ut optet, utrum malit, & conditionem offerre, dare. Cic. Quibuscunq; rebus posses ad eam conditionem te uiuendi, quæ daretur, quæq; esset, hortarer. Conditionibus onerare. Cic. Auet, atq; onerat te bonis conditionibus, si tu uti uelis. In conditionē uocare. Fam. 8. Ad conditionem adducere, perducere. Cic. Quod sibi facere nolit, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari denunciat.

In conditione

In conditione ponere. Cic. Certè ille populus in superiori conditione, causaq; ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. Conditionibus astringere. Cic. Tum iste uir optimus, qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis conditionibus in ipso articulo tēporis astringeret. A conditione uenire. Cic. Hic contumelijs scitote Quintum Lolium coactū ad Apronij leges, conditionesq; uenisse. Ad conditionem accedere. Cic. Pompeium ad nullam conditionem accessurum putabam. Ad conditionem descendere. Cælius. Iam ut uideo alter utram ad conditionem descendere uult Caesar. Conditionem capere, accipere, sequi, habere, alicui, manere, omittere, recusare, repudiare, respuere. Cic. Quare ista conditio, Iudices, respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Ad conditionem depacisci. Cic. Equitem Rom. scitote biduum cibo, tectoq; prohibitum, neq; ante dimissum, quam ad cōditiones eius depactus est. Conditione uti, esse, stare. Cic. Si suis conditionibus stare nōluerit, bellum paratum est. In conditione manere. Cic. Caesarem negant in conditione mansurum. A conditione fugere. Cic. Eiusmodi bellum paratum est, quod ille sustinere non possit; præsertim cum à suis conditionibus ipse fugerit.

Lex cum priuata est pro conditione, iure uel pacto, aut forma & typo accipitur. Publica etiam est illius nominis significatio, cum ad constituendam Rempub. & ius suum cuiq; tribuendum pertinet. Terent. Lege hac tibi meam astringe fidem. Pro forma. Cic. Hanc ad legem formanda nobis oratio est, & dirigenda. Quid sit lex, uide Cic. de Leg. lib. 1. Legum ferendarum mos. Cic. in Orat. pro Flacco. Idem. Ignarus erat legum, & rudis in iure ciuili. Legē abrogare. Cic. Hęc lex iure rogata est. Legem iubere. Cic. Populus Romanus legē iussit, de ciuitate tribuenda. Legē ferre, uel perferre. Cic. Leges tulit contra auspicia. Legem sancire, sciscere, condere, scribere. Cic. Hanc legē Clodius scripsit. Legem facere. Cic. Legē ante factam uidimus, quā futuram quisquam est suspicatus. Legem incidere, uel figere, &c. Fixit legem à dictatore comitijs latam. Leges incidebantur in æs antiquitus, uel etiam in marmore, ut perpetuæ essent, & in Capitolio, uel in aliquo loco publico figebantur, ut omnibus aperta essent. Sic uideas à Latinis dici ære legum. Cic. Cum legum ara iclu fulminis liquefacta sunt. Legem promulgare, dare, ponere, imponere, constituere, instituere. Cic. Iniquā legē & miseram conditionē instituit seruulis hominū, existimat, &c.

Legibus astringere. Cic. Quorū si quis fortè esset sordidior, ferres eatenus, quo ad per se negligeres eas leges, quibus est astrictus. Legem accipere. Cic. Hanc legem populus Romanus accepit. In legē iurare. Cic. Is in legem per uim latam iurare noluit. Legem obseruare, conseruare, aliquē tenere. Cic. Easdem leges de integro, ut populū teneant, saluis auspicijs ferre placet. Legibus teneri. Cic. Iste ordo lege ea nō tenetur. Lege agere. Plaut. Lege agite mecum, molestus ne sis, & coenam coque. Lege agere dixit, pro bonorum possessione secundū tabulas petere, uel ex testamēto agere. Cic. Quis unquam prætorē Chelone inuita lege agere potuit? Id est, iure legibus cōstituto certare. Erant enim certis legibus iudicia cōstituta. Præterea dicunt Latini lege agere, pro, uinctos uirgis cadere, & deinde securi ferire, exequendo scilicet sententiā, quam iudex tulit. Id est, implere, explereq; iussum iudicis, & ultra progredi, hoc est, non intercedere intercessioni. Liuius. Fuluius acceptas literas, neq; resolutas, cū in gremio reposuisset, præconi imperauit, ut licetorem lege agere iuberet. Est quoq; lege agere idem quod actionē & querelā inofficiosi intendere. Cic. Alter plus lege agendo petebat, quā quærū lex in 12. tabulis permiserat: quod cū imperasset, causa caderet.

Legi

Legi intercedere. Cic. Legem Tribunis plebis tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio, aut comitijs, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia, & Fusia ne ualeret. Legem repudiare. Cic. Itaq; lex popularis suffragijs populi repudiata est. A lege discedere. Cic. Indignum est, in ea ciuitate, quæ legibus teneatur, discedi à legibus, &c. Legem infirmare, irritam facere, dissolucere, pro infirmare. Illidere pro dissolucere, conuellere, conculcare, perrumpere, perfringere, abrogare, delere, tollere. Cic. Suscepit duas leges, Heliam & Fusiam, maxime reipublicæ salutare. Lege solvere, id quod nunc dicunt dispensare. Vel est lege solui idem, quod lege non teneri. Cic. Reus Posthumus est ea lege, qua non modo ipse, sed totus etiam, ordo solutus, ac liber est. Legem interire. Cic. Possuntne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum? Legislator est legis scriptor, qui legem uiuendi populis dat, qui leges fert, qui iura statuit, uel præscribit. Duabus etiam uocabulis aliquando dicitur, ut sit lator legis. Liuius. Legum lator non in paucorum manu reipublicam esse uoluit. Legalis, est ad legem pertinens. Quintil. Aliquando etiã incidere possunt legales tractatus in priuata maxima consilia. Legitimus est secundam legem, uel ad legem pertinens.

Generaliter

Generaliter pro æquo, iusto, uel conueniēte ponitur. Et legitimi dies apud antiquos dicebantur, quas nūc dilationes ordinarias dicimus, qui scilicet quidem dies legitimi erant accusatori ad accusandū, & defensore ad defendendū. Ci. Dies is erat legitimus Comitij habendis. Legitimè est iustè, uel ratione legū obseruata. Cic. Qui legitime procurator dicitur.

Exlex est, qui lege nulla tenetur, uel qui sine lege uiuit. Cice. Non quod illi exlegem esse Syllam putarem &c.

Referre hīc idem est, quod consultationem ponere. Cic. Flagitare senatus instituit, ut referret statim de tuis literis.

Ferre pro referre. Cic. Nihil unquā de isto fœdere ad populum, nihil ad plebē latum esse dico.

Promulgare est quasi prouulgare, aut publicare, aut palām pronuciare. Cic. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Promulgatio. Vbi promulgatio trinundini?

Scitum est idem, quod iussum, sancitum, uel decretum. Vnde dicimus scitum facere, uel scitum conscribere. Cicero. Gaditanus scita, ac iussa nostra comprobat.

Sancire propriè esse uolunt sanctum aliquid, id est, consecratum facere, fuso sanguine hostiæ: &c.

dictum sanctū, quasi sanguine consecratum. Vñ sita-
tius tamen est pro ferre, decernere, cōstituere, scisce-
re, uel confirmare. Cicero. Id multis scriptis sanxit.
Idem. De libertate ea iura sanxerūt. Sanctio est lex
cum terrore pœnæ. Cic. ad Att.

Edicere propriè est magistratum, ut præte-
ris, uel consulis: & significat iubere, denunciare, uel
prædicere, aut præmonere. Cic. Est tibi edicendum,
quod obseruaturus sis. Edictum est, quo aliquid Ma-
gistratum gerentes edicunt. Neq; uerò magistra-
tus est solum, sed etiam priuati aliquando homi-
nis dicitur. Cicero. Decretis, edictisq; tuis an-
te cocitati sunt.

Indicere est denunciare, uel promulgare. Ci-
Iustitiū indici dico oportere. Idē Nullum bellū est ius-
tum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut de-
nunciatum antè sit, & indictum. Indicendi bellū
uerba habet Liuius ab urb. Cond. lib. 1.

Interdicere est prohibere, uetare, decre-
tum interponere. Etiam est idem, quod interdictio
uti, ut faciebant Prætores. Cicero. Ut mihi aqua &
ignis interdiceretur. Liuius. Fœminis duntaxat
usum purpuræ interdiciamus. Interdictio est pro-
hibitio. Idem significat interdictum. Interdicta ta-
men propriæ sunt formæ, & conceptiones uerborum.

rum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maxime faciebat, cum de possessione inter aliquos contendebatur. Cicero. In hoc interdicto non solet id addi. Idem. Numen, interdictumq; deorum uendit.

Decernere est sancire, edicere, uel promulgare, aut decretum facere, uel interponere. Cicero. Contra edictum suum sine ulla religione decernebat. Decretum est interdictum, consultum uel scitum. Cice. Romæ totum edictum, & omnia decreta uendit. Decretum facere. Cicero. Cæsar. Augurum decreta facere. Decretum interponere. Cicero. A Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.

Iubere est decernere, & propriè populi est Cicero. Ea sciuit plebs & populus iussit. Aliquando est præcipere uel uelle. Cicer. Valde iubeo gaudere te. Iussus, us, ui, est imperium. Plautus. Iouis iussu uenio. Iussum, si, est idem, quod missus, us, ui, ponitur tamen pro scito populi, aut plebis, rogante magistratu. Cicero. Hæc & alia iussa, ac uetita populorum uim habent. Iniusus, us, ui, opponitur iussui. Cice. Mittis iniussu Prætoris.

Imperare est hic leges alicui imponere uel præscribere. Cic. Ut alter imperet, & alter pareat.

rare sibi, uel animo. Liuius. Imperare animo ne-
 queo, quia prius quàm peream, cur periturus sim
 sciam. Terent. Imperaui egomet mihi omnia assen-
 tari. Imperator, est exercitui præpositus. Generali-
 ter ponitur pro eo, qui imperat, quocunq; id mo-
 do fiat. Ci. Ille populus est dominus Regum uictor,
 atq; imperator omnium gētium. Imperium hic pro
 potestate, ditione, publica dignitate, magistratu, uel
 prouincia ponitur. Cic. Cepi & gessi maxima. Im-
 periosus est qui imperium habet, uel qui nimis seue-
 re imperat, quasi ostentator imperij. Vel pro eo po-
 nitur qui sibi imperat, quiq; uitæ suæ modum habet
 Cic. Eum consul imperiosus exire urbe iussit.

DITIO est idem quod imperium. Cic. Cuius nu-
 tu, ac ditione sola terrarum gubernantur. In ditio-
 nem redigere. Cic. Cæsar totam Galliam in nostram
 ditionem redegit. Sub ditionem subiungere. Cicero.
 Vrbes Achaïæ multas sub imperium populi Roma-
 ni, ditionemq; subiunxit. In ditionem tenere. Cice.
 Istum in sua potestate, ac ditione tenuit. Sub ditionē
 cadere. Cic. Tandem sub imperium, ditionemq; no-
 stram ceciderunt. In ditione esse. Cice. Quæ in eo-
 rum regno, ac ditione sunt.

CAVERE interdum est uitare, & tunc ac-
 cusatiuum habet. Cice. Cauebo omnia. Di-
 cimus

amur etiam cauere à re aliqua. Cic. Monuerunt, ut à ueneno caueret. Hic ponitur pro *satisdare*, uel *satis accipere*. Cice. Deinde ut *Fauſtæ*, cui cantum ille eſſe uoluiffet ratū eſſet. *Cautio* hic pro quadam conceptione uerborū, uel *fide iuſſiōe*, qua alicui cauetur. Cic. *Cautiones* ſubant pecuniarum.

Excipere pro cauere hic accipitur. Cice. Quorum in ſœderibus exceptum eſt, ne quis à nobis ciuīs recipiatur. Pro *deſcribere* quia *excipere* dicuntur, qui alio dictante aliquid *deſcribunt*. Suet. E pluribus comperi, notis quoq; *excipere* uelociſſimè ſolitum, & cum *Amanuenſibus* ſuis per ludum, uocumq; certamen, *chirographa*, quæcunq; uidiffet. Pro *demere*, *excludere*, uel *eximere* numero. Cice. Nihil *excepit*, de quo non *profiteretur*. Pro *accipere*, *recipere*, aut *audire*. Cice. Lignū ad radices eius *herens excipit* *ſtomachus*. *Excipere* uerbum eſt etiā in *compositionibus* medicamentorum *uſurpatum*, cum *res contuſæ* aliquo *liquore* coguntur quoq; ad *res excipiendās*, quæ ad *cibos* parantur. Celf. Hæc excipiuntur *cerato* ex *roſa* factō. *Excepto* quod, idem eſt quod, *præter quàm quòd*. *Plinius*. *Iter* comòdè *explicui*, *excepto* quòd *quidā* ex *meis* *aduerſam* *ualetudinē* *feruentiſſimis æſtibus* *contraxerūt*.

Satisdare eſt *fide iubere*, *promittere* per-

uadem, siue fidem suam pignori dare, uel re ipsa certum facere. Cice. Si satisfando te rogo, ut sates. Satisfatio ponitur pro quadam obligationis forma, quæ committitur & concipitur satisfando, ferè usurpatur in ablatiuo casu non sine aduerbiali specie. Cic. Quod satisfato debeo peto à te, ut solutum relinquas. Satisfatio est satisfandi actio. Sunt aliquot satisfationes secundum mancipiū.

Satisaccipere est prædam accipere, uel ab aliquo sibi cauere. Cic. Abs te satis accipiam, ego autem tibi non statisdo. Satisaccipio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut promissores quoq; ab eo accipiantur, id est, qui idem promittunt.

Vas est, qui pro aliquo spondet, uel obligatur præsertim in causa capitali. Vel dicitur uas, qui alicuius causam omnē suscipit, & se pro illo supponit reum. Cicero. Me pro adolescentulo Respublica accepit uadem. Vadimonium est sponsio quædam sistendi in iudicio ad diem præstitutā per se, uel per aduocatos. Cicero. Ita sine uadimonio disceditur. Vadimonium promittere. Cicero. Ego iam neq; uador, amplius, neq; uadimonium promitto. Vadimonium facere. Cicero. Quo die uadimonium istud factum esse dicis? Vadimonium concipere est certam uadimonij formulam exprimere. Cicero. Nemo

fuit in tanta multitudine, qui uadimonium concipere posset. Vadimonium constituere. Ci. Omnia, que curant, meminerunt uadimonia constituta: qui sibi, quibus ipsi debeant. Vadimonio obstringi. Vadimonio obstricti dici possunt, qui ob crimina in iudiciū uocati, à iudicibus (ut fit) impetrarunt, ut aut sua aut sponſorum fide dimittantur, ea lege, ut in diem certum, aut quandocunq; Iudici uisum fuerit, ad iudiciū sistenter. Elargitos eos Barbari appellant. Vadimonium esse alicui cum aliquo. Cicero. Vadimonium tibi cum eo nullum fuit. In uadimonio esse. Cice. Ex eo tempore res esse in uadimonio cœpiti. Vadimonium obire. Cic. Non in eam turpitudinē uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confitendū, qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem hora te consilium cœpisse, hominis propinqui fortunas funditus euertere. Sistere. Cic. Venit Romā Quintius, uadimonium sistit. Differre, ad Att. lib. 2. Deserere Cic. Qui uadimoniū deserere, quàm illum exercitiū maluerunt. Vadimonium missum facere, est uadimonij obligationem remittere condouareq;.

Vadari est uadimonio obstringere. siue diem iudicij ex pacto constituere, & in ius uocare. Cice. Homine in presentia nō uadatur, ita sine uadimonio disceditur. Præses qui à magistratu interrogatur in

publicum ut præstet, à quo cum responderit, dicitur præ. Cice. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo tantum sit.

Obses dicitur qui traditur imperio, alicuius ea cõditione, atq; lege ut, si dator obsidis à fide rece-dat, recipiẽti sit potestas in corpus, & uitã eius sc̃uiendi, qui datus est obses. Generaliter, pro pugnare accipitur ppriè. Ci. Confecta Britannia obsidibus acceptis &c. Translatè. Ci. Præceptuum uobis ob fidem sui animi reliquit uestram libertatem.

DIFFERRE hic est moram interponere, extrahere, producere, uel cūctari. Cic. Itaq; res dilata est in posterum. Dilatio est prolatio, mora, retardatio, uel procrastinatio. Cic. Quæ est expectatio? aut quæ uel minima dilatio temporis?

Proferre hic est differre, uel prorogare. Ci. Sæpius id proferunt, quàm constitutum sit iure. Prolatio est dilatio. Cic. Alteri ad prolationem iudicij biduum quærebatur.

Dilatate est explicare, uel propagare. Cice. Non dilatabo orationem meam: etenim posset esse infinita &c.

Prolatare & differre in aliquod tempus, uel protrahere, est etiam dilatate. Cicero. Id malum
oppr̃i

opprimi sustentando, & prolatando nullo pacto potest quacunq; ratione placet, celeriter uobis iudicandum est.

Extrahere propriè est extra trahere, extripare, uel euellere, ut extrahere telum è corpore.

Translatè. Cic. Epicurus ex animis hominum radicatus extraxit religionem. Est etiam differre. Cic. Per Obtrectatores Lentuli res calūnia extracta est.

Protrahere pro differre hic. Teren. Vt aliquot saltem diebus nuptias protrahant.

Producere est differre, uel propagare. Cic. Caius Marius apud populum criminatus est, bellum illum producere.

Reijcere est hic differre, remittere, uel propagare. Cicer. Hoc animo esse debes, ut nihil huc reijcias.

Protendere idè est, quod prorogare. Cic. Comitia, quando ex ijs perdes, quantum facere possumus, in Ianuarium mensē protendimus.

Prorogare est differre, proferre, uel propagare. Cic. Illud pugna atq; emitte, ne quid nobis temporis prorogetur. Prorogatio est dilatatio. Cic. Vtar prorogatione unius diei.

Procrastinare est in crastinum reijcere, in diem ex die differre. Cic. Iste non procrastinat,

locare incipit. Procrastinatio est dilatio. Cic. Cum plerisq; in rebus gerendis tarditas, & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritate.

Ampliare est idem quod amplius pronuntiare, rem proferre uel comperendinare. Ac dicuntur ampliati rei, quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, & cum illis committendi: aut quia nondum planè liquet, uel de crimine, uel de poenæ modo. Cic. Quid fuit, Iudices, quare istum nefarium ampliaueritis? Ampliatio est actus ipse ampliandi, qui fit in iudicio. Ampliationis autem nota à iudicibus in tabella scribebatur. N. L. Non liquet. Amplius pronuntiare est ampliare. Cic. Ut de Philodamo amplius pronuntiaretur.

Comperendinare est ampliare. Cicero. Ille primus tulit, ut reus comperendinaretur. Comperendinatio est mutua denunciatio in perendinum diem. Plin. Nos legibus ipsis iustiores, quæ tot horas, quæ tot dies, tot comperendinationes largiuntur. Comperendinatus, us, ui, est comperendinatio. Cic. Adimo comperendinatum, bis ut causa dicatur.

Reseruare est differre in aliud tempus, aut locum alium seruare. Cic. Rem totam tibi integram reseruauit.

INITIVM dicitur principium uel fundamen-
 tum. Cic. Adolescentulus initio dicendi sic exa-
 minatus sum, ut &c. Præterea uocabant antiqui,
 Initia Cereris sacra. Varr. Cui consentaneum est,
 quod initia uocantur potissimū ea, quæ Cereri sunt
 sacra. Initiorū dies dicuntur à Liuiō, quibus solennia
 sacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat adesse
 nō initiatos. Arcananes, inquit, duo iuuenes per ini-
 tiorū dies non initiati, templū Cereris imprudentes
 religionis cū cætera turba ingressi sunt. Initio ablati-
 uis aduerbialis pro quod ab initio, uel ad initium.
 Cic. Redeo ad illud, quod initio scripsi. Ab initio.
 Cic. Qui hostes ab initio belli fuerunt. Initium dare
 se. Cic. Tu uelim ad me proximis literis, ut se initia
 dederint, perscribas. Initium proficisci, uel oriri.
 Ter. Vnde ortum est initiū ire. Initiū querere, duā
 cere, suscipere, capere, sumere, facere, ponere. Cic.
 Vt male posuimus initia, sic cætera sequentur.

Initiare, uel initiari est sacris imbuere. Cic.
 Quibus sacris ipsi initiati sumus. Sed non sacris so-
 lum dicimus initiari, at rebus etiam alijs, ut literis
 Antiquū etiam est, cū dicimus pueros initiari, cum
 à lacte, & à cunis transeunt, ut cibo firmiori alantur.
 Varro dicit. Initiari pueros Edule, Potine,
Cule, Deabus edendi & potandi & cubandi.

Principium

Principium est initium, primordium, exordium, uel proœmium. Et ad numerum, tempus, uel fundamentum refertur. Principia ponuntur etiam pro loco in castris, à principibus militibus sic appellato. Inde post principia esse, est in tuto, citraq; periculum. Liuius deca. 1. lib. 8. Cic. Omnium causarum unum est naturale principium. Principio Cic. Qui principio, & qualis in edicto constituendo fuerit, cognoscite. A principio Cic. Acer mihi uideor fuisse à principio. In principio. Cic. Exalbescere in principio dicendi debet orator. Principium dare, ducere, habere, ponere. Cic. Vereor committere, ut non bene prouisa, & diligenter explorata principia ponantur.

Primo Cic. Tantum impelli primò iudex debet, ut &c. A primò. Cic. Vtinam id à primo tibi esset uisum. Primum est idem, quod primò, uel à primo. Cic. Cum primum in eam insulam ueni.

Incunabula propriè, Li. Ab incunabulis imbutus odio Tribunorum erat. Translate pro principijs, & pro loco, unde orti sumus, siue pro natalibus, & origine generis. Cic. In his locis uestigia, ac propè incunabula nostra pergam.

Ordiri est incipere, uel principium rei facere. Propriè dicimus telum ordiri pro texere. Cic.

Dixerat

Dixerat mihi te reliquas res. Ordiri orsus, us, ui, uel orsum, si, est principium uel res incepta, compositio, uel responsum. Cic. Auguris ut nostri Calchantis facta queamus. Scire, ratosné habeant, an uanos pectoris orsus.

Exordiri est idem, quod ordiri, uel principium ducere, uel incipere. Cic. Quæ clamore exorsa, uerbis paruam rem magnā facit. Exorsus us, ui, exorsum, si, est principium. Cic. Pro uestri imperij dignitate, atq; gloria: quoniā is est exorsus orationis meæ. Exordium est principiū, exorsum, uel proœmium. Cic. Ergo hinc capiamus exordium.

Primordium est principium, uel exordium. Cic. Ut primordia rerū, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

Cœpi idem est, quod institui, suscepi, uel incepti. Cic. Ut magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Cœptus, a, um, est institutus, uel susceptus. Cic. Nunc de Republica consuli cœpti sumus. Cœptus, us, ui, cœptū, ti, ponitur pro principio. Quid Dij cœptis (nam uos mutastis & illas) Aspirate meis.

Occipere est incipere. Terent. Si quid narrare occœpi, continuo dari tibi uerba censes.

Incipere est initium facere, ducere, uel sumere

mere, principium capere, aut habere, ordiri, exor-
diri, inchoare, informare, fundamenta iacere, uel ru-
dimenta ponere. Cic. Accepi epistolam, quam inci-
picnte febricula scripseras.

Incoẽptare incipiẽdi frequentatiuũ est. Ter-
Sudabis satis, si cũ illo incoẽptas homine. Incoẽptor
dicitur, qui incipit Terent. O Parmeno mi, ò mea-
rum uoluptatũ omnium inuentor, incoẽpta, perfecta.


Exitus, Dicimus exitũ rei alicuius, aut rem
aliquam exitu bono, uel malo esse, Vide primum
Tomum.

Finis pro exitu, uel modo. Cic. Finis stipen-
diorũ patris uictoria, & triumphus fuit. Ad finem
Cic. Quem ad finem putas custodiendam illam æta-
tem fuisse? Finem afferre, statuere, reperire, facere.
Cic. Nunc ego belli finem mihi feci. Finem habere,
Cic. Quando finem habet motus, uiuendi finem ha-
beat necesse est. Finem transire. Off. 1.

Erumpere pro finem habere. Cic. Nunc ro-
pente tanto in odio est omnibus, ut quorsum eruptu-
ra sit, horreamus.

De Pronominibus

DE PRONOMINIBVS



Ego



EGO præter uulgarem usum, ponitur pro ego certè, uel sanè ego. Ponitur etiã pro eo, quod ad me attinet. Cice. Nihil malo, q̄ & me mei similè esse, & illos sui. Idem. Ego

Ego met
mihi
me

sum ille consul. Egomet emphasim habet. Terent. Egomet narrabo, quæ mihi dixi. Egonè. Terent. Egone debacchatus sum in te, an tu in me? Mihi Cic. Is mihi etiam generis sui mentionè facit. Ter.

Quid sit, tibi negotij est? C. Mihinè? Me aliquando blandientis est cum exclamatione quadam, aliquando affirmantis, uel planè dolentis. Terent. Me miserum quidnam est, quod sic uideo timidũ & pro

Nos

perantem Getam? Nos. Cic. Ego ad eum scribam, ut tu ipse uoles, de ea re nos inter nos locutos. Idem Vosmetipsi inter nos contumeliosiores sumus, q̄ ad huc fuimus. Plaut. Nosmet inter nos ministramus.

Nosmet
Tu

Tu idem est, quod tua persona. Cice. Ut tu mihi præcepisti. Tu te, est tuipse. Cic. Quemadmodum tute. scribebas. Tümet est tute. Lucret. Tümetet

Tute
Tümet

à nobis iam quouis tempore uatum. Terriloquis uelutis dictis discedere quæres? Vos, Vobisipsi uel uosmetipsi Plaut. Atq; hos uosmetipsos (scio) perinde, ut nunc ego, esse autumo &c. Ille. Cicero. Ego ille ipse uindex eris alieni. Idem. Ipse ille ani-

Vos
Ille

inus eadem mens. Idem. Philosophi quidam minime,
 mali illi quidem sed non satis acuti. Idem illud alte-
 rum genus temporibus & locis definiunt. Quis.
 Cice. Considera, quis quem fraudasse dicitur. Quis
pro tanto. Cic. Spero (quæ tua prudentia, & tem-
 perantia est) te id facturum diligenter. Pro quali.
 Cicero. Quis ego sum, aut quæ in me est facultas?
Quod pro quadam continuatione accipitur, siue
 cōnexionē, & cum, utinam, adiunctū habet. Teren.
 Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
quod utinam ne Phormioni id suaderes, in mentem
 incidisset. Appellatiui etiam uim obtinet, id est, remi
multis communem significat. Plaut. Quod boni
 est id, tacitus taceas tute tecum, & gaudeas. Sumi-
 tur quoq; pro propter quod, uel itaq;, uel quare, ut
 cum dicimus. Quod te oro. Qui modus est Latini
 sermonis, quo utebantur antiqui, cum aliquid timen-
 tes narrabant, ac deinde, ne quid tale eueniret obte-
 stabantur. Terent. Quod me accusat nunc uir, sum
 extra noxiam. Pro Quantum ad illud. Pli. Primus
 (quod equidem in ueniam) Alexander habet scri-
 nium unguentorum. Item dicimus. Quod ipsum,
 quod idem, quod unum. Cic. Nunc uidemur habitu-
 ri ducem: quod unum municipia, boniq; desiderant.
 Idem. Quod idē tu Lentule, uidiſti in ea lege, quam

Quis

Quod

de me tulisti. Siquis, siqua, siquæ, coniunguntur cum dictione, alius, alia, aliud. Plini. Nec uitia si qua sunt calant. Quicum idem est quod cum quo. Cicero. Nemo est omnium, qui cum potius mihi quàm tecum, id communisadum putem. Qui pro quemadmodum aduerbialiter, uel quo modo. Etia pro ut, uel, utinam, quare, quia, ponitur. Cic. Qui potest esse in eo sapientia. Terent. Qui referam sacrilego gratiam? Quid interrogatiua est particula, aut infinitè capitur, nunquam refertur, saepe uerò cum genitiuo ponitur. Cice. Quid facerent miseri? aut quid recusarent? Quid te futurum, pro quid de te futurum? ponitur. Cic. Quod si præterea honore dignus nomen est, quid tot ornatissimis ciuibus est futurum? Idem. Exponam breuiter, quid hominis fit pro Aliquid. Terent. Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat. Admiratiuè aut cum Emphasi. Ter. Eho quid Pamphilus? quid? symbolum dedit, cœna uit Idè. Quid, quid aliud uolui dicere. Pro ob quid, uel ppter quid. Terent. Quinam Pamphilū exanimatū uideo? Pro autè, cum fit transitus à mentione alterius rei ad alteram. Ci. Quid questio? quasnam habet partes? Contēnentis, uel iocantis. Cice. Nosti reliquos ludos, quid? ne id quidè lepōris habuerūt quod solēt mediocres ludi. Cum particula quod. Ci.

Quid

Siquis
Quicum

Qui

Quid

Quinam

Quid est quod tu alios accusas. Idē Quid, quod, se
 ista uera sunt, ratio omnis tollitur? Cum CYR. Cic.
 Quid est cur uerear, ne ad ea non possim accommo-
 dare Torquatos nostros. Cum quamobrem. Ci. Quid
 est quāobrem quisquam censorias subscriptiones etc.
 Cum Si. Terent. Quid est si non hoc cōtumelia est?
 Cum Ergo, uel Igitur. Cic. De hisce oibus rebus me
 dicere intelligo. Quid igitur est? non eodē modo de
 oibus. Cū Esse. Ci. Quid huic est cū Habito? nihil Cū
 Ita. Ci. Accusatis Sextū Rosciū, quid ita? quia de mā-
 nibus uestris effugit. Cum Tum. Terent. Quid tum
 postea? Quid pro in quo. Ci. Quid erat Africanus
 indigēs mei? Quid dicam, uel quid loquar, dicimus,
 cum aliquid nos tacere simulamus, quod tamen ex-
 primimus. Cic. Quid loquar? quanta ratio in bestijs
 appareat? Cum in oratione uacat. Cic. Quid? tu nē
 hoc tibi mandasse me existimas? Quod significat
uerum, cur, quamobrem, ut, uel utinam, & ferē iuri
gi solet cum particula si, uel nisi. Cic. Facile apparet
 quod me colat. Idem Quod si hoc fecisset, tamen ei
 ignosci cōueniret. Ecquis, ecquæ, ecquid, ecquod
idem est, quod quis, quæ uel quod. Neq; quicquam
addit, aut detrahit particula, & Cicero. Quæso,
ecquod tantū malum putas, quod in mea calamitate
non sit. Quidam, quædā, quoddam. Ci. Quem tu

Quod

+ Ecquis

Quidam

quibusdam literis ad cœlum extulisti. Idem Ea ex
 exercitatio quædam suscipienda nobis est. Quiddã
 Cic. Quiddam portenti simile esse uisum est. Qui
cunque, quæcunq;, quodcunq;, aliquando pro
 quali accipiuntur. Cic. Quicunq; is est, ei me profi-
 teor inimicum. Idem. Prætereundum arbitror, quæ
cunq; eius uel fortuna, uel meus fuit. Quispiam
 idem est, quod aliquis uel quidam. Cic. Vel alia quæ
piani rationes in id afferri possunt. Idem. Si grando
 quippiam nocuit. Quiuis. Cic. Id quiuis perspicere
 potest. Idem. Si tu solus, aut quiuis unus impetum
 in me fecisset. Quilibet idem est quod qui uis.
 Cic. Si uita agenda est certo genere quodam, non
 quolibet. Quisquam est aliquis. Et ponitur ne-
 gatiuè, interrogatiuè uel subiunctiuè, asciscitq; unum
 uel alium. Cic. Magnitudinem animi tui ne inflectas
 cuiusquàm iniuria. Idem Quisquam omnium mor-
 talium hoc faciat? Quicquam. Cic. Sine qua
 nihil egregium quicquam assequeris. Quisque.
 Ci. Ut si: quemq; fortunæ maximè poeniteat. Idem
 Grauisima quæq; uehementissimè necessaria est.
 In quo quisq; artificio excellit, is in suo genere Ro-
 scius dicitur. Quisquis est idem quod quicunq;.
 Cic. Colendus est maximè, quisquis his uirtutibus
 erit ornatus. Quicquid infinite capitur. Cic.

Id mihi

Id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est. Quicque. Cice. Vt quicq; primum gestum erit, ita primum expouemus. Quidnam. Cice. Quisnam tuebitur Scipionis memoriam mortui? Quisnam. Cic. Præcipuè id scire uolebant, quid nam hostes putarent. Qualis relatiuum est alicuius rei naturam declarans. Ponitur interrogatiuè, uel infinite: aliquando pro qualiter sumitur. Ci. Talis ille est, qualè eum esse scripseras. Idem Qualè me esse & numerari uolo. Idè. Hoc per ipsos deos, quale tandem est? Qualiscunq; idem est quod quicq;, uel cuiusmodi, aut quaslibet. Ci. Hoc qualecunq; esset te scire uolui. Qualislibet, qualis qualis idè est, quid qualiscunq;. Vlp. Quali quali obligatione à debitore interposita &c. Qualitas est secundū quod, quales dicimur, ut albedo, nigredo. Qualitates sunt, quòd secundū eas, albos, nigros esse dicimus. Colu. Qualitatem littoris nostri contemlemur. Qualiter. Plu. Antiquis torus è stramèto erat, qualiter nunc etiam in castris. Qualitercunque est uicunque. Colu. Qualitercunque obruas sustinet coloni negligentia. Talis est huiusmodi, eiusmodi, eiuscemodi, eius generis, id genus, huius exempli, perinde, ita sic. Ac poni solet sum quali, uel cum aliquo, ut cum ut, aliquo uel cū

Quicque
Quidnam
Quisnam
Qualis

Qualiscunq;
Qualislibet
Qualitas

Qualiter
Qualitercunq;
Talis 3.

aut, ac. Cic. Tale ac tantū iusiurandū non præstandū erat Idem Conandū est, ut quales simus talis esse uideamur. Taliter est perinde, uel tali quodā modō Cic. Audiueram nemini taliter licere. Quantus uel relatiuum est, uel indefinitum, uel interrogatiuū referturq; ad numerum et pondus & mēsuram, & tam de personis quā de rebus dicitur. Ci. Dixi tanta contentione, quantum forum est. Terent. Tu quātus es, nihil nisi sapientia est. Quantū in me est, uel in te est. Cic. Non te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Quantulus diminutiuum est quanti. Cic. Id quantulum est? Quantuscunq;. Ci. Totum hoc quantumcunq; est, tuum est. Quantuluscunq;. Cice. Ex eo quod dico, quantulūcunq; id est, iudicari potest. Tantus quantitatē significat, quasi tam multum, uel tam magnū. Ci. Equitatus tantus erit, quantum esse uolet. Tantulus diminutiuum est tanti. Cic. Vt uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. Tantillus est tantulus. Terent. Quem ego modō puerum tantillum in manibus gestam meis Quotus. Cicero. Quotus quisq; est, qui teneat artem numerorum ac modorum? Totus est omnis, cunctus, uniuersus, plenus, integer, solidus, uel ex omni parte. Dicimus etiam aliquem totum esse

Taliter
Qualiter

Quantuluscunq;

Tantulus

Tantillus

Quotus
Totus

nota

in re aliqua, id est totus uiribus in rem aliquam ni-
cumbere . Ceceor . Ei te totum trade . Idem . Tota
mole incumbe in hanc rem . Ipse . Ciero . Ea ipsa
hora acceperam literas tuas Idem . Ego ille ipse uindex
eris alieni . Cicero . Quibus idipsum non licet nega-
re . Iste modo ad demonstrationem, modo ad con-
ceptionem ponitur . In neutro genere sepe dicimus
istuc, pro istud . Cice . Quanti libertas ista estimari
da est . Hic, hæc, hoc . Cicero . Hunc istum pa-
cis hostem ferre non debemus . Idem . Hoc commodi
est, quod uixerunt, ut testes omne &c . Cum compa-
ratiuo admittit, quod, uel quo . Cice . Hoc maius ha-
bes testimonium amoris mei, quod maturius &c .
Cum est explicantis . Cicero . Erat tum consul Hor-
tensius in summo Imperio, & potestate: ego au-
tem ædilis, hoc est paulò amplius, quàm priuatus .
Hiccine . Cicer . Hiccine est ille, qui urbem? Is
ea, id . Ci . Ego is sum, cui uel maximè concedant
omnes, ut &c . Idem . Negauit, neque id sanè diu .
Idem, eadem idem pro unò, pari, perpe-
tuo, uel gemino . Cice . Idem sunt, qui fuer . am . Idem .
Hoc idem ualere debet, ac si pater indicaret . Sui,
meus, tuus, suus noster, uester . Vi-
de primum Tomum . Nostras idem est quod è
nostra gente, uel patria; & Vestras idem est quod

Iple

Iste

Hic hæc
hoc

Hiccine

Ira id.

Idem eadem
idem

à uestra. Cice. Capior facetijs maximè nostratibus.
DE ADVERBIIS.



AHINC idem est, quod ex hac die, accusatiuo & ablatiuo iungitur. Cice. Quo tempore? ab hinc annis quindecim. Adhæc proprie præterea. Cice. Adhæc prædia incensa dedicauisti: mitto, quod aliena. Adhuc significat etiam nunc, iam tum. Vel tunc, hactenus, uel ad hoc tempus. Cice. unam adhuc à te epistolam acceperam. Admodum est ualde, satis, quasi iuxta modum, id est mediocritatem, ferè. Cic. Qui me admodum diligunt. Idem Res admodum paucis salutare est. Adeò est usq; eò, sicut, ualde, uel etiam. Iungitur cum particula atq; uel, magis, uel ut. Aliquando præmittit pronomem id. Comiciis est particula expletiva ad sermonis ornatum, adhibita. Cice. Hanc adeò habeo gratiam tibi. Idem Id adeò ex me cognoscite. Aliàs est aliquando, uel alio tempore, aliter, uel alioqui. Ci. Aliàs iocabimur. Idem Aliàs contentius, aliàs remissius dicendum est. Quando idem est, quod cum, ubi, quia, uel quoniam. Cicero. Quam quando complexus es, tene. Quandoq; est aliquando. Cic. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque ueniat. Si
quan

quando pro si aliquando ponitur. Cic. Si quando hæc incidunt id faciendum est. Aliquando est aliàs, nōnunquam, interdum, quodam, uel aliquo tempore, uel tandem. Cic. Velim aliquando puerum uisus. Idem. De controuersijs uult dijudicari sero: sed aliquando tamen. Nunquando. Cic. Scire uelim nunquando uexillum extuleris ad defendam Rempub. Quandoquidem pro quia uel quoniam. Cic. Quandoquidem in prælio mihi affuisti. Nonnunquam est interdū. Cic. Te nonnunquam à me alienarunt. Nunquam est nullo tempore. Cic. Videre mihi uideor tantam dimicationē, quanta nunquam fuit. Nusquam est in nullo loco. Cic. Commoraturum me nusquam sanè arbitror. Unquam. Ci. Isocrates præstat omnibus, qui unquam orationes attigerint. Usquam, Cic. Nullus usquam delectus. Usquam & nusquam contraria sunt. Cic. Si ubi consistat usquam, Dolobella habet. Alioqui, uel alioquin. est aliàs. Cic. Minima olim istius rei fuit cupiditas: alioquin multa extarent exempla maiorum.

Quoties, uel quotiens. Cic. Verum quoties, & quot nominibus auferes? Quotiescunq;, uel quotienscunq;, est quocunq; tempore. Cic. Quotiescunq; me petisti, per me tibi obstiti. Toties

uel totiens. Cic. Velim mihi ignoscas, quod ad te
 scribo tam multa toties. Interdum est nonnun-
 quam. Terent. Cibum nonnunquam capit, cum ea,
 interdum propè dormiet. Sæpe est frequenter
 magna ex parte, uel identidem. Cic. In hac causa
 multum, & sæpe uersatus est. Per sæpe. Cicer.
 Ficta ea per sæpe sunt, & falsa. Sæpenumero
 est idem, quod sæpe. Cic. Sæpenumero mirari so-
 leo. Identidem est sæpe, uel frequenter. Cic.
 Reuoluo identidem in Tusculanum. Subinde
 est frequenter, uel deinde, uel statim post. Plin. Erit
 mihi pergratum hanc effigiem eius subinde intueri,
 subinde respicere, sub hac consistere. Semel po-
 nitur pro ad summam, uel in summa; uel pro omni-
 no, & prorsus: ita ut iterum obtineri non necesse
 sit: & sic uicinum est ad penè nunquam. Vel est ir-
 reuocabiliter. Vel est non diuisim, & uno tempore.
 Nam quod semel fit, nullam recipit diuisionem. Cic.
 Antonius semel induxit animum, sibi licere, quod
 uellet. Iterum est rursus, uel denuo. Cic. Id ut re-
 experiatur, iterum & sæpius te rogo. Bis idem
 significat quod semel geminatum. Cic. De quo tu
 mihi antea scripseras bis eodem exemplo. Ter.
 Cic. Vnde uix ter in anno audire nuncium possunt.
Tertiò. Terent. Non herclè ueniam tertiò.

Quater. Verg. O terq; quaterq; beati. Quin
quies, sexies, septies, octies, &c. Hic loci est
 hoc aduerbium. Cic. Hic ego multa simul cogitavi.
 Idem. Hic tu miraris? Huc, Cic. Huc te pares,
hec cogites, ad hac te exerceas. Idem. Quæ pars
 hominem huc, & illuc rapit. Hac. Cic. Hac ex
 ercitus ducet. Hinc. Cic. Boni hinc quod expe-
 ctes, nihil est. Hoc. Cic. Plaga hoc grauior est,
 quo est missa contentius. Istic. Cic. Vt ibi malis
 esse, quàm istic. Istuc. Cic. Cum istuc uenero, de
 ea re conficiam. Istac. Cic. Memoria tenes, cum
istac iter facerem, de ea re me tecum locutum.
Istinc. Cic. Qui istinc ueniunt, superbum te esse
 dicunt. Illic. Cic. Illic narrant mira eo tempore
 accidisse. Illic. Cic. Huc atq; illuc intueri debet.
Illac. Cic. Non illac me transiturū puto. Illinc.
 Cic. Post exercitu sollicitato fugit illinc. Eò Cic.
Eò pluribus scripsi. Idem. Eò plus apud hominem
 facillimum enitere. Quò. Cic. Non eò id dico, quò
 mihi ueniat in dubium tua fides. Sumitur etiam pro
 aliquid. Cicero. Quò mihi Martis signum? Quà
 Cicero. Quà, & quò nihil scimus. Accipitur
 quoque pro partim, qua parte, uel ratione. Cicero.
Quà dominus, quà aduocati sibilis conscijsi sunt.
Quàcunq;. Cic. Quàcunq; iter fecit, pestem
 persuasisse

persuasiffe diceres. Vbi est idem quod quò loci. Ponitur etiam pro simul, ut, uel post quàm. Cicer. Nemo est, quin ubiuis; quàm ibi, ubi est, esse malit.
 * Idè. Vbi galli cantũ audiuit, discessit. Vbicunq; est quocunq; loco. Cic. Vbicunq; es, in eadem es nau. Vbiuis, Vide supra. Vbicq; est in omni loco. Plin. Vbicq; terrarum hæc reperiuntur. Vbi ubi est ubicunq;, uel statim, ut Cic. Nunc ubi ubi sit animus, certè quidem in te est. Vbinam. Cic. O dij immortales, ubinam gentium sumus? Vbi primum. Cic. Vbi primum illud scit, Senatores conuocat. Aliubi pro alibi. Plin. Aquatilia genera aliubi, atq; aliubi meliora. Nunc ubi est nunquid alicubi. Terent. Nunc ubi meam benignitatem sensisti in te claudior? Sicubi, est si alicubi. Cic. Sicubi id inciderit, uelim sic facias. Aliubi est uspiam, uel usquam. Cicer. Si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi. Ibi est in loco, uel pro tunc, uel tum ponitur. Cic. Nemo est, quin ubiuis quàm ibi, ubi est, esse malit. Ibidem est in eodem loco. Cic. Ibidem ilico puer ad te cum epistolis. Inibi est ibi, uel sic, uel mox. Cicer. Quod sperare nos quidem debemus aut inibi esse, aut iam esse confectum, &c. Vnde est ex quo loco, uel à quo loco. Est etiam, ex qua causa, ratione, uel fundamento.

mento. Cic. Hem mea lux, unde omnes opem petere solebant. Vndecunq; est ex quocunq;, uel quolibet loco. Liuius. Bellum undecunq; cum Annibale Consulibus mandatum est. Vndelibet. Cicero. Istud quidem facile fuit undelibet inuenire. Vndiq; est ex omni parte. Cic. O rem undiq; miseram. Sicunde est si alicunde. Cic. Sicunde pote, erues. Alicunde est ex aliquo loco. Terent. Venit meditatus alicunde. Aliunde est ex alio loco. Cic. Quòd scribis, non quo aliunde audiueris, sed te ipsum putare, &c. Inde ponitur pro, ob id, ob eam rem, propterea, pro hinc est, ut reddat rationem, pro deinde. Dicimus quoq;, iam inde ab initio, uel principio. Cic. Qui ueniunt inde, id modo nunciant. Idem. Inde incipiemus narrare, unde necesse erit. Liuius. Iam inde ab initio minime letus nouæ origine urbis. Idem. Inde tibi, tuæq; reipub. quod imiteris, capias. Passim est sparsim, uel passu distante, ut pecus passim pascitur. Est etiam ubiq;, undiq;, uel quomodo libet. Cic. Ille it passim, ego ordinatim. Intus. Cic. Intus inclusum periculum est. Intrò, Plaut. Ite intrò, citò. Introrsum, uel introrsus est quasi intra uersus, uel maximè intrò. Liuius clamabant Tribuni, nihil introrsus roboris, ac uirium esse. Penitus est ualde

ualde interne, seu intrinsecus, uel in intima parte, & secreta. Vt cum dicimus, Penitus me nosti, hoc est, intus & in cute. Est etiam prorsus, ualde, omnino. Cic. Quæ cogitatio penitus infederat. Idem. Omnes animo uirtutes penitus compræhenderat. Bene penitus. Cic. Qui & sui quæstus causa, & fortasse quòd sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sedebit. Intrinsicus. Columel. Lata uasa in modum pastinarum fieri iubebat, eaq; intrinsicus, & extrinsicus: & ita diligenter picata erant. Extrinsicus. Cicero. Quod uitem tuetur est id extrinsicus. Foris. Cic. Ego si foris coenitarem, id ex eo putarem accidisse. Foras. Cic. In ea domo nihil gerebatur, quid foras proferendum esset. Forinsecus est foris. Plin. Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus. Cominus est propè, uel à propè. Cic. Qui me epistola petiuit ad te ut uideo, cominus accessit. Eminus est è longinquo. Cic. Nec excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladijs uteretur. Procul idem est, quod longe, uel longius. Cic. Procul absum à re ipsa. Terent. Quis illhic est, quem procul uideo? Proculdubio. Suet. Reliquit filiū omnibus gentis suæ proculdubio præferendū. Iam, est statim, mox, cōfestim. Aliquando est

est properantis, & se aliquid protinus facturū indicantis. Aliquādo increpationē moræ habet, aliquando renunciationē perpetuitatis designat, uel est pro tarditatis signo, & pro incerto, & non constituto tempore, & pro posthac. Aliquando pro tunc temporis. Cic. Iam quid ego commemorē? Idem. Iam ab illo tempore, cū iam in Italiā uenisti, te amare cœpi. Iam iam est repenti, uel mox. Cic. Iam iam intelligo, Crasse quid dicas. Iam iamq; . Cice. Tibi iam iamq; id faciendum est. Iam inde. Li. Iam inde à paternis certaminibus inuisus erat. Iam inde usq; à . Ter. Mihi magna cū eo iam inde usq; à pueritia semper fuit familiaritas. Iam inde antiquus. Li. Hi sunt iam inde antiquitus Castellū agreste genus. Iam nunc est idem, quod nunc facitq; certi tēporis, quod præsens est, iudicationē. Cic. Quæ cum cogito, iam nunc timeo. Iam primum, pro nunc primū usurpatur, hoc est, tantū nūc, uel nunc solū. Ter. Iam primū hæc se à Pamphilo grauidam dixit esse. Iam usq; . Cic. Vetus opinio est iam usq; ab heroicis dicta temporibus, &c. Aliquantisper est aliquantulum tempus. Terent. Concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper. Dum. Ponitur pro quando, modò, dūmodo, tantisper dum, interim, interea, tandiu. Iungitur etiam cum uerbis morari, opperiri, uel expectare.

Cic. Dum ne id fiat, omnia perferam. Idem, Noli expectare, dum tibi gratias agam. Terent. Expectabo, dum ueniat. Nihil dum est nihil adhuc, uel nondum. Cic. Eum nibildum suspicantem ad me uocui. Nondum est nihildum. Cic. Nondum dico, quàm hæc signa nulla sint. Dummodo est modo, ut, uel si modò, aut modòne. Cic. Dummodo ne continuum sit. Nunc est hoc tempore, uel in presentia. Cic. Dic nunc te ab eo esse circumscriptum. Aliquando non significat tempus. Cic. Et si in huiusmodi genere nihil esset, nisi falsum, atq; imitatione simulatum, maior ars aliqua esset requirenda. Nunc ergo quid dicam? Nunc erat, Cic. Nunc reus erat apud Crassum diuitè Vectius. Pro sed, Cicero. Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo, & uino, confusa & perturbata cernimus. Nunc est. Terent. Nunc illud est, quod si omnes sua consilia conferunt, &c. Pro nunc tale negotium est, uel periculum. Nunc nuper. Terent. Menadri phasma nunc nuper dedit. Nunc iam. Cicero. Nunc iam sum expeditus. Nunc uerò iam, Cic. Paucorū cupiditati tum cum obistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc uerò iam adempta est, non modò resistendi, uerum
 etiam.

Etiam suppeditandi facultas. Nunc primum est nunc iam, uel primò. Terent. Nunc primum audio, quid illo sit factum. Nunc demum. Ter. Nunc demum uenis? Nunc deniq; Columel. His diebus locis frigidis prima uinearum fossio utiq; ante Idus peragenda est: quæq; mense Martio post confectum æquinoctium feri debuerunt, nunc deniq; quàm primum exequenda sunt. Tunc significat eò tempore. Cic. Erat tunc excusatio oppressis. Nuper est paucis ante diebus, uel annis, uel seculis, non longo antè tempore. Cic. Nuper, cùm te iam aduentare arbitraremur, &c. Dudum. Cic. Dudum circumrodo, quod de uorandũ est. Quandudum est quàm longo tempore, quanto tempore interuallo. Teren. Modo introij. S. Quasi ego quandudũ rogem. Plerunq; interrogãtis est. Plaut. Quandudum isthuc factum est? Iandudum: Cic. Vides sudare me iandudum? Pridem est quasi prius die. Cic. Quod ad me pridem scripseras. Iampridem, longius tempus designat, & est iamdiu. Cic. Nihil iampridem sum magis admiratus. Olim est nuper, antè, aliquãdo, quandoq; iam dudũ, iampridẽ, iam longo tempore. Ci. Ad amorem meum aliquantũ olim discedens addidisti. Quintil. Sunt elari quoq; hodie eiusdem operis autores, quã

olim nominabantur. Iam olim est iam longè tempore. Cicer. Iam olim à principio illud statueram. Quondam remotius tempus significat, et longius quàm olim, este tiam dudum, uel pridem. Cic. Nos sibi quondam ad pedes stratos non subleuabat. Idem. Curionem quondam contio reliquit. Illico, est continuo, confestim, uel statim. Cicero. Magna illico fama surrexit. Statim, est continuo, mox, quàm mox, protinus, iam iamq; quàm primum, confestim, actutum, è uestigio, repente, sine ulla mora, nulla interposita mora, sine recusatione, abiecta omni cunctatione, primò quoq; tempore. Cicero. Statim, ut ille prætor factus est, Pompeium oppugnauit. Confestim. est statim. Cicero. Confestim Iconium ueni. Actutum, est statim. Terent. Aperite aliquis actutum ostium. Protinus, est continuo, uno, eodemq; tempore. Cicero. Illum arbitrantur protinus in Siciliam profecturum. Mox. Cicero. De somno bono mox, ut dixi iudimus. Quam mox, Cicero. Non necesse est expectare, quàm mox iudicium fiat. Tantisper, est interim, uel interea, uel tandiu. Cicero. Tantisper dum efferuescet, hæc gratulatio. Aliquantisper, est aliquantulum

Solum tempus. Plaut. *Aliquantisper concedere hinc mihi intrò libet.* **Aliquoties, uel, aliquotiens.** Cicero. *Hanc causam aliquoties apud te egit.* **Aliter, est alio modo, uel contrà, uel alioqui.** Cicero. *Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio.* Idem. *Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias.* **Solum est tantum, uel modò.** Cicero. *Nos nunciationem solum habemus.* **Tantum.** Cicero. *Non dicam quid acciderit, tantum dicam, &c.* **Tantum non, est fermè.** Liuius. *Cum hostes tantum non accersierint, exercitus conscribi non patiantur?* **Tantò.** Cicero. *Tantòne minoris decumæ uenierunt, quàm fuerunt?* **Repentè, est statim, uel subito.** Cicero. *Repentè seruorum armatorum fit concursus.* **Derepentè, est repentè.** Cicero. *Si, cum hoc domi faceremus, tu de repentè erupisses, & clamare coepisses, &c.* **Repentinus, pro improviso ponitur, in spe rato, inexpectato uel inopinato.** Cicero. **Repentinò, est repentè.** Cicero. *Moritur repentinò.* **Cito, est celeriter, uel maturè.** Cicero. *Puto citò me ad te esse uenturum.* **Citius, est ocyus celerius, uel potius.** Cicero. *Vox me citius defecerit, quàm nomina criminum.* **Subitò, est repentè.**

Cic. *Properanti tabellario literas subito dedi. Interea est tantisper, uel hoc interim spacio.* Cic. *Interea cessabis.* Ponitur etiam pro tamen. Cic. *Cum interea uestigiū nullum Cluentianæ pecuniæ inuenitis.* Interim, est interea. Ci. *Interim uenit iudex.* Antea est ante illud tēpus, siue quasi ante ea. Ci. *Quod ad te antea scripsi, acriorē me fecisti.* Ante hac est antea. Ci. *Atq; ante hac sperare quidē licebat, nunc etiam illud ereptum est.* Antequam. Ci. *Antequā aliquo loco cōsederō, literas à me non habebis.* Priusquam est antequā. Ci. *Priusquā me dormitū conferam, nō reperio, quid potius faciam.* Prius est antē, uel antea. Cic. *Ad te antea, atq; adeō prius scripsi.* Postea est secundū ea, uel reliquo tempore. Cic. *Quid postea si Romæ fuit?* Posteaquā, Cic. *Posteaquā profectus es, id accidit.* Posthæc. Cic. *Inde ambulauit in litore, posthæc in balneum.* Posthac. Cic. *Posthac si quid opus erit, facies ut sciam.* Quousq; est quam diu uel quem ad finem, quoad, uel quatenus. Cic. *Quousq; ista dicis?* Quoad est quo usq; uel quandiu. Cic. *Quoad tibi æquum, et rectū uidebitur.* Hactenus, est ad hunc diem, uel adhunc finem, quasi usq; ad finē, uel hucusq;. Cic. *Hæc hactenus, redeo ad urbem.* Eatenus est hactenus,

usq; dum, usq; ad eum finē, usq; eo, quo ad, uel usq; eōne. Cic. *Dij eatenus nobis declarantur, quò ipsi uolunt.* Parum est paulum, modicū, paululum, leuiter, ad exiguū tempus, minus, uel non. Cic. *Cum parum memineris, quò concesseris, ita faciendum est.* Parumper, est paulisper aliquantum, ad breue tempus. Cic. *Abduc parumper animū à molestijs.* Omnino ponitur pro utiq;, usquequaq; planè, prorsus, uel funditus. Cic. *Vt ne quis omnino rogem reijceret.* Sensim est petedentim, uel leuiter. Cic. *Oratio sensim, ac leuiter accendit animos.* Valde est uehementer, admodum, mirum, uel maiorem in modum, egregiè non mediocriter, impensè, uel magnificè. Cic. *Epistola tua ualde me leuauit.* Vix est cum difficultate, uel egrè. Cicer. *Vix tandè legi literas dignas Appio.* Vixdum Cic. *Cum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses.* Instar significat ad æqui parationem, uel magnitudinem, uel mensuram. Cic. *Quæ fuit non uici instar, sed urbis.* Seorsum est separatim. Cic. *Seorsum hoc ab illo tractandum.* Speciatim est nominatim. Cic. *Messenius legem speciatim de salute mea promulgauit.* Nominatim est præcipue, uel maximè, uel speciatim. Cic. *Duo sunt quæ te nominatim rogo.* Præcipue, est potissime,

Non tu ei dixisti, ut essem? Nonne. Cicero.
 Nonne ita est? Sic. Plaut. Sic est uera prædi-
 co. Cicero. Apud eum sic fui, tanquam domi mea.
 Sic sum est, eo ingenio, uel ijs moribus sum.
 Terent. Sic est ingenium. Siccine, pro an sic?
 uel si ne? Cice. Siccine eos censes in armatum ho-
 stem impetum fecisse? Ita, est affirmantis.
 Plaut. Nempe ego in somnis? ER. Ita. Ita est,
 Terent. Hic quoque bonam magnamq; partem ad
 te attulit. Terent. Ita est. Dicimus etiam: non ita
 magnus, multus, ualde, longè, dudum, pridem, &c.
 Cicero. Non ita multum spacij est. Dicimus quoq;
 Ita aiunt, ita prædicant, ita ferunt. Terent. Ita
 prædicant. Ita esse, pro talem esse. Terent.
 Ita est homo. Ita rem esse, pro ita res se ha-
 bet, uel res in eo statu est. Terent. Non pol-
 quò quenquam plus amem, aut plus diligam, eò
 feci, sed ita erat res, faciendum fuit. Ita ut.
 Cicero. Perspicere uideor, ita natos esse nos, ut
 inter omnes esset societas quedam. Ita, pro
 igitur. Cicero. Ita nobilissima ciuitas Græciæ,
 & olim potentissima sepulchrum ciuis sui igno-
 rasset, &c. Pro itaque. Cicero. Virtus actiuosa
 est, & deus uester nihil agens, expers uirtutis

igitur, ita ne beatus quidē est. Ita, quemadmodum.
 Cic. Quæsturam ita gessi, quemadmodum cognouistis. Ita, quasi. Cicero. Quæ in re ita diligens erat, quasi ij, qui magna fide societatem exercent. Cum. Optantis uel assentientis. Terent. Ita me diu ament, honestus est. Itāne est sciscitantis, uel commiserantis, uel indignationis nota. Cic. Itāne uerò tu tua pericula, communi periculo defendes? Certe est profecto, sine ulla controuersia. Cic. Quod quidem certè enitar. Certò. Cic. Certò uidentur hæc aliquò eruptura. Næ, est ualde, nimis, utiq; uel profecto. Cic. Næ tu me sollicitudine magnaliberaris. Profectò, est quidem, uel certò. Cic. Non est ita iudices, non est profectò. Sanè, est næ, hercle, satis, multum, ualde, uel porro. Cic. Sanè moleste Pompeium id ferre constabat. Sanè quàm. Cicero. Sanè quàm literis tuis sum commotus. Planè, est clarè, apertè. Cicero. Epicurus, ut opinor, nec uult planè, & aperte loqui, nec de re obscura, ut Phisici, pro omnino, funditus, uel penitus etiam ponitur. Cicero. Si planè à nobis deficiis, moleste fero. Pro certè. Plaut. Planè hercle hoc quidem est. Utiq; est certè, uel omnino. Cicero. Illud utiq; scire cupio. Nimirum, est utique, certe, nam, uel nempe.

Cicero

Ci. Nimirum id fuit: soluendo enim non erat. **Her**
cle est sine dubio, & iurandi aduerbium. **Cice.** Et
 hercle erit ignominia. Idē. Vno me hercle. **Catilina**
 exhausto, releuata mihi, & recreata, respublica.
Hercule. **Ci.** Et hercule confecta sunt omnia dili
 gēter. **Hercules** est idē qd' hercle uel hercule.
Ci. **Hercules** totus in id incubam. **Mediusfidi-**
us, **Cic.** Virum mediusfidius tecum diem libentius
 posuerim. **Non.** **Cic.** Non possum eius non dole
 re. Idem. Equidem doleo non me tuis literis certio
 rem fieri. **Non** modo. Dicunt Latini eleganter, non
 modo, sed etiam: non modo, sed ita: non modo, ue
 rum etiam: non modò, sed ne: non modo non, sed et
 iam: non modò non, sed ne, non modò non, sed pòtius
non modò, pro non solum non: non modò, pro ne
dum. **Cic.** Militem non modò legionarium, sed ne
auxiliarium quidem ullum relinquere uoluit. **Nec**
Cice. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa
 esto. **Necdum** est non adhuc. **Cic.** Cassius inepa
 tas literas misit, necdum Bibuli erant alatae. **Nec**
ne. **Cic.** Parthi transfierunt, necne, præter te uideo
 dubitare neminem. **Necnon** est etiam. **Cicero.**
 Necnon meam mentem domum sæpe reuocat exa
 nimata uxor. **Nequando** significat ne ullo tem
 pore. **Terent.** Metuit semper, quam ipsa nunc capit

Negativa

Nec

Necdum

fructum, ne quando iratus tu te aliò conseras. Ne-
 que significat nec. Ci. Neq; sunt isti audiendi, qui
 uirtutem duram, & quasi ferream esse quondam
 uolunt. Nequedum est nondum. Cice. Eius rei
 maturitas nequedum uenit, & tamen iam appropin-
 quat. Nequaquam est non, minimè, nullo pa-
 cto, uel nulla ex parte. Cic. Nequaquã tantum in-
 ter eos interesset. Nequicquã est non, nihil, fru-
 stra. Cic. Et serò & nequicquã pudet. Neuti-
 quã est nequaquam, uel nullo modo. Ci. Cui te sociũ neuti-
 quam puto esse oportere. Haud est non. Cic. Vi-
 de, quã Philosophos haud nos frustra existimas.
 Haudquaquã est nequaquam. Cicero. Haudqua-
 quã, id est difficile. Minus est non, uel parũ. Ci.
 Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus. Et
 iungitur uel nominatiuo. Liuius. Minus duo millia
 hominũ effugerunt, uel accusatiuo. Liuius. Nũquam
 nix minus quatuor pedes alta iacuit. Vel ablati-
 uo. Cicero. Minus tribus medimnis in iugerum nemo
 dedit. Minimè. Cicero. Hoc ego præsenti inep-
 tus esse minimè in extremam. Terent. Meritonè
 hoc meo uidetur factum? D. Minimè gentium. Mi-
 nimum, uide primum Tomum. Simul, signi-
 ficat in unum, unũ, pariter, uel communiter. Cicero.
 Dum modo simul simus, omnia facile negligo. Si-
 mul

mul cum. Cicero. Abiecit uoluntatem discendi
 simul cum spe perdiscēdi. Simul tecum, me
 cum. Cice. Quas res tecum simul didici. Idem. Se-
 natus autoritas mecum simul reducta est. Simu-
 lai, est quā primū, statim, uel postquam. Cice.
 Ut, simul ac posita sit causa, habeant, quò se refe-
 rant. Simul ut. Cicero. Omne animal, simul ut
 ortum est, simul & seipsum, & omnes partes suas
 diligit. Simul uerò. Cicero. Romanos ciues oc-
 cidit, simul uerò semissis homo contra me arma tu-
 lit. Simul &. Cicero. Simul & illud cogita. Si-
 mul primū. Liuius. Cum ciuitas in opere, ac la-
 bore reficiēde urbis teneretur, interim Q. Fabio,
 simul primum magistratu abiit, à Ci. Martio. Tri-
 buno dies dicta est. Simul ac primum. Cice.
 Simul ac primum potestas data est, adeunt hi, quos
 dixi. Simul atq;. Cic. Ut simul atq; hostis supe-
 ratus esset, ager omnes araretur. Simul pro de-
 inde, etiam, uel præterea. Cicero. Et simul in mon-
 tem tibi ueniat, facito, quemadmodum huiusce ui-
 tam depinxeris. Simul geminatum. Liui-
 us. Nusquam benignè legatio audita est, adeò
 simul omnes spernebant, simul tantum in medio
 crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant.

Vnā

Vnà est simul, pariter, uel communiter. Cic. Si in Italia. Pompeius consistit, erimus unà. Pariter est simul, uel unà Cice. Quam pariter, qui hac iter faciunt, uestrum esse audiunt. Idem. Pariter cum uita sensus amittitur. Similiter est pariter, simili ratione, item, eodē, uel uno modo, aut sic. Cic. Quæ similiter desināt, aut quæ cadūt similiter. Idem Similiter facis ac si me roges. En. Ci. En hic ille est. Idē. En ego tot testimonijs. Ecce significat repentinū aliquid, uel insperatum. Cice. Ecce aliæ delitiæ Equitum uix ferendæ. Ecce tibi. Ciero. Ecce tibi, qui eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo esset iudicandum. Eccum, ecce, eccas, eccas & idem est quod ecce illū, uel illam. Teren. Prouiso quid agat Pamphilus: atq; eccum. Idem. Eccos quos uidebam. Imò est etiam, uel atq; etiam, arò etiam, quin potius. Cicero. Causa igitur non bona est, imò optima. Teren. Imò enim uerò infelicitè id accidit. Quin imò est imò uero, uel imò etiam, uel quin etiam. Cic. Quin imò inter se leuiter dissident. Quin etiam est quin imò, atq; etiam, quin, præterea. Cic. Quin etiam memoria nostra id factum est. Potissimum est quàm maximè. Cic. Querenti mihi, quid ad te potissimum scriberem id respōdi. Potissimè est potissimum. Cic. Hastenus mihi uideor de ami-

de amicitia quid sentirem, potissimè. Age. Cic.
Age uerò, laudo aliquem, num offendo? Terent.
Age, fiat. Agite est hortantis. Plaut. Agite, faci-
tote, sonitus unguularum ut appareant. Age-
dū. Terent. Agedum, hoc mihi expedi primum.
Agitedum. Liuius. Agitedum, ite mecū. Eia
uel est hortantis, uel correctionem significat. Teren.
Eia, ne parum leno fies. Cedò pro dic, uel exhibe
ponitur. Cic. Cedò, mihi ipsius. Verris testimonium
recita. Mecum, tecum, secum, nobiscum, uobis-
cum, quibuscū. Ci. Multa mecū ipse reputaui. Vide
primū Tomū. Vtinā optantis ut est dij faxint, dij
fācerēt, uel fecissent. Cic. Vtinā ipse Varro incubat
in causam. O aduerbium est optantis, uel uocantis
uel excitantis, & inest admirationis species, uel ex-
probrantis. Ci. O consuetudo peccandi quantum ha-
bes &c. Cum dolentis est, uel cōmiserantis. Ci. O me
perditū, ò me adflictum. Cice. Cum admirantis est,
uel letantis. Cicero. O expectatas mihi tuas literas.
Sicut est æque ut, item ut, uel similiter atq;, tan-
quā, uelut. Cice. Hac in re scripsi ad eum, ut tuo
iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. Sicuti,
est sicut. Cice. Tum ipsius hominibus causa (sicuti
facitis) uelle, & optare debetis. Velut, ueluti,
Cice. Ideo multa conuecta sunt, aliud alio tempore,
uelut

uelut hoc. Ceit. Pli. Argumento animalium, quibus
 semper defossa uiuunt, ceu talpæ. Perinde est
 ita. Cice. Cum particula ut. Cice. Non perinde, ut est
 re, absens percipere potuisti. Sine particula pro
 æque, ualde, admodum, similiter, uel pariter poni-
 tur. Cice. Viuendi artem tantum, tamq; operosam,
 & perinde fructuosam relinquerent. Cum ac.
 Cic. Philosophia non perinde, ac de hominum est ui-
 ta merita, laudatur. Perinde ac si. Cice. Quod
 ego perinde tuebar, ac si usus essem. Perinde
 atq; Liuius. Perinde atq; urbe capta exultabant.
 Perinde quasi. Cicero. Hæc perinde loquor,
 quasi debueris &c. Perinde quàm. Suet. Nul-
 la re perinde motus est, quàm responso. Quasi,
 quodammodo, uel tanquàm, aut ita ut, significat.
 Cice. Quasi tua res, aut honos agatur, ita laboras.
 Quasi uerò, est perinde quasi. Cice. Quasi uerò
 ad cognoscendum ego ad illos, non ille ad me uenire
 debuerint. Tanquam est quasi, quodammodo,
 ac, iuxta, ac, ut loco, uel quemadmodum. Cice. Apud
 eum sic fui, tanquàm domi meæ. Præterquam
 est nisi. Cic. Nullas, præterquàm ad te, dedi literas.
 Præterquam quòd. Cice. Id præter quàm
 quòd fieri non potuit, ne fingi quidem potest. Præ-
 terq; si. Pli. Tergore sunt ad scuta, galeasq; im-
 penetrabili, præterq; si, humore madeant. Præter

Quam etiam. *Liuius*. Præterquam maiestate
 petentium, religione etiã attoniti homines creauerunt
 omnes patritios. Tam est æque, adeò, uel ualde.
Cic. Ego hæc tã acerbã esse non puto, quã audio.
 Quã est nisi, ac, atq; uel atq; ut. *Cicero*. Suscepi
 plus, quã quantum præstare possim. *Idem*. Expo-
 sui, quã breuissimè potui. Postquam est ubi,
 ut, simul, simul ut, simul atq; *Cic.* Postquam non po-
 tui, mihi ipsi finem feci belli. Quamprimum
 est primo quoq; tempore, uel sine mora. *Cic.* Hortatus
 sum, ut quamprimum *Reipub.* subucnires. In
 primis. *Cic.* Ut audio, in primis, uolunt ei solue-
 re. Cum primis. *Cic.* *Sopater* quidam fuit *Ha-*
liciensis, homo domi suæ cum primis locuples atq; ho-
 nestus. Apprimè est maximè. *Cic.* Id apprimè
 rectissimè dicitur. Ferè est penè, propè, propemo-
 dũ, uel parũ absuit, quin. *Cic.* Ab orationibus disium-
 go me ferè, retroq; ad mansuetiores musas. Fer-
 mè. *Cic.* Mihi quidẽ etas acta fermè est. Penè est
 ferè, aut quasi. *Cic.* *Bibulũ* habuimus multo iustiorẽ
 penè etiam amicũ. Prorsus est omnino, poenitus,
 funditus, in totũ, utiq;, usque quaq;, omni ex parte,
 undiq;, sine ulla exceptiõe. *Ci.* Verbũ prorsus nullũ in-
 telligo. *Idẽ.* Prorsus eũ libero omni suspitione cupi-
 ditatis. Prorsum. *Tere.* Ego nescio hercule, neq;
 unde eã, neq; quorsum eam ita prorsum oblitus sum

Prorsum pro rectà accipitur. Terent. Trepidari sentio, cursari rursus prorsum. Etenim prorsus, a, um, ab antiquis pro recto sumptum est. Inde prosi limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt. Rursus, uel rursus, est deinde, uel denuò, uel cōtrario. Ci. Neq; rursus eam totà, sicuti pleriq; faciunt, repudiaui. Item est ita, sic, similiter, etiam, deinde, uel præterea. Cice. Hoc item tempore breuior esse debeo. Itemq; est item Cic. Itemq; sapientiã artem uiuendi dicimus. Dein est deinde, ex, uel postea. Cicero. Dein siaccescebat oratio. Dehinc significat posthac, uel postea. Ci. Quod simul diuerterit, dehinc cœnarit. Deinde est dein, uel secundo loco. Cic. Quas ad te deinde literas mittemus Deinceps est postea, deinde, postremo, uel continuo. Cice. Prædicebat, qui primus, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. Exin est idem, quo dein. Ci. Exin contortis aries cum cornibus hæret. Exinde. Cic. Exinde pecuniam ciuitatis ordines partiunt. Proin pro ceterum, uel porrò. Cic. Proin, aut exeant, aut quiescant. Proinde est proin. Cic. Proinde fac magnum animum habeas. Postremò. Teren. Postremò inperauit egomet mihi omnia assentari. Denuo est rursus, uel de integro. Cice. Sicilia te Prætores censa denuò est. De

est. Deniq; idem est, quod ad extremum, uel post omnia. Cic. Ne sexagesimo deniq; anno macula notetur. Demum significat tandem, uel ad postremum, postremo, deniq; post, solum, uel duntaxat, uel omnino. Cic. Quantum demum exilium à perpetua peregrinatione differt? Tandem est demum, aliquando, uel ad extremum. Cice. Quanto tandem illum mœrore afflictum putatis? Quorsum significat aliquando, uersus quem locum, uel pro quo uel ad quid, uel ad quam rem. Cic. Videamus, illius rationes quorsum fluant. Idem. Quorsum hæc spectat tam longa, et tam altè repetita oratio? Necubi est ne alicubi, id est, ne in aliquo loco. Lilius. Necubi consistere coactis necessaria ad usus desissent. Necunde idē est quod ex aliquo loco. Lilius. Circumspectabat, nec unde impetus in frumentatores fieret. Donec est idem, quod dum, quò ad, usque dum, usque eò dum, tandiu dum, usque ad eum finem dum, uel usq; eo quoad. Terent. Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecere. Duntaxat idem est, quod solum. Cicero. Hæc artem quidem, et præcepta duntaxat ad tempus. Bene, perbene, est probè, præclarè commodè, ratione, uel bona ratione. Cice. A. Cicenonē mihi literæ sunt redditæ sanè benè longæ. Susque deq; significat plus, mi-

nusue. Vnde susq; deq; habere, significat æquo animo esse, & quod accidit non magnifacere, & interdum negligere, atq; contemnere, hoc est, sursum deorsum feratur res, parui facere. Plaut. Atq; id me susque deq; esse habiturum putat? Heus est uocatis, uel reuocatis, uel interdum etiam dolentis. Cic. Sed heus tu, quid agis? Terent. Omnium rerum heus uicissitudo est.

DE CONIUNCTIONIBVS.



CONIUNCTIO pars orationis, annectens, ordinansq; sententiam. Per se uero uirtutis nullius est: in filo autem orationis glutinum quoddam exhibet. Et significat que, etiam, iam, uero etiam, item, uel itemq;. Cic. Non alia causa est æquitatis in uno, & in pluribus. Idem. Et sunt qui de uita Appia loquantur. Que. Cic. Ego arma contra deos, arasq; & focos tuli? **Q**UOQ; ponitur pro etiam, uel similiter. Cic. Si ita fecissem, me scilicet maximè, sed proximè illum quoque fecissem. **A**TQ;. Cic. Hoc ad officium meum æque, atq; ullam aliam rem pertinet. Idem. Atq; ego, qui te confirmo, ipse me non possum. **A**TQ; adeo. Cic. Ego princeps in adiutoribus, atq; adeo

Secundus fui. Ac pro & siue atq; Cic. Quò maio-
 rem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. Aut.
 Cic. Quem tibi aut hominem, aut deum auxilio fu-
 turum putas? Vel ponitur pro aut, uel etiam. Ci.
 Quam morosi sunt, qui amant, uel ex hoc potes co-
 gnoscere. Ve idem est, quod uel. Cic. Lex uestibu-
 lum sepulchri bustumue usu capi uetat. Ne. Cice.
 Que non spes eum fallat uehementer te rogo. Cum
 particula quidem. Cic. Quod ne nunc quidem despe-
 ro. Sine particula quidem. Cic. Nihil istorum me iu-
 uenem mouit unquam, ne nunc senem. Cum ut. Cice.
 Da operam, ut ne quid tuorum mihi sit ignotum.
 Ne dicam. Hæc clausula, si sequatur substanti-
 um adiectiuum ponitur in accusatiuo: sin interijcitur
 inter substantiuum & adiectiuum relinquit utrunq;
 in nominatiuo. Ut: homo imprudens, ne dicam
 stultum, non stultus: quia homo, substantiuum præce-
 dit. Crudelis, ne dicā impius & sceleratus. Castor:
 nō, sceleratū, Castorē, quia substantiuū: Castor, se-
 quitur. Tere. Et inepta, ne dicā dolo, atq; absurda.
 Neue. Cic. Ut neue asper eorū concursus, neue hi-
 ulcus sit. Neu. Cæs. Neu se, neu Pompeio absentem
 Imperatorē suum aduersarijs ad supplicium tradant,
 obsecrat. Necdum est non solum, uel non modo.

Cic. Optimis temporibus non potuerūt; nedum his temporibus. Seu. Cice. O fortunatū hominem, qui huiusmodi nuncios, seu potius pegasos habet. Siue. Ci. Nihil perturbatus est hoc ab urbe discessu, siue potius turpissima fuga. At, est sed, atqui, uel uerum saltem. Cic. Animū tuum et si non sapientissimi, at amicissimi hominis autoritate confirmandum puto. Ast. Cic. Tu crebras à nobis literas expecta ast plures ipse mittito. Sed est, at, ac, quidem, certo, autem, uerum, uel uerò, atq; uel quinetiam. Cic. Non modò huius non sunt, sed ne Romuli quidem. Cæterum est, sed, id, alioquin. Cic. Cæterum is mihi locus non displicet. Cæterò. Pli. Palumbes foemina incubat post meridiana in matutinum, cæterò mas. Cæteroquin est alioquin. Cic. Adhibetur quidē hic subtilis: quem nisi quod solum, cætero quis rectè quidē uocant Atticū. Cæterā. Ci. Non solum Poëta suavis, uerumetiam cæterā doctus, sapiensq; traditur. Porro est autem, præterea, sanè, diu, uel lōge interuallo, deinde, in futurū, etiam, uel ualdè. Cice. Multa uidebis fortasse, quæ nolis: non plura tamen, quàm audis quotidie. Non est porro tuum uno strusu oculorū moueri. Verum ponitur pro sed, uel tamē. Cic. Verū, præterita omittamus. Verū enim. Terent. Verū enim quando be-

do bene promeruit, fiat, suum ius postulat. Verū
 etiam eo modo dicitur, quo sed etiam. Cice. Non
 modo agēdo uerum etiam cogitando potest sustinere.
 Verum enim uerò. Liuius. Verum enim ue-
 ro lege id prohiberi, & cōnubium tolli patrum, ac
 plebis id demū contumeliosum plebi est. Verum
 tamen est sed tamen. Cice. Consiliū capit primò
 stultū, uerum tamen clemens. Verò est autē, pro-
 fectò, certè, potius, uel quinetiam, uel etiam. Cicero.
 Quod me rogas, ut id in bonam partē accipiam, ego
 uerò in optimā. Idem. Qua uoluntate esces ergo At-
 ticū, sēpe præsens & illi ostendisti, & uerò etiam
 mihi. Atqui. Cice. Atqui utebar familiarissimē.
 Cesare, Pompeiū faciebam plurimi. Tamen est.
 certè, nihilominus, uel duntaxat. Cic. Cui cum Cato
 intercessisset, tamē est per scripta. Attamen est
 uerū tamen. Cic. Si non pari, attamen grato mune-
 re uobis satisfaciam. Nihilominus. Cic. Qua-
 re meo quidē animo nihilominus eloquentiæ studen-
 dū est. Nihilofecius est nihilominus. Terent.
 Nihilofecius mox defrent puerum huc ante hostiū.
 Saltem est certè, uel attamen. Cice. Eripe mihi
 hunc dolorē, aut eripe saltē. Idem. Verè nihil potes
 dicere, finge aliquid saltē cōmodē. Quidē pro ui-
 delicet, uel uerò ponitur. Ci. Rogo te, & quidē ual-

Nempe pronimirum, uel quippe ponitur. Cic. de rōgo. Idem. Ego illud ne quidem cōtemnam, quod extremum est. Quidem certè, quidem, profecto, sanè, herculè. Nunc quidem profecto Romæ es. E- quidē est ego quidem, ego uerò, et quidem. Cic. Equidē credibile nō est, quantū scribā die. Siquidē est certè, quoniam quidem, uel quippe si. Cicer. Præclarè ponitur tua industria, siquidē id egisti, ut ego delectarer. Autem. Cic. Ego hīc cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentiſsimè. Cum interrogatione. Cicero. Ferendus est tibi in hoc meus error, ferendus autem? imo uerò adiuuandus. Nam est autem, enim, etenim, quoniam, siquidem, quippe, nimirum, scilicet, uidelicet, sanè. Cic. Nam quod me tecum iracundè agere dixisti, solere, non est ita. Namque est nam, uel siquidē, aut uerū. Cic. Nam que illud quare Scæuola negasti? Enim. Cic. Attendite enim diligenter, cognoscetis ad uerum esse. Enimuero. Cic. Hoc enim uero nunc discere aueo. Quia. Cic. Nemo dolorem, quia dolor sit, amat. Quoniā significat q, uel quia. Cic. Quoniam quidē, quæ scribimus, te delectant. Quippe est nam, etenim, uel nempe. Et dicimus quippe, qui, quia, quoniam, quippe qd, uel cum. Cic. Mouet me quippe lumen curiæ. Idem. Epicurus istā uoluptatē interdū nimis etiā nouit, quippe qui testificetur etc.

Nempe studiū meum nō defuit declarandorū munerū tuo nomine. Vtpote est quippe, uel nempe, quoniā, aut quandoquidē. Cic. Incōmoda ualetudine iam enter seram, utpote cum sine feбри laborassem. Propterea est idē, idcirco, ex eo, ea re, uel ob eam causam. Terent. Ego uitā deorum ppter eā sempiternā esse arbitror. Propterea quōd. Cic. Genus hoc consolationis, acerbū est. Propterea q̄. Præsertim est præcipuē, eō magis maximē nec minimē. Cic. Proprijs & suis argumentis tractanda quæq; res est tanta præsertim. Quin pro ut non, cur non, qui, uel quæ, uel quod non. Insuper uel præter id. Cic. Quin ipsi iudicia non solemus tractare eodē modo. Prætereā est etiā, adhæc, porrō, quin, uel insuper. Cic. Ipsum prætereā summa obseruantia tibi in perpetuū deuincies. Prætereā neminē, uel nemini. Cic. A me ita diligitur, ut tibi uni concedā, prætereā nemini. Insuper est prætereā Cice. Ne te fugiat Cassius insuper Epicureus. Quatenus significat quantū, siue ad quē finē, quoniam, quādoquidē. Ci. Qui memoria uigent, sciunt, qd, & quatenus, et quomodo dicturi sunt. Quominus ponitur pro ut nō. Cic. Illud nō perficies, quominus tua causa uelim. Si est ut, uel etiamsi. Ci. Si uolo is esse, quē tu me esse uoluisti. Sin, sin autē sin minus. Ci.

Si perficiunt, optime, sin minus, ad nostrum Iouē reuertamur. Ni significat si non. Cic. Ni ad equestrem ordinē iudicia referantur. Nisi idem est, quod ni. Cic. Nihil uideo, quod timeam, nisi quod omnia sint incerta. Ergo. Ci. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus? Ergo pro gratia uel causa. Ci. Si quid, contra alias leges eius legis ergo factum sit Ideo. Cicero. Ideo claudus retulit, ut iste, auferet? Idcirco uel iccirco, est ideo. Cic. Iccirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? Igitur. Cicero. Quid ergo esset id? uisum credo: quale igitur uisum? Quocirca ponitur pro quo, ex quo, quam obrem, uel itaq;. Cic. Quocirca bene apud Maiores nostros senatus decreuit, ut &c. Itaque est idem, quod ergo. Cic. Itaq; postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus Itaque significat & ita. Terent. Imò ita uolo, itaq; ergo amantur. Scilicet est idem, quod scire licet, certè nam, enim, nimirum, nempe, uel quippe. Illa nostra scilicet ceciderunt: ut amur igitur. Videlicet aut irrisionem habet, aut nullum, & est nimirum, certè, nam, uel enim, uel nempe. Cicero. Huic molestus esse uidelicet noluiſti. Illicet, uel illicet significat quasi ire licet, est etiam statim, uel confestim. Terent. Actum est, illicet, peristi, eludet, ubi te uictum senserit. Vt. Cic. Negotium

gotium magistratibus est datum, ut curarent, ut sine
 mi mihi edificare liceret. Ornatus gratia ponitur.
 Cic. Inuitus feci, ut C. Flaminium de Senatu eiice-
 rem. Cum parenthesi. Cic. Quod de iudicibus, &
 (uerè ut dicam) de re futurum est. Pro postquam,
 posteaquam, statim, ex quo primum. Cic. Ut ab ur-
 be discessi, nullum intermisi diem, quin ad te scribe-
 rem. Pro quantum, uel quàm. Cic. Hæc ut breuis-
 sime dici potuerunt, à me dicta sunt. Pro quemad-
 modum, uel sicut. Cic. Ut ille tum humilis, ut de-
 missus erat. Pro quomodo, uel cum admiratione, uel
 interrogatione. Cic. Crætozem ut cõtempfit, ut pro
 nihilo putauit? Pro uinam, & execrantis, uel op-
 tantis est. Terent. Ut illum dij, de æq; senium per-
 dant. Pro modò ut, Cicer. In iugere Leontini agri
 medimnum ferè tritici seritur, perpetua, atq; equa-
 bili satione ager efficit, cum octauo bene ut agatur:
 uerùm, ut omnes dij adiuuent, cū decimo. Pro cum
 Terent. Ut numerabatur forte argentum, interue-
 nit homo, de improviso. Pro ita ut, usq; adeò, ut
 Cic. Gellius non tam uendibilis orator, quàm ut ne-
 scires, quid ei deesset. Pro secundum, Cic. Multū.
 ut temporibus illis, ualuit dicendo. Pro licet, uel
 pro eo. Cic. Is locus erit tutus, ut placatis utatur
 fluctibus. Pro non: Vide primum Tomum, de metuo,

uel timeo. Vt non, pro Quin. Cic. Fieri nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes eius, à quo dissentias. Vt quid est quamobrem. Cic. De pugna, inques, potius, quàm seruias. Vt quid? si uictus eris, proscribere, si uiceris, tamen seruias. Vt si. Cic. Eius negotiũ sic uelim suscipias, ut si esset mea. Vt unq; est quoquo modo, uel omnibus modis, quemadmodũ, uel quomodo. Cic. Neq; id Reipublicæ repetere utrunq; necesse est. Vti est idem, quod ut. Cic. Is ad me literas misit, uti te sibi placarem. Etiã est item, quoq;, uel adhuc, præterea, ita, non solũ. Cic. Autoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiã gratia. Etiã atq; etiã significat ualde, uel summopere. Cic. Etiã atq; etiã puto id faciendum. Etiã ut. Cic. Vt sequens probabilitatem, ubicunq; hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiã, aut non respondere possit. Etiã num. Plaut. Etiã num reliquiarum spes animum oblectat meum. Etiã nunc. Cicero. Quod etiã nunc corrigere possim. Etiã tum. Cicero. Omnes etiã tum retinebant illum Periclis succum. Etiã dudum. Teren. Hoc ego mali non pridem inueni: neq; etiã dum scit pater. Etiã ne. Cicero. Etiã ne Balbus in senatum uenire cogitat? Etiã si. Cicero. Ego bonos

uiros sequar, etiamsi ruent. Etsi, tametsi, quamquam, quamuis licet. Vide de his in primo Tomo.

DE PRAEPOSITIONIBVS.



PRAEPOSITIO est pars orationis, quæ præposita alijs dictionibus in oratione, significationem earũ, aut complet, aut mutat, aut minuit. Et hæc sunt.

Ad accusatiuo seruit, cum motum aliquò significat. Et designat proximitatem. In significat ingressum termini, ad uerò tantũ ad hunc accessum. Cic. Verres ad Messanam uenit. Ad urbẽ esse dicebantur olim, qui triumphum sibi decerni uellent, urbem non ingredientiẽs, ne id ius amitterent. Cic. Ego à te cum tua prõmissa per literas flagitabam, ad urbem te ociosissimum esse arbitrabar. Sine motu. Liuius. Habebat hortos ad Tyberim, id est iuxta, uel propè. Ad domum proficisci. Cicero. Omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt. Pro apud Cicero. Fuit ad me sanè diu. Pro apud cum accusatiuo significante locum. Cicero. Etiam ad inferos, pœnas parricidij luent. Cum uerbo motus, & accusatiuo personæ, pro loco. Cic. Sed te oro, ut ad me Vibonem, statim uenias.

Pro

Pro in Cic. Te Laodiceæ fore ad meum aduentum
 scribebas. Pro circa. Cic. Te ad uer libenter uide-
 rem. Pro præ. Cic. Nihil ad tuum æquitatū. Pro
 post. Cic. Nescio, quid intersit, utrū illuc nunc ueniā
 an ad decem annos. Pro propter. Liuius. Inde cum
 altæ boues quædam ad desiderium (ut fit) relicta-
 rum mugissent. Pro pro. Terentius. Argentum da-
 bitur ei ad nuptias. Pro ante. Cic. Eius testis ad iudi-
 cem fidem infirmabit. Pro præter. Terent. Ad hæc
 mala hoc mihi accidit etiam. Pro secundū. Cic. Non
 desistunt ad arbitrium suum scribere. Pro quantum
 Cic. Vidi simul cum populo Romano forum, comi-
 tiumq; ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogi-
 tationemque acerbo, & lugubri. Pro circiter.
 Ter. Talenta ad quindecim coëgi. Pro uersus. Ver.
 Ad cœlū tendens ardentia lumina. Pro usq; ad, uel
 usq; in. Cic. Ad multā noctē cōtenderunt. Cum usum
 rei significat. Cic. Quo solitus erat uti ad festos dies
 & ad hospitum aduentum. Cum gerundijs. Teren.
 Dies hic mihi ut satis sit, uereor ad agendum. Offici-
 um designans. Sic ad manum seruus is dicitur, cuius
 manus ad literas scribēdas princeps, aut quiuis alius
 utitur. Estq; idem qui & à manu, & amanuensis di-
 citur. Sic etiā ad cyathos stare dicuntur picernæ re-
 gibus, qui uina ministrāt. Sic quoq; ad limina custes
 dicitur

dicitur, pro edituo. Cic. Quem seruum sibi ille habuit ad manū. Ad pedes desilire, est de equo descendere. Caesar. Consuetudine sua ad pedes desilierunt suffossisq; equis, compluribusq; nostris uictis, reliquos in fugam coniecerunt. Ad dextram, ad sinistra scilicet manum. Terent. Ad sinistram hac recta platea. Ad extremum, ad postremum, ad ultimum pro deniq; uel postremo, uel tandem. Cic. Illud te ad extremū & oro & hortor. Ad summā, uel ad summum. Cic. Scies fortasse cras, ad summum perendie Ad uerbū. Cic. Fabellas latinas ad uerbum de Graecis expressas non inuiti legunt. Ad unum, est nullo excepto. Cic. De amicitia uerò omnes ad unum idem sentiunt. Dicimus etiam. Canis ad lyram. Studet ad lucernam. Ad sonum mergere se solent pro eo, quod est, audito sono. Cic. Ad eum nunciū cōmoti sunt omnes uehementer. CONTRA cum praepositio est ponitur, pro aduersum, uel aduersus. Cic. Scio me à te contra iniquos meos solere defendi. Cum aduerbium est pro è cōtrario, ex cōtrario, uicissim, uel potius ponitur. Cic. Iam faciā contra, atq; in ceteris causis fieri solet. Erga, pro aduersum uel in sumitur. Cic. Tua uoluntas erga me, mea q; erga te par atq; mutua. est. Cis est citra, aut ultra. Ci. Quo ad hostis cis Euphratem fuit. Citra est cis & sine.

Cice.

uelut hoc. Ceu. Pli. Argumento animalium, quæ
 semper defossa uiuunt, ceu talpæ. Perinde est
 ita. Cice. Cum particula ut. Cice. Non perinde, ut est
 re, absens percipere potuisti. Sine particula pro
 æque, ualde, admodum, similiter, uel pariter poni-
 tur. Cice. Viuendi artem tantum, tamq; operosam,
 & perinde fructuosam relinquerent. Cum ac.
 Cic. Philosophia non perinde, ac de hominum est ui-
 ta merita, laudatur. Perinde ac si. Cice. Quod
 ego perinde tuebar, ac si usus essem. Perinde
 atq; Liuius. Perinde atq; urbe capta exultabant.
 Perinde quasi. Cicero. Hæc perinde loquor,
 quasi debueris &c. Perinde quàm. Suet. Nul-
 la re perinde motus est, quàm responso. Quasi,
 quodammodo, uel tanquàm, aut ita ut, significat.
 Cice. Quasi tua res, aut honos agatur, ita laboras.
 Quasi uerò, est perinde quasi. Cice. Quasi uerò
 ad cognoscendum ego ad illos, non ille ad me uenire
 debuerint. Tanquam est quasi, quodammodo,
 ac, iuxta, ac, ut loco, uel quemadmodum. Cice. Apud
 eum sic fui, tanquàm domi meæ. Præterquam
 est nisi. Cic. Nullas, præterquàm ad te, dedi literas.
 Præterquam quòd. Cice. Id præter quàm
 quòd fieri non potuit, ne fingi quidem potest. Præ-
 terq; si. Pli. Tergore sunt ad scuta, galeasq; im-
 penetrabili, præterq; si, humore madeant. Præter

Quam etiam. Liuius. Præterquàm maiestate
 petentium, religione etiã attoniti homines creauere
 omnes patritios. Tam est æque, adeò, uel ualde.
 Cic. Ego hæc tã acerba esse non puto, quàm audio.
 Quàm est nisi, ac, atq; uel atq; ut. Cicero. Suscepi
 plus, quàm quantum præstare possim. Idem. Expo-
 sui, quàm breuissimè potui. Postquam est ubi,
 ut, simul, simul ut, simul atq; Cic. Postquam non po-
 tui, mihi ipsi finem feci belli. Quamprimum
 est primo quoq; tempore, uel sine mora. Cic. Hortatus
 sum, ut quàmprimum Reipub. subucnires. In-
 primis. Cic. Ut audio, in primis, uolunt ei soluere.
 Cum primis. Cic. Sopater quidam fuit Ha-
 liciensis, homo domi suæ cum primis locuples atq; ho-
 nestus. Apprimè est maximè. Cice. Id apprimè
 rectissimè dicitur. Ferè est penè, propè, propemo-
 dū, uel parū absuit, quin. Cic. Ab orationibus disium-
 go me ferè, referoq; ad mansuetiores musas. Fer-
 mè. Cic. Mihi quidē etas acta fermè est. Penè est
 ferè, aut quasi. Cic. Bibulū habuimus multo iustiorē
 penè etiam amicū. Prorsus est omnino, pœnitus,
 funditus, in totū, utiq; usque quaq; omni ex parte,
 undiq; sine ulla exceptiōe. Ci. Verbū prorsus nullū in-
 telligo. Idē. Prorsus eū libero omni suspitione cupi-
 ditatis. Prorsum. Tere. Ego nescio hercule neq;
 unde eā, neq; quorsum eam ita prorsum oblitus sum

Prorsum pro rectà accipitur. Terent. Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Etenim prorsus, a, um, ab antiquis pro recto sumptum est. Inde prosi limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt. **Rursum**, uel **rursus**, est deinde, uel denuò, uel cōtrario. Ci. Neq; rursum eam totà, sicuti pleriq; faciunt, repudiaui. Item est ita, sic, similiter, etiam, deinde, uel præterea. Cice. Hoc item tempore breuior esse debeo. Itemq; est item Cic. Itemq; sapientiã artem uiuendi dicimus. **Dein** est deinde, ex, uel postea. Cicero. Dein flaccescebat oratio. **Dehinc** significat posthac, uel postea. Ci. Quod simul diuerterit, dehinc cœnarit. **Deinde** est dein, uel secundo loco. Cic. Quas ad te deinde literas mittemus **Deinceps** est postea, deinde, postremo, uel continuo. Cice. Prædicebat, qui primus, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. **Exin** est idem, quo dein. Ci. Exin contortis aries cum cornibus hæret. **Exinde**. Cic. Exinde pecuniam ciuitatis ordines partiunt. **Proin** pro cæterum, uel porrò. Cic. Proin, aut exeant, aut quiescant. **Proinde** est proin. Cic. Proinde fac magnum animum habeas. **Postremò**. Teren. Postremò imperaui egomet mihi omnia assentari. **Denuo** est rursum, uel de integro. Cice. Sicilia te Prætore censa denuò est. **De**

est. Deniq; idem est, quod ad extremum, uel post
 omnia. Cic. Ne sexagesimo deniq; anno macula notetur.
 Demum significat tandem, uel ad postremum, postremo, deniq; post, solum, uel duntaxat,
 uel omnino. Cic. Quantum demum exilium à perpetua peregrinatione differt? Tandem est demum,
 aliquando, uel ad extremum. Cice. Quanto tandem illum mœrore afflictum putatis? Quorsum significat
 aliquando, uersus quem locum, uel pro quò uel ad quid, uel ad quam rem. Cic. Videamus, illius rationes quorsum fluant. Idem. Quorsum hæc spectat tam longa, et tam altè repetita oratio? Necubi est ne alicubi, id est, ne in aliquo loco. Lilius.
 Necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent. Necunde idē est quod ex aliquo loco. Lilius.
 Circumspectabat, nec unde impetus in frumentatores fieret. Donec est idem, quod dum, quò ad, usque dum, usque eò dum, tandiu dum, usque ad eum finem dum, uel usq; eo quoad. Terent. Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecere. Duntaxat idem est, quod solum. Cicero. Hæc artem quidem, et præcepta duntaxat ad tempus. Bene, perbene, est probè, præclare commodè, ratione, uel bona ratione. Cice. A. Cicenonē mihi literæ sunt redditæ sanè benè longæ. Susque deq; significat plus, mi-

nusue. Vnde susq; deq; habere, significat a quo animo esse, & quod accidit non magnificere, & interdum negligere, atq; contemnere, hoc est, sursum deorsum feratur res, parui facere. Plaut. Atq; id me susque deq; esse habiturum putat? Heus est uocatis, uel reuocatis, uel interdum etiam dolentis. Cic. Sed heus tu, quid agis? Terent. Omnium rerum heus uicissitudo est.

DE CONIUNCTIONIBVS.



CONIUNCTIO pars orationis, anneclens, ordinansq; sententiam. Per se uero uirtutis nullius est: in filo autem orationis glutinum quoddam exhibet. Et significat que, etiam, iam, uero etiam, item, uel itemq;. Cice. Non alia causa est aequitatis in uno, & in pluribus. Idem. Et sunt qui de uita Appia loquantur. Que? Cice. Ego arma contra deos, arasq; & focos tuli? **Q**UOQ; ponitur pro etiam, uel similiter. Cic. Si ita fecissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fecissem. Atq;. Cice. Hoc ad officium meum aequae, atq; ullam aliam rem pertinet. Idem. Atq; ego, qui te confirmo, ipse me non possum. Atq; adeo. Cic. Ego princeps in adiutoribus, atq; adeo

secundus fui. Ac pro & siue atq; Cic. Quò maio-
rem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. Aut.
Cic. Quem tibi aut hominem, aut deum auxilio fu-
turum putas? Vel ponitur pro aut, uel etiam. Ci.
Quam morosi sunt, qui amant, uel ex hoc potes co-
gnoscere. Ve idem est, quod uel. Cic. Lex uestibu-
lum sepulchri bustumue usu capi uetat. Ne. Cice.
Que non spes eum fallat uehementer te rogo. Cum
particula quidem. Cic. Quod ne nunc quidem despe-
ro. Sine particula quidem. Cic. Nihil istorum me iu-
uenem mouit unquam, ne nunc senem. Cum ut. Cice.
Da operam, ut ne quid tuorum mihi sit ignotum.
Ne dicam. Hæc clausula, si sequatur substanti-
um adiectiuum ponitur in accusatiuo: sin interijcitur
inter substantiuum & adiectiuum relinquit utrunq;
in nominatiuo. Ut: homo imprudens, ne dicam
stultum, non stultus: quia homo, substantiuum præce-
dit. Crudelis, ne dicā impius & sceleratus. Castor:
nō, sceleratū, Castorē, quia substantiuū: Castor, se-
quitur. Tere. Et inepta, ne dicā dolo, atq; absurda.
Neue. Cic. Ut neue asper eorū concursus, neue hi-
ulcus sit. Neu. Cæs. Neu se, neu Pompeio absentem
Imperatorē suum aduersarijs ad supplicium tradant,
obsecrat. Necdum est non solum, uel non modo.

Ff 2 Cice.

Cic. Optimis temporibus non potuerunt, nedum his temporibus. Seu. Cice. O fortunatum hominem, qui huiusmodi nuncios, seu potius pegasos habet. Siue. Ci. Nihil perturbatus est hoc ab urbe discessu, siue potius turpissima fuga. At, est sed, atqui, uel uerum saltem. Cic. Animum tuum et si non sapientissimi, at amicissimi hominis autoritate confirmandum puto. Ast. Cic. Tu crebras à nobis literas expectas ast plures ipse mittito. Sed est, at, ac, quidem, certo, autem, uerum, uel uerò, atq; uel quinetiam. Cic. Non modò huius non sunt, sed ne Romuli quidem. Cæterum est, sed, id, alioquin. Cic. Cæterum is mihi locus non displicet. Cæterò. Pli. Palumbes foemina incubat post meridiana in matutinum, cæterò mas. Cæteroquin est alioquin. Cic. Adhibetur quidè hic subtilis: quem nisi quod solum, cæteroquin rectè quidè uocant Atticū. Cætera. Ci. Non solum Poëta suauis, uerumetiam cætera doctus, sapiensq; traditur. Porro est autem, præterea, sanè, diu, uel lōge interuallo, deinde, in futurū, etiam, uel ualdè. Cice. Multa uidebis fortasse, quæ nolis: non plura tamen, quàm audis quotidie. Non est porro tuum uno strusu oculorū moueri. Verum ponitur pro sed, uel tamē. Cic. Verū, præterita omitteamus. Verū enim. Terent. Verū enim quando be-

do bene promeruit, fiat, suum ius postulat. Verū etiam eo modo dicitur, quo sed etiam. Cice. Non modo agēdo uerum etiam cogitando potest sustinere. Verum enim uerò. Liuius. Verum enim uero lege id prohiberi, & cōnubium tolli patrum, ac plebis id demū contumeliosum plebi est. Verum tamen est sed tamen. Cice. Consiliū capit primò stultū, uerum tamen clemens. Verò est autē, profectò, certè, potius, uel quinetiam, uel etiam. Cicero. Quòd me rogas, ut id in bonam partē accipiam, ego uerò in optimā. Idem. Qua uoluntate esces ergo Atticū, sepe præsens & illi ostendisti, & uerò etiam mihi. Atqui. Cice. Atqui utebar familiarissimè. Cesare, Pompeiū faciebam plurimi. Tamen est. certè, nihilominus, uel duntaxat. Cic. Cui cum Cato intercessisset, tamē est perscripta. Attamen est uerū tamen. Cic. Si non pari, attamen grato munere uobis satisfaciam. Nihilominus. Cic. Quare meo quidē animo nihilominus eloquentiæ studendū est. Nihilofecius est nihilominus. Terent. Nihilofecius mox deserent puerum huc ante hostiū. Saltem est certè, uel attamen. Cice. Eripe mihi hunc dolorē, aut eripe saltē. Idem. Verè nihil potes dicere, finge aliquid saltē cōmodè. Quidē pro uide licet, uel uerò ponitur. Ci. Rogo te, & quidē ual-

Nempe studiū meum nō defuit declarandorū munerū tuo nomine. Vtpote est quippe, uel nempe, quoniā, aut quandoquidē. Cic. Incomoda ualetudine iam enter seram, utpote cum sine feбри laborassem. Propterea est ideò, idcirco, ex eo, ea re, uel ob eam causam. Terent. Ego uitā deorum ppter eā sempiternā esse arbitror. Propterea quòd. Cic. Genus hoc consolationis, acerbū est. Propterea q̄. Præsertim est præcipuè, eò magis maximè nec minimè. Cic. Proprijs & suis argumentis tractanda quæq; res est tanta præsertim. Quin pro ut non, cur non, qui, uel quæ, uel quod non. Insuper uel præter id. Cic. Quin ipsi iudicia non solemus tractare eodē modo. Prætereā est etiā, adhuc, porrò, quin, uel insuper. Cic. Ipsum prætereā summa obseruantia tibi in perpetuū deuincies. Prætereā neminē, uel nemini. Cic. A me ita diligitur, ut tibi uni concedā, prætereā nemini. Insuper est prætereā Cice. Ne te fugiat Cassius insuper Epicureus. Quatenus significat quantū, siue ad quē finē, quoniam, quādoquidē. Ci. Qui memoria uigent, sciunt, qd, & quatenus, et quomodo dicturi sunt. Quominus ponitur pro ut nō. Cic. Illud nō perficies, quominus tua causa uelim. Si est ut, uel etiamsi. Ci. Si uolo is esse, quē tu me esse uoluisti. Sin, sin autē sin minus. Ci

Si perficiunt, optinè, sin minus, ad nostrum Iouē reuertamur. Ni significat si non. Cic. Ni ad equestrenr ordinē iudicia referantur. Nisi idem est, quod ni. Cic. Nihil uideo, quod timeam, nisi quod omnia sint incerta. Ergo. Ci. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus? Ergo pro gratia uel causa. Ci. Si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Ideo. Cicero. Ideo claudus retulit, ut iste, auferet? Idcirco uel iccirco, est ideo. Cic. Iccirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? Igitur. Cicero. Quid ergo esset id? uisum credo: quale igitur uisum? Quocirca ponitur pro quo, ex quo, quam obrem, uel itaq;. Cic. Quocirca bene apud Maiores nostros senatus decreuit, ut &c. Itaque est idem, quod ergo. Cic. Itaq; postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. Itaque significat & ita. Terent. Imò ita uolo, itaq; ergo amantur. Scilicet est idem, quod scire licet, certè nam, enim, nimirum, nempe, uel quippe. Illa nostra scilicet ceciderunt: utamur igitur. Videlicet aut irrisionem habet, aut nullum, & est nimirum, certè, nam, uel enim, uel nempe. Cicero. Huic molestus esse uidelicet nolui. Illicet, uel illicet significat quasi ire licet, est etiam statim, uel confestim. Terent. Actum est, illicet, peristi, eludet, ubi te uictum senserit. Vt. Cic. Negotium

gotium magistratibus est datum, ut curarent, ut sine
 ui mihi edificare liceret. Ornatus gratia ponitur.
 Cic. Inuitus feci, ut C. Flaminium de Senatu eijce-
 rem. Cum parenthesi. Cic. Quod de iudicibus, &
 (uerè ut dicam) de re futurum est. Pro postquam,
 posteaquàm, statim, ex quo primum. Cic. Ut ab ur-
 be discessi, nullum intermisi diem, quin ad te scribe-
 rem. Pro quantum, uel quàm. Cic. Hæc ut breuis-
 sime dici potuerunt, à me dicta sunt. Pro quemad-
 modum, uel sicut. Cic. Ut ille tum humilis, ut de-
 missus erat. Pro quomodo, uel cum admiratione, uel
 interrogatione. Cic. Crætorem ut cõtempfit, ut pro
 nihilo putauit? Pro utinam, & execrantis, uel op-
 tantis est. Terent. Ut illum dij, de æq; senium per-
 dant. Pro modò ut, Cicer. In iugere Leontini agri
 medimnum ferè tritici seritur, perpetua, atq; equa-
 bili satione ager efficit, cum octauo bene ut agatur:
 uerùm, ut omnes dij adiuuent, cū decimo. Pro cum
 Terent. Ut numerabatur forte argentum, interue-
 nit homo, de improviso. Prò ita ut, usq; adeò, ut
 Cic. Gellius non tam uendibilis orator, quàm ut ne-
 scires, quid ei deesset. Pro secundum, Cic. Multū.
 ut temporibus illis, ualuit dicendo. Pro licet, uel
 pro eo. Cic. Is locus erit tutus, ut placatis utatur
 fluctibus. Pro non: Vide primum Tomum, de metuo;

uel timeo. Vt non, pro Quin. Cic. Fieri nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes eius, à quo dissentias: Vt quid est quamobrem. Cic. De pugna, inques, potius, quàm seruias. Vt quid? si uictus eris, proscribere, si uiceris, tamen seruias. Vt si. Cic. Eius negotiũ sic uelim suscipias, ut si esset mea. Vt unq; est quoquo modo, uel omnibus modis, quemadmodũ, uel quomodo. Cic. Neq; id Republicæ repetere utrunq; necesse est. Vti est idem, quod ut. Cic. Is ad me literas misit, uti te sibi placarem. Etiã est item, quoq; uel adhuc, præterea, ita, non solũ. Cic. Autoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Etiã atq; etiam significat ualde, uel summopere. Cic. Etiã atq; etiam puto id faciendum. Etiã ut. Cic. Vt sequens probabilitatem, ubicunq; hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non respondere possit. Etiã num. Plaut. Etiã num reliquiarum spes animum oblectat meum. Etiã nunc. Cicero. Quod etiam nunc corrigere possim. Etiã tum. Cicero. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum. Etiã dudum. Teren. Hoc ego mali non pridem inueni: neq; etiam dum scit pater. Etiã ne. Cicero. Etiã ne Balbus in senatum uenire cogitat? Etiã si. Cicero. Ego bonos

uiros sequar, etiamsi ruent. Etsi, tametsi, quamquam, quamuis licet. Vide de his in primo Tomo.

DE PRAEPOSITIONIBVS.



PRAEPOSITIO est pars orationis, quae praeposita alijs dictionibus in oratione, significationem earū, aut complet, aut mutat, aut minuit. Et haec sunt.

Ad accusatiuo seruit, cum motum aliquò significat. Et designat proximitatem. In significat ingressum termini, ad uerò tantū ad hunc accessum. Cic. Verres ad Messanam uenit. Ad urbē esse dicebantur olim, qui triumphum sibi decerni uellent, urbem non ingredientes, ne id ius amitterent. Cic. Ego à te cum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te ociosissimum esse arbitrabar. Sine motu. Liuius. Habebat hortos ad Tyberim, id est iuxta, uel propè. Ad domum proficisci. Cicero. Omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt. Pro apud Cicero. Fuit ad me sanè diu. Pro apud cum accusatiuo significante locum. Cicero. Etiam ad inferos, poenas parricidij luent. Cum uerbo motus, & accusatiuo personae, pro loco. Cic. Sed te oro, ut ad me Vibonem, statim uenias.

Pro

Pro in Cic. Te Laodice.e fore ad mecum aduentum
 scribebas. Pro circa. Cic. Te ad uer libenter uide=
 rem. Pro pr.e. Cic. Nihil ad tuum equitatũ. Pro
 post. Cic. Nescio, quid intersit, utrũ illuc nunc ueniã
 an ad decem annos. Pro propter. Liuius. Inde cum
 altæ boues quædam ad desiderium(ut fit)relictã-
 rum mugissent. Pro pro. Terentius. Argentum da
 bitur ei ad nuptias. Pro ante. Cic. Eius testis ad iudi
 cem fidem infirmabit. Pro præter. Terent. Adhæc
 mala hoc mihi accidit etiam. Pro secundũ. Cic. Non
 desistunt ad arbitrium suum scribere. Pro quantum
 Cic. Vidi simul cum populo Romano forum, comi
 tiumq; ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, co
 gitationemque acerbo, & lugubri. Pro circiter.
 Ter. Talenta ad quindecim coëgi. Pro uersus. Ver.
 Ad cœlũ tendens ardentia lumina. Pro usq; ad, uel
 usq; in. Cic. Ad multã noctẽ cõtenderunt. Cum usum
 rei significat. Cic. Quo solitus erat uti ad festos dies
 & ad hospitem aduentum. Cum gerundijs. Teren.
 Dies hic mihi ut satis sit, uereor ad agendum. Offici
 um designans. Sic ad manum seruus is dicitur, cuius
 manus ad literas scribẽdas princeps, aut quiuis alius
 utitur. Estq; idem qui & à manu, & amanuensis di
 citur. Sic etiã ad cyathos stare dicuntur picernæ re
 gibus, qui uinã ministrãt. Sic quoq; ad limina custes
 dicitur

dicitur, pro edituo. Cic. Quem seruum sibi ille habuit ad manū. Ad pedes desilire, est de equo descendere. Caesar. Consuetudine sua ad pedes desilierunt suffossisq; equis, compluribusq; nostris uictis, reliquos in fugam coniecerunt. Ad dextram, ad sinistra scilicet manum. Terent. Ad sinistram hac recta platea. Ad extremum, ad postremum, ad ultimum pro deniq; uel postremo, uel tandem. Cic. Illud te ad extremū & oro & hortor. Ad summā, uel ad summum. Cic. Scies fortasse cras, ad summum perendie. Ad uerbū. Cic. Fabellas latinas ad uerbum de Græcis expressas non inuiti legunt. Ad unum, est nullo excepto. Cic. De amicitia uerò omnes ad unum idem sentiunt. Dicimus etiam. Canis ad lyram. Studet ad lucernam. Ad sonum mergere se solent pro eo, quod est, audito sono. Cic. Ad eum nunciū cōmoti sunt omnes uehementer. CONTRA cum præpositio est ponitur, pro aduersum, uel aduersus. Cic. Scio me à te contra iniquos meos solere defendi. Cum aduerbium est pro è cōtrario, ex cōtrario, uicissim, uel potius ponitur. Cic. Iam faciam contra, atq; in cæteris causis fieri solet. Erga, pro aduersum uel in sumitur. Cic. Tua uoluntas erga me, mea q; erga te par atq; mutua est. Cis est citra, aut ultra. Ci. Quò ad hostis cis Euphratem fuit. Citra est cis & sine. Cice.

uelut hoc. Ceu. Pli. Argumento animalium, quæ
 semper defossa uiuunt, ceu talpæ. Perinde est
 ita. Cice. Cum particula ut. Cice. Non perinde, ut est
 re, absens percipere potuisti. Sine particula pro
 æque, ualde, admodum, similiter, uel pariter poni-
 tur. Cice. Viuendi artem tantum, tamq; operosam,
 & perinde fructuosam relinquerent. Cum ac.
 Cic. Philosophia non perinde, ac de hominum est ui-
 ta merita, laudatur. Perinde ac si. Cice. Quod
 ego perinde tucbar, ac si usus essem. Perinde
